BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XX
C
44
NAPOLI

Digitized by Google

TRACTATUS
JURIDICO-POLITICUS
De
REGALI
CONDUCENDI JURE
(Von der Gleits-Herrlichkeit.)

OPERA ET STUDIO

PHILIPPI ALBERTI
Orthen.



NORIMBERGÆ,
Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ, &
WOLFGANGI ENDTERI JUNIORIS
Hæredum.
Anno M. DC. LXXII.

ILLUSTRIS

REIPUBLICÆ
NORIMBERGENSIS

MAGISTRATUI
ILLUSTRI.

VIRIS

Magnificis , Præſtrenuis, Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Prudentiſſimis ,

DNN. SUIS PLURIMUM OBSERVANDIS,

GAUDERE ET REM BENE GERERE!

On ſine ratione, VIRI MAGNIFICI, NOBILISSIMI, Vobis audax videor aggredi facinus, dum intempeſtivô hocce alloquiô curas Veſtras graviores, pro ſalute Patriæ vigilantes, interturbare non erubeſco; ſed veniam petenti ad condonandum fortean non eritis difficiles, ſi præſertim cauſas iſtud cum tacitâ quâdam juſſione ſuadentes allegavero. Qui enim fieri poſſet, ut Veſtram Ampliſſimam & ferè Principem in Imperio Rempublicam; cujus Gubernatorum prudentiam totus terrarum admiratur Orbis, cui & Avus &

Proavus maternus, hic B. Dn. D. Georgius Adelbertus Burckardus, iſte Dn. D. Hieronymus Fezer p. m. fuerunt à Conſiliis, cujus & adhuc dum Civis & Mater dulciſſima, quæq; Cognatorum præcipuos fovet & non infimo habet loco; non magnifacerem & quantô, ac quidem debitô, adfectu Nomina Veſtra venerer, publicè conteſtarer, imprimis tali ſcripto, quod Vobis ipſa quædam juris ratio tribuere videtur? Nam quod apud Vos, Veſtroq; permiſſu primùm adſpicit lucem, cui præ cæteris debetur quàm Vobis? Accedit favor Veſter erga Literarum ſtudia earumq; Cultores planè ſingularis, qui non creditur permiſſurus ut inamœnô vultu hoc, quicquid eſt, adſpiciatis, præcipuè

cipuè cùm Veſtrum patrocinium ul-tròſibi promittat ſcripti argumen-tum. Accipite igitur ſerenâ fron-te, quod Vobis non tam ex deſtina-tione autoris, quàm ſuo quodam-modò jure debetur, hilariq; animô offertur, & mihi meisq; ſtudiis fa-vere non dedignamini. Valete.

Magnor. Veſtror.
Nomin.

Dab. Schmidelfeldæ feſti-nante calamo d. 25. Aug. A. O. R. M DC LXXII.

Devotus cultor

Philippus Albertus Ortth / h. t. Conſil. Schmidelfeldâ-Limpurgicus.

PRÆFATIO
Ad
LECTOREM.

SI mecum perpendo, Amiciſſime Lector, quam varia hodiè novorum Autorum Scripta recens edita ſæpiculè experiantur judicia haud vanè hariolari licet, non melioris futurum conditionis huncce meum de Regali Conducendi Jure conſcriptum tractatum: Quibusdam enim, præſertim delicatioribus illis, qui nullam loquendi formulam, imò ne minimam quidem voculam, niſi cui autoritas quædam ex Autore quodam, ut vocant, Claſſico, conciliari poſſit, tolerandam cenſeat, ſtylus non erit ad palatum: Aliis non placebit methodus: Alii majorem in autore deſiderabunt experientiam: Alii abſurdum me pronunciabunt, quod juris quandam materiam enucleandam ſuſceperim, cùm nihil hodiè in minori ferme ſit pretio, quam jus. Hæc igitur & ſimilia vix, niſi vehementer fallor, emanſura

judi-

judicia facili negotio à propoſito me potuiſſent deterrere: Verùm cùm ea omnia tanti non ſint, ut animum conſtantem valde moveant, cœpto labori remoram talia injicere non ſum paſſus. Illi quidem, qui ultimo loco relati, in eo à vero non multum videntur abludere, dum exiguam hodie juris haberi rationem affirmant. Videmus enim ipſi plerumque id, quod utile, quod jucundum, haberi juſtum. Si oculorum acie perſtringamus Statum Politicum, ibi mentes Principum ac Poteſtatum videntur à commodo tanquam à ſidere regi, & unumquemque ſe utilitatis decempedâ metiri, ita ut cum emolumenta deſiêre, & amicitiæ & fœdera deſinant, langueſcant, occidant. Amici mutantur tempore & commodo: Nullus amplius Religionis, nullus ſanguinis reſpectus: Fides cum fide, ſanguis cum ſanguine digladiatur. Nec facilè quis adſtringet regulis homines liberioris auræ & ſupra leges natos: Aucupantur quodvis: capiunt quod obtinere poſſunt, talemque Dei voluntatem, id verò eſſe injuſtum, quo vires non pertingunt, apud illos opinio increbuit. Hinc verborum velitationes (a) Scholis committunt, ipſi quæſtio-

 nem

(a) Dn. Joh. Brandes de Vera & Simul. Jur. Philoſ. c. 3. p. m. 54.

nem affirmativè gladio nunquam non decidunt. Sic Virtutum nunc ſterili ſeculo (*b*) venit imperii ſitis, cruentum facinus, præda majori eſt minor, pro jure vires. RELIGIO ſic dicta, quod quaſi quodam vinculo liget illos, in cujus fidem qui conſenſerunt, jam medio ſæpe Ligandi caret, imò nonnulli iſtud quandoque tollunt, ut nanciſcantur, vel majori fortè mundanâ cum gloriâ retineant extrema, ita plane virtus apud ipſos non magis in mediocritate conſiſtit, plusque valet RE-GIO, quam RELIGIO, nec conſiderant: eum, qui alicujus temporalis commodi & maximè gloriæ, Principatusque ſui gratiâ falſas ac novas opiniones gignit vel ſequitur, Auguſtino (*c*) hæreticum eſſe. Ratio Status, quæ ab altera parte Juri Divino, pietati & Religioni, ab altera fidei, juſtitiæ ac naturali honeſtati deberet eſſe incluſa, hosce nunc limites ſæpe turpiter excedit, & hodiè omnis malitiæ patrona, omnis injuſtitiæ, iniquitatis, fraudum, imò vitiorum omnium mangonium audit. Politici, qui Principibus oſtendere deberent; veram (*d*) in pietate & juſtitia niti Status Rationem, nec

(*b*) Id. d. c. 3. p. m. 23.
(*c*) Ref. Dn. Brand. d. c. 3. p. m. 40.
(*d*) Id. d. c. 3. p. m. 25.

nec velamenta flagitiis pro libidine eſſe quærenda: Inferorum ſedes non plebeja tantum ſcelera; ſed & Regum ambitionem & avaritiam expectare; hodie ſæpiſſimè ſunt miniſtri (*e*) alienæ libidinis nihil non ex ſtatu Principis metientes, adeoque ſine diſcrimine huic licentiam in bona & ſubditorum & aliorum per fas & nefas involandi tribuunt, atque ſic pro ſancta juſtitia idolum adorant & ſine neceſſitate ad neceſſitatem properantes, vinculum illud, quod colligare imperantem & parentem debebat, ſolvunt. Imò nonnulli fortè non erubeſcent cum Legato illo Iberico (*f*) Conſuli Helvetio caſu quodam Politico Scripturam alleganti reſpondente: Ea nunc eſſe tempora, quibus Rationem Status non ad Biblia; ſed Biblia ad Rationem Status accommodari oporteat, idem profiteri; aut cum Gallis: (*g*) Incrementum Status amori Chriſti eſſe antehabendum, nec enim Chriſtum niſi animas, Regem corpora curare. Ubi hodiè alter Ariſtides? qui (*h*) Lacedæmoniis renunciari jubebat, nullum tantum auri pondus ſupra ſubterque terram eſſe, quo adduci poſſit,

(*e*) Id. d. c. 3. p. 19.

(*f*) Ref. Dn. Brand. d. c. 3. p. m. 47.

(*g*) Ref. itid. Dn. Brand. d. l. p. m. 52.

(*h*) Ref. rurſus Dn. Brandes d. c. 3. p. m. 29.

ſit, ut ipſum ſaluti patriæ anteferret. JCti, qui deberent eſſe quaſi Sacerdotes & Prophetæ divinæ voluntatis (*i*) & ut Sacerdotes in danda pœnitentia jus ſuum cuique tribuunt, ita & iſti in judicando, hodiè nonnunquam ſunt injuſtitiæ & avaritiæ ſatellites, non ſuum cuique, ſed ſibi quod alterius eſt tribuentes, iſti Mutiano ſimiles, qui, ut Tacitus (*k*) autor eſt, pecuniis cogendis intentus non jus aut verum in cognitionibus; ſed ſolam magnitudinem opum ſpectabat. Nullum enim (*l*) in illo corde juſtitiæ eſt veſtigium, in quo ſibi avaritia fecit habitaculum. Verùm quid non mortalia pectora cogit auri ſacra fames? Auro (*m*) conſtant omnia, hinc virtutis ac ſalutis præſidia. Auro nituntur ſceptra, auro & raſtra, auro incitatur & profunda eruditio, auro acuitur etiam ſtultitia. Quis negaverit ætatem auream? in qua aurea licentia proteritur quotidiè veritas & innocentia, imò in qua inter Chriſtianos non amplius de incarnato, ſed aurato Chriſto quæritur, ejusque causâ in omne fas ac nefas excurritur.

Et

(*i*) Gl. in L. 1. ff. de J. & J.
(*k*) 2. Hiſtor. 84.
(*l*) Dn. D. Peller. in Polit. Sceel. impugn. c. 32. p. m. 350.
(*m*) Fatidic. in Mercur. ad Dolabell. Godic. 7. p. m. 160.

Et reditus jam quisque ſuos amat, &
ſibi quid ſit
Utile, ſollicitis computat articulis.

Hæc tamen & ſimilia fortè obtinebunt tantum in Statu Politico, nec ejus excedent terminos? Ita optandum quidem eſſet; Sed videmus, proh dolor! nec Statum Eccleſiaſticum ab hiſce omnibus immunem eſſe. Una enim (*n*) eſt ſacrorum morum cum profanis mixtura, utriusque hominis & Eccleſiaſtici & Politici in Politico corpore magna eſt confuſio, cum in ſe maximâ creatoris injuriâ chimæram homines Chriſtiani adumbrant, & illatâ in locum ſanctum abominatione Gentium jungunt Chriſtum & Belial. Honor Sacerdotii (*o*) non modo in firmamentum potentiæ; ſed & ambitionis ac avaritiæ vitium tranſiit: Prima inter Sacerdotes ſive Eccleſiaſticos præbendarum certamina exarsêre, cum nemo ſuâ ſorte contentus adſpiraret ad majora: Et Sacerdotum quidam (*p*) eo ſunt ingenio, ut ni pareant, territent. Nonnulli etiam Curiæ ſe immiſcent & conſiliis intereſſe neceſſariò cupiunt, quibus rectè objicit nonnemo: Die Regierung werde nicht durch Pater noſter verwaltet.

(*n*) Id. d. Codicill. p. m. 150.
(*o*) Id. Fatidic. d. Codicill. p. m. 159.
(*p*) Dn. Brandes d. tract. c. 8. p. m. 1[illegible]0.

tet. (*q*) Imò interdum quoque veterum reſpondent Demagogis, dum (*r*) licèt tyrannidem non affectent, proprii tamen commodi causâ concitando plebem adverſus Magiſtratum peſſimam Democratiæ ſpeciem, ubi Decreta tantùm, non verò lex imperat, introducere conantur. Alii contrà adulationibus locum ſacrum conſpurcant; Videmus enim non ſolùm Principum aulas (*s*) hujusmodi terere pecora (adulatores;) ſed & loca, ex quibus ad ſolius Dei gloriam, ſine ullo perſonarum reſpectu, ſine affectu, ſine aſſentatione ad populum verba facienda ſunt, occupare. (*t*) Ita Ambitio, Avaritia, Adulatio ubique dominantur. In communi vita qualis confuſio? Nullum unquam ab orbe condito turbulentius chaos (*u*) fuiſſe videtur quam præſenti tempore, in quâ vix humanâ ratione ac civili prudentia; ſed voluntariâ inſaniâ miſcentur omnia. Quicunque homo eſt, omnia eſſe poteſt, & vult eſſe omnia, unumquemque enim absque discrimine diverſa invitat aut confundit

(*q*) Id. d. c. p. 181.
(*r*) Dn. Felwing. in Diſp. Polit. de Demagog. §. 21.
(*s*) Dn. D. Peller. d. tract. c. 13. p. m. 126.
(*t*) Add. der Ungeiſt-Geiſtliche Fuchsſchwantz / oder Fürſten-Schatz / Diſc. 7.
(*u*) Faridic. d. tr. Codicill. 10. num. 3. pag. m. 194. & ſeq.

fundit vocatio, ut quicquid licet, libeat; & liceat, quod libet, ſi te cogat vel circumſtans periculorum neceſſitas, vel invitet per congeſtos auri cumulos ſtatus impotentia. Homines hominibus infideles; Civitates civitatibus infeſtæ: timenda vicinia, parentes, cognationes & amicitiæ ſuſpectæ, tota ab hominibus ſuſpecta humanitas. *Tuta ubiq; ſunt ſcelera; tribunalia ſilent, juſtitia tremit; furor imperat; ſeparantur ab invicem fratres, ut in ſuum ſanguinem pugnent. Nullæ ſine hoſtibus viæ, & ne ſecurus lateas, inſidias, ignem, impetum timet ſolitudo, cui te tuaq; commiſiſti, cùm egredi non liceat: jubent arma, ceſſant artes, niſi quæ paci infeſtæ ſunt, exercentur: inopia fit omnibus, ut pauci crudeliter diteſcant, & prædones adeò multiplicat publica paupertas, ut egeni, quos ad novam audaciam fames incitat, non minus timendi ſint, quàm milites.* Hoc igitur tam depravato ſeculo quid proderit magno verborum apparatu docere quid juſtum, quid injuſtum ſit? Surdo abſurdè narratur fabula. Ita quidem eſt. Sed ſciendum non omnes eſſe ſurdos. Dantur enim adhuc in Statu Politico (x) plurimi Principes, Rerumpublicarum rectores, &, qui his aſſiſtunt, cordati juxta atque

(x) Dn. D. Pell. in Præfat. alt. d. tract.

que Regi Regum, Domino Dominantium devoti Conſiliarii ac Officiales, qui cùm virtute ac pietate civilem etiam prudentiam addidicerunt, & de ſalute communi atque incolumitate civium; notitiâ rerum variarum compertâ, decertant. Dantur in Statu Eccleſiaſtico Viri pii vitia hujus ſeculi non fugientes ſolùm: ſed & ex animo deteſtantes. Dantur denique & in vita communi ſeuStatuOeconomico adhuc multi viri boni juſti & æqui amantes. His igitur non ingrata erit doctrina de bono & æquo; Iſtis autem licèt diſpliceat, juſtum tamen non deſinet tale eſſe, ſicuti mores eorum injuſti nunquam jus facient, etiamſi per mille millia annorum duraſſent; malè enim adinventa (y) pravæq; conſuetudines neque ex longo tempore, neque ex longa conſuetudine confirmantur. Nec intermittenda ſaluberrima juſti conſideratio, licèt pauci id ſectentur: non enim quid fiat; ſed quid fieri debeat, attendendum, & quò minor alicujus rei ſolet eſſe cura, eò magis iſta erit commendanda, ut, eâ nihilominus neglectâ, tantò minor ſuperſit excuſatio. Quantum ad cæteros novorum librorum cenſores, quos ſupra innui, iſti, ſi rectè judico, ad duo

(y) Nov. 134. c. 1. in f.

duo potiſſimum referri poſſunt genera: Aut enim autorem eruditione vel experientiâ antecellunt; aut ipſis cum eo hæc paria ſunt. Priores, etſi nonnihil hîc forte poſſint deſiderare, non tamen, ut ſpes me fovet pulcherrima, verba captabunt,(*z*) ſed quâ mente quid dicatur animadvertent, cùm JCtorum more potiorem rerum quam verborum habuerim rationem: in re ſicubi erravero placidè monebunt; non enim tam faciles erunt ad monendum, quam ego ad ſequendum, interim non invidebunt huic meo conatui, quô ipſis nihil præreptum volo, & licèt forſan deſint vires, voluntas tamen erit laudanda, & cogitandum illud vetus:

Ibant, quò poterant; quò non poterant, ibi ſtabant,

aut iſtud Varronis: Neque in bonâ ſegete nullum eſt ſpicum nequam, neque in malâ non aliquod bonum. Poſteriores haud gravatè hocce labore contenti erunt, niſi Momi & Zoili invidioſum velint mereri nomen. Cæterùm cur hancce Juris Conducendi materiam elaborandam ſuſceperim? in cauſa eſt, quia quotidiana & uſu frequens, adeoque juxta JCtos (*aa*) plenius

(*z*) L. 19. ff. ad exhib.

(*aa*) In L. 1. pr. ff. de ſuſpect. tut. L. 25. ff. de liber. leg.

nius tractanda, nemo autem, quandoquidem ego ſciam, hactenus repertus eſt, qui id præſtiterit. Exſtat quidem hâc de materiâ Thomæ Maulii tract. an autem iſtam ſufficienter enuclearit dictus Auctor, alii judicent: Habuit etiam ante annos aliquot de hâc ipsâ Diſputationem ſuam Inauguralem Dn. D. Ehrmannus, Amicus meus, ſed propoſitum ipſi fuit non integrum tractatum; ſed theſes ſaltim inaugurales conſcribere. Præter hos & Dn. D. Ahasver. Fritſchium, qui tractatui ſuo de R.V.P.J. quædam inſeruit, an aliquis hâc de re quid in lucem emiſerit? me latet. Quid autem in hoc ipſo opuſculo ego præſtiterim, ex ejus lectione conſtabit, quemadmodum quâ methodo uſus ſim, ſequens ſtatim indicabit index capitum. Interea Tuum erit, Candidisſime Lector, huic conatui favere, & ſi meruerit applaudere.

Vale.

INDEX CAPITUM.

CAP. I.
De Definitione & Diviſione Juris Conducendi.

CAP. II.
De Cauſa Efficiente Juris Conducendi.

CAP. III.
De Juris Conducendi Subjecto.

CAP. IV.
De Objecto Juris Conducendi.

CAP. V.
De Modo præſtandi Securitatem ſeu Salvum Conductum.

CAP. VI.

De Effectibus Juris Conducendi primis in percipiendo Commodo & ferendo Onere conſiſtentibus.

CAP. VII.

De Effectibus ortis ſeu Remediis ratione Juris Conducendi competentibus.

CAP. VIII.

De Remediis Peregrinantibus Conductu indigentibus, quæ competunt.

CAP. IX.

De Affinibus Juris Conducendi.

CAP. X. & ULTIMUM.

De Juris Conducendi Contrariis.

INDEX QUÆSTIONUM.

1. AN Jus conducendi Regalibus accenſeri debeat? Aff. pag. 5

2. Regalia an rectè diſtinguantur in majora & minora? Aff. 6

3. An Jus conducendi rectè vocetur Regale majus? Aff. 7

4. An Rex Rom. vivo Imperatore electus nova Privilegia, Jura ſeu Regalia proprio jure ac poteſtate tribuere poſſit? Neg. 10

5. An conceſſo Ducatu, Comitatu, &c. eo ipſo ſtatim & Regalia conceſſa intelligantur? Neg. 14

6. Si Imperator Ducatum vel Comitatum in Feudum conceſſerit cum omni jure, an tunc Regalia quoq; transeant? Neg. 15

7. An Regalibus in genere conceſſis etiam majora veniant? Neg. 15

8. Si Regalia quædam in ſpecie exprimantur, & generalis clauſula ſubjiciatur: cum omnibus & quibuscunq; aliis, an reliqua etiam non expreſſa, tam majora quàm minora veniant? Neg. 16

9. An Regalia habile præſcriptionis ſint objectum? Aff. 18

10. An in præſcriptione immemoriali neceſſaria ſit Principis ſcientia & patientia? Aff. 20

11. Præſcriptio immemorialis an certô definiatur annorum numero? Neg. 21

12. *An homo præſumatur vivere ad centum annos? Neg.* 23

13. *An Superioritas Territorialis ſit independens vel Majeſtatica, ſive Regia? Neg.* 27

14. *An Collegium Electorale Conſtitutioni alicui, ſive Imperatoria, ſive Pontificia, acceptum ſit ferendum? Neg.* 35

15. *An Civitates Imperiales habeant votum deciſivum, an ſaltem conſultativum in Comitiis? Prius aff.* 57

16. *An Civitates Imperiales habeant Jus Territorii? Aff.* 58. & ſeqq.

17. *Utrum is, cui conceſſum eſt Territorium, etiam habeat Jurisdictionem? Aff.* 64

18. *An Nobiles immediati ſint Status Imperii? Neg.* 69. & ſeqq.

19. *An habeant Superioritatem Territorialem?* 73. & ſeqq.

20. *An Principes apanagiati gaudeant Jure Superioritatis? D.* 77

21. *An conducendi Jus habeant? D.* ibid.

22. *An differant* Reichs-Stådt & Freye Reichs-Stådt? *Neg.* 78. & ſeq.

23. *An iis Civitatibus, quæ non ſunt Liberæ Imperiales, Jus conducendi competat?* 80

24. *An Protector Civitatis alicujus Imperialis aliúsve liberam ſuarum rerum adminiſtrationem Regaliumq́ exercitium obtinentis, vi Juris protectionis habeat quoq́ Jus conducendi per iſtam? Neg.* 81

25. *Quomodo probetur Superioritas Territorialis?* 84

26. *An Princeps Imperii, ſi habet in aliqua Civi-*

Civitate Palatium, etiam in ea habeat Superioritatem Territorialem? Neg. 87

27. *An Conducentes ſint Domini viarum? Aff.* 95

28. *An & fluminum publicorum? Aff.* 100

29. *An mare ſit proprietatis capax? Aff.* 103 *& ſeqq.*

30. *An quis immediatam ſubjectionem ex eo ſolo, quod in A. B. conducere jubeatur Electores, probare poſſit? Neg.* 111. *& ſeq.*

31. *An denegatione conductus Electoribus & Nunciis eorundem exhibendi committatur crimen læſæ Majeſtatis? Aff.* 115

32. *An Conſtitutionis de Conductu Carolino & hodiè aliquis uſus? Aff.* 116

33. *An Principi alterius territorium ſine impetrata venia tranſire liceat? Neg.* 117

34. *Quid Juris, ſi Princeps nihilominùs absq; venia alterius territorium de facto transeat?* 119

35. *Si Princeps in alieno territorio habeat Jus conducendi, an territorii Dominus etiam neceſſe habeat deductionem, vel conductum petendi per locum, ubi ad alterum Jus iſtud pertinet? Neg.* 120

36. *An Sanctitas Imperatoris & Principum conſiſtat in conductu hujusq; ſpecies ſit? Neg.* 121. *& ſeq.*

37. *Quomodo intelligendum illud verbum:* Käiſerl. Majeſt. bringt das Gleit mit ſich? *122. & ſeq.*

38. *An Imperator habeat dominium ſupereminens in ſingulis Ordinum Imperii territoriis?* 123

39. *An denegans deductionem ſive tranſitum petenti Principi innoxio peccet contra jus naturæ & pacem Imperii publicam? Aff.* 129

40. *An ſecuritas Judæis deneganda? Neg.* 131

41. *An tolerandi ſint in Rep. Chriſtiana? Aff.* 132

42. *An noviſſimum ante diem ad Chriſtum convertendi ſint?* 133. & ſeq.

43. *An veſtitûs notam, quam aliàs gerere debent, veluti certum pileum aut flavum annulum etiam in viis publicis portare cogantur? Neg.* 138

44. *An Mangones & Medicaſtri circumforanei gaudeant ſecuritate? Neg.* 144. & ſeq.

45. *An Judæi Medici ſint ferendi? Neg.* 147

46. *Num hoſtium Legatis ad alias Regiones tendentibus ſecuritas deneganda?* 160

47. *Si Legatus impetratâ veniâ per alienum tranſeat territorium, ibiq; contrahat vel delinquat, anne iſto in loco eo nomine poſſit conveniri?* 161

48. *Quid juris, ſi nulla adſint certa ſigna conductûs ſcil. columnæ indices, ſed alter Principum oblatâ occaſione conducendi ad illam metam ſibi deberi jus conducendi aſſerat, alter verò neget?* 168

49. *An licita ſit vectigalium ex uno loco in alium tranſlatio?* 169

50. An

50. *An conceſſo jure conducendi, conceſſum etiam cenſeatur jus percipiendi pedagium vel vectigal? D.* 170

51. *An pro ſolo tranſitu per vias publicas territoriorum Domini aliquid exigere poſſint? Neg.* 172

52. *An in reparationem viarum quis teneatur plus impendere, quàm ex vectigalium reditu percipit? Neg.* 176

53. *Si jus vectigalium duo habeant alicubi commune, & alter ſine conſenſu alterius plus in viarum refectionem impendat, quàm reditus iſtius importat, an eo nomine contra alterum habeat actionem? Neg.* 179. & ſeqq.

54. *An hoſtiles naves perſequenti in alieno portu invadere liceat?* 186

55. *An ſi latro vel pirata, in cujus caput certum conſtitutum eſt præmium, ultrò ſe ſiſtat, hoc ipſe meriturus, jure iſtud exigere poſſit? Neg.* 188

56. *An quis teneatur indicare piratam? Aff.* ibid.

57. *An Juriſdictio ſuperior, Foreſtalis, & Jus conducendi ſint connexa? Neg.* 189. & ſeq.

58. *An is, qui gaudet jure centenæ, habeat quoq; jus conducendi? Neg.* 190

59. *Si delictum in via publica vel flumine ſit commiſſum, ad quem ſpectet cognitio & coërcitio, an ad eum, qui in territorio merum & mixtum imperium habet, an verò ad illum, qui gaudet jure conducendi? D.* 192. & ſeq.

60. *Si delictum, v.g. homicidium, in confinio & quaſi centro*, mitten auf der Marckſcheidung / duo-

duorum Dominorum territoriorum ſit commiſſum, ad quem pertineat cognitio? D. 194

61. *Quid ſi in uno territorio inchoatum, in altero verò perpetratum ſit delictum?* 196

62. *Cui inſula in flumine nata adquiratur?* 196

63. *An conſtitutio litigioſæ poſſeſſionis etiam locum habeat, in interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis? Neg.* 205

64. *An ſequeſtratione poſſeſſio litigioſa amittatur? Neg.* 206

65. *An ſi captus Officialis ſit ſubditus capientis, locum habeat conſtitutio pignorationis? Aff.* 215

66. *An rebus pignoratis pretio redemptis ad reſtitutionem hujus agi poſſit? Aff.* 216

67. *An interdictum uti poſſidetis heredi defuncti in poſſeſſione ſua turbati, antequam ipſo facto hæreditatem adiit, competat? Neg.* 117. *& ſeq.*

68. *An in feudalibus poſſeſſio patris in filium absq; ullo corporeo actu interveniente migret & transfundatur?* 218

69. *An interdicto uti poſſidetis cautio de impoſterum non amplius turbando ſecundùm Jus Juſtinianeum exigi poſſit? Aff.* 225

70. *An hoc interdictum uti poſſidetis competat etiam illi, qui de poſſeſſione vi dejectus eſt ad eam recuperandam? Neg.* 226

71. *Si ab utraq; parte probationes per omnia fuerint æquales, quid faciendum Judici in judicio retinendæ poſſeſſionis?* 227. *& ſeq.*

72. *An*

72. *An poſſeſſorium retinendæ cumulari poſſit cum petitorio? Neg.* 228

73. *An pars victrix propriâ authoritate ſententiam in interdicto uti poſſidetis ſuper jure conducendi latam executioni mandare poſſit? Aff.* 230

74. *An interdictum unde vi ſeu actio ejus nomine competat hæredi? Aff.* 235

75. *An competat prædoni contra Dominum? Aff.* 236

76. *An contra ſingulares competat poſſeſſores?* 237

77. *An vaſallo competat contra Dominum? Neg.* ibid.

78. *An remedium Can. redintegrandæ etiam competat contra poſſeſſorem ſingularem titulo & bonâ fide poßidentem? Aff.* 239

79. *An actio confeſſoria & negatoria cum utili interdicto uti poßidetis cumulari poßit? Aff.* 245

80. *Princeps in alterius Principis vel Status territorio delinquens, ubi conveniri ac puniri queat?* 259. & ſeqq.

81. *An vicinus Princeps vel Magiſtratus teneatur vicino concedere tranſitum captivi,* die Durchführung ſeiner *Maleficanten? Aff.* 267

82. *An ob rerum defenſionem liceat quem occidere? Aff.* 275. & ſeq.

83. *An jus ſtapulæ involvat neceßitatem vendendarum mercium? Aff.* 279

84. *An ſit contra jus gentium? Neg.* 277

85. *An Princeps jus ſtapulæ ſemel conceſſum pro arbitrio annullare poßit? Neg.* 278. & ſeq.

86. *An verum ſit proverbium:* Wort brechen kein Gleit? *Neg.* 279. & *ſeq.*
87. *An actio ſuper fractâ pace detur contra unicam perſonam?* 288
88. *An in cauſis fractæ pacis conatus pro effectu habeatur? Aff.* 292
89. *An hæc actio ex conſtitutione fractæ pacis competat quoq; contra hæredes? Aff.* 293
90. *An quis ob violatam pacem publicam ipſo facto in Bannum incidat, ita, ut nullâ ſententiâ declaratoriâ opus ſit?* 296
91. *Si prædator rem vendiderit, alter iſtam bonâ fide emerit, & rurſus ante interpellationem Domini in alium tranſtulerit, habebitne Dominus contra poſteriorem huncce venditorem rei vindicationem? Neg.* 300
92. *An bona abrepta apud raptores comprehenſos inventa fiſco ſint adjudicanda? Neg.* 301
93. *An & Naufragorum bona? Neg.* 304
94. *An Dominus territorii* (der Land- und Gleits-Herr) *teneatur deprædatis reſarcire rapinam in territorio ſuo commiſſam? Aff.* 305
95. *Si nauta vel auriga ſuâ culpâ vel negligentiâ non ſolvat vectigal, an Dominus mercium pœnam commiſſi ſuſtinere debeat? Neg.* 314. & *ſeq.*
96. *An Judæis tranſeuntibus cum literis ſecuritatis alicujus tertii per territorium Principis, quò habitare non poſſunt, offenſis aut deprædatis, Dominus territorii ad damnum reſarciendum teneatur? Neg.* 316
97. *An reo ſit concedendus ſalvus conductus? Aff.* 321

98. *An*

98. *An qualibet citatio, etiamſi non habeat annexam clauſulam publicæ fidei & ſecuritatis ejus ſit effectus, ut quaſi in dorſo ſecum ferat ſalvum conductum? Neg.* 322

99. *An incarcerato etiam ſalvus conductus concedi debeat? Neg.* 323

100. *An fides hoſti vel hæretico data ſit ſervanda?* 327. & ſeq.

101. *An liceat facinoroſos dolis fallere? Diſt.* 328

102. *Qualis cautio à reo ſit præſtanda?* 332

103. *An offendens eum, qui ſalvum conductum à Magiſtratu habet, incidat in crimen læſæ Majeſtatis, gladiiq; pœna coërceri debeat? Neg.* 334

104. *An ſubditi ſine conſenſu ſuperioris alterius protectioni ſe ſubjicere queant?* 339. & ſeqq.

105. *An Magiſtratus ordinarius ſubditos, qui protectorem elegerunt, nihilominus defendere atq; protegere teneatur? Aff.* 342

106. *An ſi unus ex duobus Principibus confœderatis, qui civitatem aliquam in ſuam protectionem receperant, eamq; contra omnes defendere promiſerant, eam oppugnare conetur, alter hanc defendere poſſit? Aff.* 345

107. *An defendere protector teneatur clientes etiam contra alios ſuos clientes? Aff.* 345. & ſeq.

108. *An protector & contra patrem ſuos clientes defendere teneatur? Neg.* 347

109. *An contra ſeipſum?* 348

110. *An*

110. An protector clientes etiam invitos defendere poſſit? Aff. 350

111. Si protector priſtinâ fortè potentiâ amiſsâ clientes ſuos ampliùs defendere non poſſit, anne jure protectionis exuendus ſit? Neg. 355

112. Num ſufficiens & juſta cauſa ſit excutiendi & amittendi jus protectionis, ſi protector diverſam à cliente Religionem amplectatur? Neg. ibid. & pag. ſeq.

113. An Aſyla peregrinis quoq; & advenis, qui alibi deliquerunt, immunitatem præſtent? 358

114. An condemnatus ad mortem ipsâ nocte ante determinatum executionis diem, vel dum à carnifice ad ſupplicium ducitur, effugiens ad aſylum ibi ſit ductus? Neg. 371

115. An ſecurus ſit criminis capitalis reus, qui ob incuriam & negligentiam commentarienſium aufugerit, aut fraude vel aſtu & arte à Biroariorum ſeu lictorum manibus ſeſe extricaverit? Neg. 372

116. An & Judæis Chriſtianorum pateant aſyla? 373

117. Quid ſi delinquens lictorum blandimentis & impunitate promiſsâ, ex aſyli loco eliciatur, anne tunc debitæ pœnæ ſubjiciendus aut aſylo reſtituendus? Diſt. 375

118. An provocans aliquem ad duellum in loco ſecuritatis publicæ ſeu pacis Burgenſis incidat in pœnam violatæ pacis Burgenſis? Diſt. 379

119 *Si quis in confinibus Palatii aut in atrio ad duellum quem provocaverit?* 381

120. *An pacis Burgenſis violata pœnam incurrat quoq; is, qui tertium gladio non læſit, ſed illum tantùm ſtrinxit, nec manu pulſavit, ſed manum ad pulſandum tantùm levavit? Aff.* 381

121. *Quâ pœnâ plectendus ſit is, qui palatii Principis portam rumpit, vel ſcalis admotis aut alia quavis ratione muros ejus noctu vel interdiu, tranſcendit? Diſtinguenda ſunt tempora.* 382

I.N.J.

ERRATA.

PAg. 18. lin. 5. Lege. pag. 30. lin. 3. ſuffragandi. pag. 31. lin. 27. conf. Oettinger. pag. 32. lin. 27. exercent. pag. 34. lin. 29. prout vocantur. pag. 46. lin. 23. nomine. pag. 50. lin. ult. Ottonis M. pag. 67. lin. 30. immediatæ. pag. 85. lin. 5. Brunsvigam. pag. 86. lin. 4. quia. pag. 105. lin. 31. halecia. pag. 143. lin. 20. exhauſta. p. 159. lin. 5. prætereunti. pag. 161. lin. 4. juſta. pag. 167. lin. 19. conducendi jus. pag. 177. lin. 17. norunt. pag. 180. lin. 7. prohibenti. pag. 185. lin. 12. implorantium. pag. 195. lin. 9. alium. pag. 202. lin. 24. Judicis. pag. 206. lin. 5. ſcandalo. pag. 210. lin. 8. & 9. pignoratori. pag. 218. lin. 12. Coring. pag. 222. lin. 9. Coring. pag. 225. lin. 28. Coring. pag. 226. lin. antepen. Coring. pag. 227. lin. 23. & 27. Coring. pag. 231. lin. 15. ei. pag. 235. lin. 31. heredi. pag. 242. lin. 13. actor. pag. 247. lin. 23. Joh. pag. 248. lin. 16. vorflüchtige. pag. 251. lin. 8. obſervent. pag. 255. lin. 22. potuit. pag. 257. lin. 14. Schallinus. pag. 259. lin. penult. poterit. pag. 261. lin. 10.. 1530. pag. 266. lin. 18. videndum. pag. 269. lin. 6. eam. pag. 270. lin. 29. cum. pag. 286. lin. 27. propoſito &c. pag. 287. lin. 24. conſtitutionem. pag. 310. lin. 20. facilè credamus. pag. 315. lin. 23. poſterius. pag. 318. lin. 3. remediis habet. pag. 337. lin. ult. compenſationem. pag. 354. lin. 1. ſolviſſe. pag. 372. lin. penult. qualiter qualiter. pag. 375. lin. 23. ne.

Hæc ſunt errata exſtantiora. Plura ſi occurrent, hic non notata ea, præſertim verſiculos & accentus fortè perperam poſitos, commata vel puncta neglecta, vel incongruè adjecta B. L. pro candore ſuo vel ſupplere, vel corrigere haud gravabitur.

:(o):

I. N. J.

CAPUT I.

De Definitione & Diviſione Juris Conducendi.

DEfinitio (quam ſemper præmittendam eſſe monet Cicero *1. Offic.*) duplex eſt, vel Nominis, vel Rei.

Prior eſt Etymologica, Homonymica, & Synonymica.

Quoad Etymologiam, CONDUCERE dicitur à *cum* & *ducere*. Et verbum hoc Donellus *13. Comment. c. 6.* traductum eſſe putat ab iis, qui olim Regis ſtipandi gratiâ, *conduci* dicebantur, referente Varrone, *lib. 6. de L. L.* Hinc vox Germ. Geleit/ à verbo leiten/ führen/ benè convenit cum Latino, conducere, quia qui aliquem conducit, tantum (cæteris paribus,) ipſi præſtare videtur, quantum v. g. præſtat cæco oculatus. Nam quemadmodum cæcus ſine ductore, cujus ductum ſequatur, cuivis fermè periculo eſt obnoxius; ita peregrinans, ſive iter faciens, in viâ publicâ ſine conductore non eſt usquequaque ſecurus; ſed facilè impetum latronum poteſt experiri.

Deinde tranſigendum nobis de verborum ſignificatis: Vocabula enim rarò in nativâ ſignificatione acquieſcunt, ſed ad res varias ſignificandas transferuntur, *arg. l. 4. de P. V.* Sic etiam conducere, denotat aliquando, congregare, zuſammen führen; aliquando commodare, ſive utilitatem præbere. Nummos verò conducere Horatio, *lib 1. Serm. Satyr. 2. v. 9.*

Omnia conductis coëmens obſonia nummis:
ſignificat idem ac nummos pro fœnore accipere.

Porrò conducere notat contractum conſenſu initum, quò conducimus res vel operas. Dicitur Locatio Conductio, quia res locata ductum quaſi conductoris ſequitur.

Induciæ Moratoriæ quoque contra creditores impetratæ, vulgò *Quinquenell, Salvus Conductus*, vel Literæ Securitatis dicuntur, quia ſecurum ad tempus, (quod regulariter eſt quinquennium,) præſtant Debitorem ab inquietudinibus & vexationibus Creditorum, tanquam in teſſeram ſecuritatis datę. *Vid Limn. de Jur. Publ. tom. 2. lib. 4. c. 8. n. 352. m. 4. Dn. Carol. Gottlieb.* Süber *in Diſp. de Reſcript. Morat. Altorfii habitâ Anno 1658. theſ. 15.*

Vox Germanica Gleit non ſolùm denotat mercium Vectigal, verùm etiam Gabellam rerum minutularum, puta animalium, Klein- und Marckt-Gleit Baldus Capitationem denominat, quæ pro quolibet capite beſtiarum exſolvitur, *in L. 8. n. 1. C. de SS. Eccleſ.*

Deinde ſignificat Salvum Conductum, qui homicidis vel aliis delinquentibus conceditur.

Et

Et hic Salvus Conductus eſt in duplici differentiâ. Moribus enim quædam *tacita* obtinuit Securitas,ut ſi nova nupta Principis in ipſius aulam ſolenniter inducitur, malefactores currui adhærentes ſine perjurii noxa Securitatem mereâtur, quibus interceſſu Principis novæ nuptæ quatenus ob delicti qualitatem fieri poteſt,)gratia conceditur. Princeps enim poteſt in honorem domûs ſuæ, vel ob lætitiam publicam, aut ratione novi adventûs,vel ob partam victoriam famæ reſtituere bannitos, vel in exilium miſſos, nec non pœnas delictorum remittere,*Rol.à Vall.Conſ.4.n. 58.vol.3*.Altera *expreſſa* eſt,indulgetur enim Securitas,vel ut malefactor ſuam prætenſam innocentiam& tuitionem Jure evincat,Germ.Gleit zur Ausführung gerühmter Unſchuld'quę tamen non facilè cōceditur,niſi ex pręviâ inquiſitione liqueat, probabiliter delinquentem innocentiam docere poſſe;dein conceditur malefactoribus transfugis vel relegatis etiam temporariè, quam Princeps ex ſolâ voluntate indulgere poteſt, *l.4. in fin. de pœn. Knich.de Super territ.c.3.n.562.& ſeqq.*

(3) Sumitur *pro Superioritatis Symbolo*, cum Principes per territorium alterius transeundo & pernoctando conducuntur.

(4.) Notat *aſſecurationem à Principe conceſſam mercatoribus eorumq; mercibus*, quod ut plurimum fit, cum mercatores ad nundinas eunt, nomina ſua profitendo, pecuniam (Gleitsgeld) ſolvendo, & Securitatem accipiendo (Gleit nemen) per quod ſecuri transeunt territorium illius Principis.qui die hohe Gleits Obrigkeit oder Herrlichkeit habet, & à quo ſecuritatem nacti ſunt. *Weh-*

ner. Obſ. Pract. voc. Gleit. *Conf. Heinric. Bruning. de Var. Univerſ. ſpecieb. §. 30.* Et hæc acceptio potiſſimùm eſt hujus loci.

Hactenus de Homonymia; ſequitur nunc Synonymia.

Vocatur autem Jus Conducendi quoque Aſſecuratio, Fidantia, Jus Securitatis &c.

Viſâ nunc Definitione Nominali, progredimur ad Realem.

Definitur Jus Conducendi à Dn. D. Ehrmanno, Amico meo haud vulgari, *in Diſp. Inaug. de de Jure Conduc. Th. 2.* quod ſit REGALE MAJUS JURE SUPERIORITATIS REGULARITER COMPETENS IN VIA PUBLICA ET FLUMINIBUS PRO SECURITATE PEREGRINANTIUM ET EORUM BONORUM. Dn. à Seckendorff im Teutſchen Fürſten-Staat *p. 3. c. 3. Reg. 3.* ita deſcribit: Unter dem Wort Gleit/ verſtehe man insgemein alles das/ was die hohe Landes-Obrigkeit/ zu ſicherer und bequemer Geleitung/ Forthelffung und Erhaltung derer im Lande Reiſenden/ ſonderlich aber der Handelsleute/ verordnen und ſchaffen muß/ es geſchehe nun mit Beſchützung der Straſſen/ vor Rauberey und Plackerey/ oder mit Erhaltung der Straſſen ſelbſt/ der Brücken/ der Dämme/ der Schifffahrten/ der Anlendungen/ Ufer und Porte/ daß man darauf mit fahren und wandeln/ oder mit Schiffen und Flöſſen fortkommen kan. Hæc ille.

Dicitur autem (1.) REGALE, quia Regi vel Imperatori, quem Jus Feudale Regem appellat, *c. ſi inter dominum. Verſ. ſi verò Regem. ſi de Inveſtit. inter Dom. &c. 1. F. 26. & c. ad hoc. de allod. 2. F. 54.* ut & alii Jura Regia habenti, ſeu Superio-

periorem non recognoſcenti, principaliter competit. Nam licet & alii Principes, qui Superiorem recognoſcunt, Regalia in ſuis ditionibus exerceant, id tamen fit ex conceſſione Imperatoris vel expreſſa, vel tacita, puta præſcriptione, adeoque alieno beneficio non Jure proprio, quo Regalia habent ii ſolùm, qui ſuperiorem non recognoſcunt, *Bocer. de Regal. c. 1. n. 5*. Dubitat quidem Beſoldus *in Theſ. Pract. voc.* Gleit: An Jus conducendi Regalibus accenſeri debeat, cùm in cap. un. quæ ſint Regalia. 2. F. 56. non referatur; Verùm ſciendum, multa Jura Regalia eſſe, quorum ibi mentio non fit: Deinde hoc jus moribus eſt introductum & adnexum Juriſdictioni viæ publicæ; nihil ergo prohibet iſtud in Regalium numerum referre.

Dicitur (2.) Regale MAJUS. Regalia vulgò diſtinguuntur in Majora & Minora. Majora dicuntur quibusdam, quæ ad ſummam Imperatoris poteſtatem & dignitatem pertinent. Minora, quæ Imperator faciliùs concedere poteſt, quàm majora; ſed minùs rectè. Omnes enim Summæ Poteſtatis partes ad eſſentialem rei conſtitutionem pertinent, adeoq; inſeparabiles ſunt, ſive ſint majores ſive minores. Ut enim v. gr. Petrus non eſt nominandus homo, quando anima à corpore ſeparatur; ita nec ſummæ poteſtatis eſſentia eſt integra, à quâ duæ vel tres partes auferuntur. Cum ſublatâ unâ parte eſſentiali, non poſſit eſſe ſalva totius natura. *Dn. D. Wendler. Prof. Witteb. in Diſp. de Sum. Pot. Th. 81.* Rectiùs Majora Regalia definiuntur, quæ ad Principis ſupremum decus & autoritatem, ſine pecuniario commodo

pertinent, *Ludvv. Syn. Jur. Feud. c. 13.* ſeu, quæ ad decorandam dignitatis ſupereminentiam conſtituta ſunt. Minora verò, quæ ad fiſcum conſervandum & augendum pertinent. *Id. d. l.*

Hæc diſtinctio à quibusdam planè rejicitur, contradictionem eam implicare putantibus. Nam, dicunt, Majeſtas eſt ſumma in Republica poteſtas, quomodo ergo ejus quædam Jura (quæ nihil aliud ſunt, quàm Regalia, licet quidam non incommodè agnoſcant hanc differentiam, quod hæc Jura vel remaneant in fonte, eo ſcilicet, qui Majeſtatem habet, & tunc dici Jura Majeſtatis; vel concedantur in vim Juris territorialis, & dici Regalia; vel concedantur in modum Privilegii, qua ratione iſta ſæpiùs habent nobiles; vel denique conferantur tantùm ratione usûs & adminiſtrationis, (*Dn. Struv Syntagm. Jur. Feud. cap. aphor. 13. n. 1.*) poſſunt eſſe majora, quædam minora, ſiquidem contradictionem implicat in adjecto, eſſe ſummum, & tamen recipere majus & minus. *Vid. Martin. Schoock de Majeſt. num. 65.* Verùm Reſp. Regalia dici majora vel minora, non ratione cauſæ efficientis; ſed ratione objecti, ut Majora vocentur, quæ circa præcipuas res ſunt occupatæ; Minora verò, quæ res non adeò magnas pro objecto habent. Summum ergo hoc loco recipere poteſt magis & minus, licet non ratione quantitatis; tamen ratione qualitatis, quatenus unum Regale altero eſt præſtantius, & nobilius.

An autem Jus Conducendi hîc rectè vocetur Regale Majus? dubitatur: Nam non videtur pertinere ad ſupremum decus & autoritatem

Prin-

Principis ſine pecuniario commodo, ſiquidem ii, qui conducuntur, plerumque tenentur ſolvere Gabellam quandam, quæ vocatur, das Gleitgeld. Hinc etiam viæ publicæ à multis referuntur inter Regalia minora, *per cap. un. 2. F. 56.* Ubi præter unicum Jus conſtituendi Magiſtratus recenſentur ſolummodò commoda ac emolumenta, quæ ex bonis publicis vel aliàs ratione Imperii aut territorii ab Imperatore, aut Principibus percipiuntur, quæ nihil aliud ſunt quàm Regalia Minora. Aſt hisce non obſtantibus, rectè nihilominus JusConducendi referri inter Regalia Majora cenſemus. Etenim principaliter non ſpectat ad fiſcum conſervandum vel augendum; ſed potiùs ad ſupremam Principis autoritatem ſignificandam. Non exiguum ſiquidem Principi conciliat ſplendorem, ſi peregrinantes per ſuum territorium ab impetu latronum vel ſimilis farinæ hominum valet reddere ſecuros, licet Gabellam quandam iſti quandoque ſolvere tenentur, eâ tamen fiſcus ſæpiculè parum vel nihil augetur; cùm tantundem vel ſæpenumerò plus in vias publicas erogare teneatur.

Dicitur (3.) JURE SUPERIORITATIS COMPETENS: quâ cauſa efficiens Juris Conducendi indigitatur, de quâ in ſequenti Capite.

Dicitur (4.) REGULARITER competens, ad indicandum, non ſemper territorii Domino hoc Jus competere, ſed aliquando quoque ad alium, vi, v. g. ſervitutis Jurisdictionalis, pertinere. Jurisdictio enim multum participat de ſervitute, dum Dominus Territorii æquè ac Dominus prædii patitur alterum in illo exercere actus

Juriſdictionales, quod aliàs citra ipſius permiſſionem atque patientiam nulli licet, teſte Caſp. Leipold *de Concurſ. Juriſd. q. 1. verſ. poſtremo Juriſdictio.* nec extendi debet permiſſio unius ad alia non permiſſa: Conceſſio enim determinata hoc operatur, ut quis eâ non poſſit uti, niſi ſecundùm formam limitationis, *arg. l. 29. ff. de S. R. P. ubi add. Gothofr. not. lit. Z.*

Reliqua verba ſubjectum, objectum & finem, de quibus ſingulis infrà dicetur, deſignant.

Hæc de Definitione, ſequitur Diviſio.

Dividitur à ſupra laudato Dn. Ehrmanno (1.) ratione ſubjecti in *Oneroſum* & *Fructuoſum*.

Conductus oneroſus ipſi eſt, qui Magnatibus eorumque cauſâ præſtatur, & ex parte recipientium immunis eſt: Fructuoſus verò, qui viatoribus inferioris conditionis præſtatur, & maximos circa conductos & eorum bona habet effectus. Iſte fit das Gleit zu leiſten. Hic die Gleits-Herzlichkeit zu behaupten.

Verùm enim verò cùm omnis Conductus plus oneris habeat, quàm commodi, rectiùs fortean dividetur in *Neceſſarium*, & *Liberum*, ita ut iſte ſit, quem omnes Electores ſub pœnâ amiſſionis ſuffragii, alii autem Ordines ſub pœnâ privationis feudorum Electoribus ad Electionem Regis Rom. euntibus præſtare debent; Hic verò, qui ceteris Magnatibus vel etiam vilioris conditionis peregrinantibus præſtatur & juſtas ac prægnantes ob cauſas interdum denegari poteſt. *Vid. Dn. D. Bechm. in Exerc. Exoter. ad A.B. 2. n. 17.* Et hunc rurſus non incommodè dividere poſſes in *Honorificum*, qui Magnatibus eorumque cauſa

ſâ præſtatur, quando ſc. circa territorii limites (an der Grentze) humaniter accipiuntur, atque in, vel per territorium usque ad metam Juris Conducendi ducuntur ſive comitantur: & *Simplicem*, qui peregrinantibus vilioris conditionis exhibetur.

(2.) Ratione formæ dividitur in *Perſonalem* (Lebendig oder Haupt-Gleit, qui adjunctis miniſtris publicis, Gleitsmänner / Knecht oder Einſpenninger / & *Scriptum* (Tod-Schrifftlich- oder Feld-Gleit) qui literis tractatoriis (Gleitsbrieffen) confertur.

CAPUT II.

De Cauſa efficiente Juris Conducendi.

Cauſa efficiens hujus Juris eſt vel *Remota* vel *Propinqua*.

Remota eſt Jus non ſcriptum, ſive conſuetudo. Hæc enim eſt origo, cauſa ac principium Jurisdictionis aliorumque Jurium ac Regalium, *arg. l. more ff. de Jurisdict. l. ſuper 9. C. de Jure Fiſci.* Siquidem tolerabilia ea cenſentur, quæ vetus conſuetudo comprobat, *l. Imperatores. de pollicit. l. non tantùm. §. fin. de Decurion.* & mos fidelisſimæ vetuſtatis vitæ humanæ lege omni eſt valentior, *Duaren. ad l. 1. §. eſt autem pactio ff. de pact.* vimque veritatis obtinet, *Gail. 1. Obſ. 85. num. 7.* ac Regiæ æquiparatur autoritati, quæ

 dirigit

dirigit ac informat omnes actus mundi. *Vid. Reinck. de R. S. & E. lib. 1. Cl. 3. c. 14. n. 18.*

Propinqua eſt vel *Primaria* vel *Secundaria.*

Primaria eſt Majeſtas, quæ nihil aliud eſt, quàm Suprema & Libera Poteſtas adminiſtrandi civilem ſocietatem ad finem propoſitum, *Dn. Conring. in Diſſert. de Majeſt. Civ. aut. & off. circa ſacra Theſ. 2.*

In Imperio noſtro eſt Majeſtas Imperatoria: Solus enim Imperator ſuâ propriâ & internâ Majeſtate privilegia concedere poteſt, & is hodiè omnis dignitatis & nobilitatis fons eſt, *Dd. arg. l. 3. de Natal. reſtit.* Nam dignitates emanant ab Imperatore velut à culmine; ab eo tanquam à fonte omnes dignitates & nobilitates fluunt, *l. ſacrilegii. C. de diverſ. reſcript. Rol. à Vall. vol. 4. Conſ. 100. n. 3. & ſeqq.* & Jaſon, *in l. qui Roma*
„ *§. Seja num. 15. ff. de V. O.* ait: Imperatorem
„ noſtrum quoad Juriſdictionem inſtar eſſe ma-
„ ris, quod fluminum concurſu nec augeatur
„ nec minuatur, è quô omnia manant ac fluunt
„ Regalia, Juriſdictio, Jura, per conceſſiones, in-
„ veſtituras, confirmationes & commiſſiones, &
„ ad quem quoque per appellationes, nullitates,
„ querelas, & in ſumma per quamvis recogniti-
„ onem refluunt, *Vid. Chriſtoph. Ming. de Super. Territ. c. 2. n. 12.*

Sed quid dicendum de Rege Romano, Imperatore vivo, electo? Reſp. Quamvis is Privilegiorum ante obtentorum confirmationem concedat, nova tamen Privilegia, Jura ſeu Regalia illum tribuere proprio Jure ſive poteſtate non poſſe;

poſſe; non enim habet Majeſtatem, *id eſt*, majorem, & ſuper omnes ut ſingulos ſummam, præceptivam eam, directivamque Poteſtatem. (1.) Namque Imperatorem agnoſcit ſuperiorem, *R. I. de An. 1555.* §. Solches alles / wie obbeſchrieſſen / ꝛc. *ibi*: Die Käiſ. Majeſt. unſern lieben Brudern und Herrn ꝛc. (2.) Regis Romani poteſtas præſente Imperatore planè eſt invalida, & ipſe eo fortè abſente Vicarii ſuſtinet perſonam. *Ord. Cam. p. 1. t. 1.* §. Nemlich wollen. *R. I. de Anno 1555.* §. Und ſollen. §. Und haben wir. §. So ſich denn. Hinc quoque in ſerioribus nihil validi absque ſpeciali Cæſaris mandato concludere valet. (3.) Principes atque Ordines Imperii nullâ fide aut Jurejurando tenentur Regi, niſi poſt mortem Imperatoris, *vid. Fritz. de Elect. Reg. Rom. Porism. 15. & q. 8. Rumelin. ad A. B. p. 3. Diſſ. 7. Th. 6.*

Concedit autem hoc Jus Imperator vel *expreſſe*, vel *tacitè*.

Expreſsè: per Inveſtituram, quæ nihil aliud eſt, quàm actus, quô Dominus vaſallo ſolennibus legitimis adhibitis jus feudi, vel quaſi Dominium feudi per traditionem cedit, *Chriſtoph. Sinolt. cognom.* Schütz *in Diſp. Inaug. de Inveſtiturâ. Th. 9.*

Hodiè generali conſuetudine obſervatur, ut nullus ejusmodi actus fiat ſine ſcriptura. Licet enim ſcriptura de ſubſtantia Inveſtituræ ſive neceſſitate exſiſtentiæ non ſit, ad hoc ſcilicet, ut tum demum actus Inveſtituræ perfectionem nanciſcatur, ſi in ſcripturam relatus, cùm in nullo actu tam inter vivos, quàm mortis causâ ſcri-

ptura

ptura ſit de tali neceſſitate, niſi in iis, quorum ſubſtantia vertitur in ſcriptura, quique ſine hâc fieri nequeunt, vel niſi ſpecialiter hoc actum ſit, *ceu eſt in l. 17. C. de fid. Inſtrum.* ſed tantùm pro faciliori probatione adhibeatur, *arg. l. 4. ff. de pign. Conſ. Roſenth. de Feud. c. 6. concluſ. 4.*

Eſt tamen quodammodo de neceſſitate expedientiæ; conſultiùs ſiquidem eſt & omninò expedit ad probandum ſcilicet actum Inveſtituræ, ne ulli fiat fraus, qui intereſſe in eo habet, ut in ſcripturam, in quâ res feudales ipſæ earumque confines & pacta inter Dominum & Vaſallum inita referantur, (quæ vulgò dicitur ein Lehenbrieff) redigatur.

Hinc tenor Inveſtituræ ſeu talis ſcripturæ inſpiciendus & accuratè attendendus; Nam ſecundùm ejus verba omnis controverſia feudalis interpretationem capit, deciditur, atque regulatur. *Coler. conſ. 34. num. 18.* & tantum conceſſum exiſtimatur, quantum expreſſum, quia ejusmodi conceſſiones ſunt ſtrictiſſimi Juris. *Vide Knich. de Super. Territ. c. 1. num. 1134. & ſeq.*

Cùm autem non omnia æquè clara ſint, ſed ambigua & dubia nonnunquam reperiantur, Doctores regulas quasdam præſcripſerunt, quibus obſervatis difficile non erit ea interpretari.

Et harum ſunt quatuor:

(1.) Si verba clara ſunt, licèt de mente dubitari poſſit, nihilominùs proprietati inhærendum, *2. F. 18.* & verba ſumenda ut ſonant, cùm per vulgatum: Tenor Inveſtituræ ſemper & ante omnia inſpiciendus ſit, *d. t. 18. l. 3. de reb. dub.*

l. 75.

l. 75. de Leg. 3. modò verba ſint convenientia negotio ipſi.

(2.) Si verba tenoris Inveſtituralis ſeu pacti Inveſtituræ propter varias ſignificationes obſcura & dubia ſint, interpretatio facienda ſecundùm morem uſitatum ejus loci, ubi ea fit. *2. F. 1. verſ. uſum tamen. l. 34. de R. J. l. 50. §. ult. de leg. 1.* Conſuetudo enim ſicut eſt optima Legum interpres, *l. 37. de LL* ita & quorumcunque aliorum contractuum & negotiorum; & partes præſumuntur loqui ſecundùm morem regionis, in quâ vivunt; *l. 69. de Legat. 3.* adeoque tali caſu id ſpectandum, quod in eâ regione, ubi negotium geſtum eſt, frequentatur, *l. 31. §. 20. ff. de ædil. edict. l. 6. ff. de evict. l. 1. l. 37. ff. de uſur. l. 3. C. de ædif. priv. l. 6. C. de exact. tribut. lib. 10. l. 4. §. 2. ff. de public.* non autem antè attendendus mos & conſuetudo contrahentis, ut vult Phil. Decius *ad d. l. 34. de R. J. num. 7. per l. 21. §. 1. in fin. ff. qui teſt. fac. poſſ. l. 50. §. ult. in fin. ff. de leg. 1. l. 12. ff. de pign. act. l. 13. ff. de uſur.* vid. Cagnol. *ad d. l. 34. n. 7.*

(3.) Si de obſervantia vel conſuetudine ſpeciali non conſtat, pacta ſecundùm communem naturam feudi interpretanda erunt, *2. F. 1.* Regulariter enim verba ſecundùm ſubjectam materiam intelligenda ſunt & ſumenda, *l. 18. de ædil. edict. l. 4. pr. de uſur. l. 3. de reb. cred.*

(4.) Si nec Jure Feudali ſatis clara fiant pacta, pro vaſallo interpretatio facienda. Fuit enim in poteſtate Domini clariùs & diſtinctiùs dicere, & cùm feudum ſpecies beneficii ſit, contra concedentem regulariter latiſſimè explicanda ejus

conceſſio, *l. 3. de conſt. pec. c. 6. extra de donat.* niſi præſumtio ſit contra vaſallum, *arg. 2. F. 2. §. ult. vid. ſupr. laudat. Sinolt. in d. Diſp. de Inveſt. Th. 26.*

Nunc ad Quæſtionem (1.) An conceſſo Ducatu, Comitatu, &c. eo ipſo ſtatim & Regalia conceſſa intelligantur? Reſp. Neg. *p. 2 F. 26. §. pen. c. 4. extra de offic. leg. c. in gen. de R. J. in 6. add. A.B. C. 10. ibiq; Rumelin. p. 1. deciſ. 8. Th. 30. lit. A.* Diſſentiunt quidam, diſtinguentes inter Regalia Majora & Minora: De his affirmant; de illis negant. Alii verò ſimpliciter affirmant, quoniam hæ dignitates Regalia in ſe continere videntur. Sed utraque opinio veritati videtur inimica (1.) quia Regalia, tanquam Jura in ſignum ſupremæ poteſtatis Imperatori reſervata, ſine ſpeciali conceſſione, injectâ expreſſâ Regalium mentione, translata non cenſentur, *d. c. 4. extra de Offic. Leg.* Nam quæ quis in ſpecie veroſimiliter non erat conceſſurus, non veniunt in generali conceſſione, *d. c. in general. de R. J. in 6.* Deinde ſi vaſallus alienando generaliter bona ſua, non intelligitur alienaſſe feudum, niſi de eo ſpecialem mentionem faciat, *c. 1. §. in general. ſi de feud. def. cont. 2. F. 26.* multò minùs in generali conceſſione feudi Regalia unà con. edentur. Quemadmodum enim Vaſallus feudum tanquam Regale in generali bonorum alienatione ſibi reſervat; Ita & Imperatorem Regalia, quâ tantùm ad illum ſpectant, ſibi reſervare veroſimile eſt. *Paul. Berens Diſp. Feud 4. Th. 10.* (2.) quoniam quis Dux, Comes &c. eſſe poteſt, etiamſi exercitium Regalium non habeat, *Beat. Dn. D. Ludvv. Syn. Jur. Feud. c. 13. p. m. 278.*

Ad Quæſt. (2.) Si Imp. Ducatum vel Comitatum in Feudum conceſſerit cum omni Jure, an tunc Regalia quoq; ſimul transeant? Reſp. Neg. per jam dicta, niſi fortè Imperator in tali Ducatu, vel Comitatu nihil niſi Regalia haberet. Nam tunc ex ſermonis neceſſitate illud fit, *Schneidevv. de feud. p. 2. n. 97.*

Quæſt. (3.) An Regalibus in genere conceſſis etiam Majora veniant? Neg. Zaſius *de Feud. part. 5. n. 13.* Quia ejusmodi Regalia non niſi cum difficultate quadam conceduntur & Regum ſunt ac Principum. *add. Roſenth. de feud. c. 5. Concl. 13. n. 11.* Et Autor deß Wertheimiſchen Gegenberichts *cap. 12. p. m. 326.* ait: Es ſeye mit den Majoribus Regalibus alſo beſchaffen/ daß ſie nicht ſo liderlich hingeſchläudert werden / vörderſt von den jenigen/ unter welchen es mehr Ablativos, denn Dativos gibt / (*Conf. Dn. de Monzambano c. I. n. 15.*) und heiſt diſſfalls / quæ magni ſunt momenti (cujusmodi cum primis regalia eſſe conſtat) ſpeciali notâ ſunt digna, *c. fin. de præbend. c. cùm clerici. de V Obl.* & niſi nominatim exprimantur, pro omiſſis habentur, *l. item ap. Labeonem §. ait Prætor. de Jurejur.* Hæc ille. Klockius tamen putat, Majora etiam conceſſa cenſeri poſſe, ſi ſcilicet circumſtantiæ tenor ceſſionis, perſonæ qualitas, & obſervantia in loco & Curiâ attentâ id requirere videantur. *1. Conſil. 29. num. 225. & ſeq.* v. g. ſi alicui Ducatus vel Comitatus cum omnibus Regalibus conceſſus ſit, utique & Regalia Majora erunt conceſſa, monſtrat enim id tenor ceſſionis, quoniam hæc vocula: OMNIA, non fruſtra à concedente adjecta cenſenda eſt. Opponitur

ponitur *l. c. 4. extra de Offic. Leg.* Ubi generali conceſſione non veniunt ea, quæ ſpecialiter concedi debent. Verùm Reſp. Ludwell. *d. l.* ex Pruckmanno procedere in generali conceſſione indiſtinctè facta, quæ, genere poſitô, aliquam, non tamen omnem ponit ſpeciem: aliud eſſe, ſi univerſaliter facta ſit, adjectâ particulâ, Omni, vel ſimili aliquâ, quoniam qui omne dicit, nihil excludit, *l. Juliano. 68. pr. ff. de Legat. 3. & l. 13. C. mandati.*

Ad Quæſt. (4.) Si in ſpecie quædam Regalia exprimantur, & generalis clauſula ſubjiciatur: Cum omnibus & quibuscunque aliis, an reliqua etiam non expreſſa tam Majora, quàm Minora veniant? Reſp. Neg. ſiquidem ea tantùm, quæ concedi hactenus ſolita fuerunt, præſumuntur conceſſa, vel ſi de eo non conſtet, quæ expreſſis ſimilia ſunt, vel inferiora, *arg. c. ſedes. 15. extra de reſcript.* non etiam Majora. Nam genus, ſequens enumerationem ſpecierum, ad ſpecies expreſſis pares reſtringendum eſt, *arg. l. ult. ff. de tritic. vin. vel ol. leg. ibiq. Gl. Weſembec. conſ. 27. n. 23. vol. 1. Schneidevvin. d. tract p. 2. n. 97.* niſi ad ſingularem Imperatoris eminentiam forent in ſignum Superioritatis reſervata; addit Roſenthal. *de feud. cap. 5. concluſ. 14. n. 4. in fin.* vel etiam Regalia quædam Majora nominatim expreſſa & generalis clauſula poſtea adjecta. *Pruckm. de Regalib. c. 5. n. 38. Diſſent. Borch. de Regal. n. 11. & 12.* Idem fermè eſt, ſi Regali cuidam conceſſo onus quoddam cohæreat, tunc enim ſecundùm Zaſium *d. p. 5. n. 11.* unà conceſſa præſumuntur ea Regalia, ſine quibus expediri

iſtud commodè non poſſet. Ut ſi, v. gr. Duci, vel Comiti facultas teſſeram publicæ Securitatis, id eſt, Salvum Conductum præſtandi daretur, hîc concedens, telonia, vectigalia adjungere voluiſſe præſumitur, *per l. Proculus. de uſufr. l. denique. §. interdum. de pecul. leg.*

Tacita conceſſio eſt, ſi Imperator patitur aliquem hoc Jure uti, per tempus immemoriale. Hoc enim habet vim Privilegii, *l. hoc. jure §. 4. ff. de acqu. quot. l. fin. de aqu. pluv. arcend.* vim conceſſionis à Principe factæ, *Gail. 1. Obſ. 21. num. 15. in fin. Roll. à Valle Conſ. 66. num. 40.* vim duorum vel trium teſtium, *l. 2. C. de annal. except.* vim publici inſtrumenti, *Modeſt. Piſtor. Conſ. 12. num. 44. vol. 1.* & favor antiquitatis & temporis immemorialis eſt loco tituli, omnemque malæ fidei præſumtionem tollit, *c. 1. de præſcript. in 6.* purgat omnia vitia & defectus quoscunque, neque ſollicita quicquam de ſolennitatibus extrinſecis eſt, quas acceſſiſſe negotio præſumit tanti temporis antiquitas, *Dn. Carpzov. de L. Reg. Germ. ſect. 9. n. 21.* & præſumtio, quæ ex hoc curſu temporis immemorialis inſurgit, eſt Juris & de Jure, quæ difficulter admittit probationem in contrarium, *Ming. de Sup. Ter. c. 2. num. 26.* habet eundem effectum, quàm ipſa veritas, *Dn. Juſtus Hahn. de Jure Colon. num. 253.* imò vel ipſo etiam privilegio eſt præſtantius, tollitque Juris reſiſtentiam, *Dn. Fritſch. de Palat. c. 9. num. 21. & ſeq.* & tantum poteſt, quantum Imperator cum cauſa, *Roll. à Vall. vol. 4 Conſ. 59. num. 6.* mutat quadrata rotundis, *Dn. D. Kühlevv. in Diſp. Inaug. de Jur. Stap. c. 2. num. 18.*

omnemque defectum ſupplet, ac illud, quod aliàs irritum, nullum & invalidum eſt, firmat, & validum reddit. *Borcholt. de Regalib. n. 12.* quid quod ejusmodi pręſcriptio immemorialis eſt admodum privilegiata, adeò, ut ſi Legi vel Statuto ſublata ſit præſcriptio, non tamen intelligatur ſublata immemorialis, *Dn. Myler. in Nomolog. Princ. ac Stat. Imp. Germ. c. 18. num. 1.*

Hinc facilè patet, quid ſentiendum ſit de asſertione Sutholti *in Diſſert. 6. aph. 13.* quando dicit, Regalia ſeu Majeſtatis Jura habile præſcriptionis objectum non eſſe, cùm non ſint in patrimonio & Jure privatorum, ſed Principis propria. Quamvis enim quoad ipſum Summum Imperium & Majeſtatem facilè quis cum accuratiſſimo JCto Dn. Strauchio *in not. MSS. ad d. l.* poſſit adſentiri Sutholto, & dicere iſtam præſcribi non poſſe à ſubdito contra Principem, niſi adſint ſigna, quibus Princeps dereliquiſſe ſeu abdicaſſe ſe eâ probari poſſit; nihilominus tamen aliter ſe res habet cum Regalibus, quæ utique tempore immemoriali præſcribi poſſunt, quoniam talis præſcriptio, (ut ſupra innui,) nunquam remota vel excluſa cenſetur, cum præſcriptio removetur & excluditur. *Matth. de Afflict. Deciſ. Neapol. 254.* Nec ſufficit ratio Sutholti, quòd non ſint in patrimonio privati. Hoc enim demonſtrandum fuerat, an ita non ſint, ut nec eſſe poſſint, quod ſi præſupponit, liquidò principium petit. Imò, quantum ad Imperium noſtrum, publica ejusdem utilitas exigit, ut tanto temporis lapſu omnes prætenſiones & omnia Jura competentia intereant, ad evitandam Domi-

nii

nii incertitudinem, ſeu ne Principes Imperii in poſſeſſione tanto tempore quietè habitâ turbentur, ne tandem partes ad arma venire neceſſe habeant. *Dn. Myler. all. tr. cap. 18. num. 1. B. Dn. Franzk. lib. 3. Reſol. 1. num. 263. & ſeq.*

Quòd ſi tamen probetur certum ac vitioſum poſſeſſionis initium, vel notoria ſubſit mala fides & improbitas manifeſta, allegans præſcriptionem repelletur, *c. 7. de privileg. in 6. c. vigilanti. & c. ult. de præſcript. in 6. c. 2. de R. J. in ſexto.* Nam quemadmodum is, quem latet poſſeſſionis initium, nullum de bonâ fide poteſt ferre judicium, *Dn. Carpz. J. F. p. 2. Conſt. 1. def. 7.* Ita è contrario ille, cui vitioſum poſſeſſionis principium non eſt ignotum, malam fidem palliare, adeòque hanc præſcriptionem allegare nequit. Conf. Klock. *de Contribut. c. 20. num. 280. & ſeqq.* Covarruvias *in cap. Poſſeſſor. §. 8. num. 5. §. quæritur præterea &c.* Ubi graviter ſcribit, quòd nulla ratio, quæ verè rationis nomine digna ſit, adduci unquam poſſit, ut ex eâ permiſſum cuiquam ſit rem alienam ſibi tempore acquirere, ſi is malitiam & culpam in poſſeſſione ſua habuerit; alioquin humana lex tyrannidi & crimini fomentum daret; quod ab ea alienum ita oportet eſſe, ut potius malæ fidei poſſeſſores puniat, quàm defendat. Unde Modeſtinus Piſtor. *Conſ. 27. num. 59. vol. 1.* ne quidem in æternum præſcriptionem talem procedere, ſcribit. & Fichard. *Conſil. 148. num. 18. vol. 2.* poſt Zaſium *Conſ. 16. n. 15. vol. 2.* ceſſare præſcriptionem, etſi per mille millia annorum

B 2 duraſſet,

dirigit ac informat omnes actus mundi. *Vid. Reinck. de R. S. & E. lib. 1. Cl. 3. c. 14. n. 18.*

Propinqua eſt vel *Primaria* vel *Secundaria.*

Primaria eſt Majeſtas, quæ nihil aliud eſt, quàm Suprema & Libera Poteſtas adminiſtrandi civilem ſocietatem ad finem propoſitum, *Dn. Conring. in Diſſert. de Majeſt. Civ. aut. & off. circa ſacra Theſ. 2.*

In Imperio noſtro eſt Majeſtas Imperatoria: Solus enim Imperator ſuâ propriâ & internâ Majeſtate privilegia concedere poteſt, & is hodiè omnis dignitatis & nobilitatis fons eſt, *Dd. arg. l. 3. de Natal. reſtit.* Nam dignitates emanant ab Imperatore velut à culmine; ab eo tanquam à fonte omnes dignitates & nobilitates fluunt, *l. ſacrilegii. C. de diverſ. reſcript. Rol. à Vall. vol. 4. Conſ. 100. n. 3. & ſeqq.* & Jaſon, *in l. qui Roma* „ *§. Seja num. 15. ff. de V. O.* ait: Imperatorem „ noſtrum quoad Jurisdictionem inſtar eſſe ma- „ ris, quod fluminum concurſu nec augeatur „ nec minuatur, è quô omnia manant ac fluunt „ Regalia, Jurisdictio, Jura, per conceſſiones, in- „ veſtituras, confirmationes & commiſſiones, & „ ad quem quoque per appellationes, nullitates, „ querelas, & in ſumma per quamvis recogniti- „ onem refluunt, *Vid. Chriſtoph. Ming. de Super. Territ. c. 2. n. 12.*

Sed quid dicendum de Rege Romano, Imperatore vivo, electo? Reſp. Quamvis is Privilegiorum ante obtentorum confirmationem concedat, nova tamen Privilegia, Jura ſeu Regalia illum tribuere proprio Jure ſive poteſtate non poſſe;

poſſe; non enim habet Majeſtatem, *id eſt*, majorem, & ſuper omnes ut ſingulos ſummam, præceptivam eam, directivamque Poteſtatem. (1.) Namque Imperatorem agnoſcit ſuperiorem, *R. I. de An. 1555.* §. Solches alles / wie obbeſchrieben / ꝛc. *ibi*: Die Käiſ. Majeſt. unſern lieben Brudern und Herrn ꝛc. (2.) Regis Romani poteſtas præſente Imperatore planè eſt invalida, & ipſe eo fortè abſente Vicarii ſuſtinet perſonam. *Ord. Cam. p. 1. t. 1.* §. Nemlich wollen. *R. I. de Anno 1555.* §. Und ſollen. §. Und haben wir. §. So ſich denn. Hinc quoque in ſerioribus nihil validi absque ſpeciali Cæſaris mandato concludere valet. (3.) Principes atque Ordines Imperii nullâ fide aut Jurejurando tenentur Regi, niſi poſt mortem Imperatoris, *vid. Fritz. de Elect. Reg. Rom. Poriſm. 15. & q. 8. Rumelin. ad A. B. p. 3. Diſſ. 7. Th. 6.*

Concedit autem hoc Jus Imperator vel *expreſſe*, vel *tacitè*.

Expreſsè: per Inveſtituram, quæ nihil aliud eſt, quàm actus, quô Dominus vaſallo ſolennibus legitimis adhibitis jus feudi, vel quaſi Dominium feudi per traditionem cedit, *Chriſtoph. Sinolt. cognom.* Schütz *in Diſp. Inaug. de Inveſtiturâ. Th. 9.*

Hodiè generali conſuetudine obſervatur, ut nullus ejusmodi actus fiat ſine ſcriptura. Licet enim ſcriptura de ſubſtantia Inveſtituræ ſive neceſſitate exſiſtentiæ non ſit, ad hoc ſcilicet, ut tum demum actus Inveſtituræ perfectionem nanciſcatur, ſi in ſcripturam relatus, cùm in nullo actu tam inter vivos, quàm mortis causâ ſcri-

ptura

ptura ſit de tali neceſſitate, niſi in iis, quorum ſubſtantia vertitur in ſcriptura, quique ſine hâc fieri nequeunt, vel niſi ſpecialiter hoc actum ſit, *ceu eſt in l. 17. C. de fid. Inſtrum.* ſed tantùm pro faciliori probatione adhibeatur, *arg. l. 4. ff. de pign. Conſ. Roſenth. de Feud. c. 6. concluſ. 4.*

Eſt tamen quodammodo de neceſſitate expedientiæ; conſultiùs ſiquidem eſt & omninò expedit ad probandum ſcilicet actum Inveſtituræ, ne ulli fiat fraus, qui intereſſe in eo habet, ut in ſcripturam, in quâ res feudales ipſæ earumque confines & pacta inter Dominum & Vaſallum inita referantur, (quæ vulgò dicitur ein Lehenbrieff) redigatur.

Hinc tenor Inveſtituræ ſeu talis ſcripturæ inſpiciendus & accuratè attendendus; Nam ſecundùm ejus verba omnis controverſia feudalis interpretationem capit, deciditur, atque regulatur. *Coler. conſ. 34. num. 18.* & tantum conceſſum exiſtimatur, quantum expreſſum, quia ejusmodi conceſſiones ſunt ſtrictiſſimi Juris. *Vide Knich. de Super. Territ. c. 1. num. 1134. & ſeq.*

Cùm autem non omnia æquè clara ſint, ſed ambigua & dubia nonnunquam reperiantur, Doctores regulas quasdam præſcripſerunt, quibus obſervatis difficile non erit ea interpretari.

Et harum ſunt quatuor:

(1.) Si verba clara ſunt, licèt de mente dubitari poſſit, nihilominùs proprietati inhærendum, *2. F. 18.* & verba ſumenda ut ſonant, cùm per vulgatum: Tenor Inveſtituræ ſemper & ante omnia inſpiciendus ſit, *d. t. 18. l. 3. de reb. dub. l. 75.*

l. 75. de Leg. 3. modò verba ſint convenientia negotio ipſi.

(2.) Si verba tenoris Inveſtituralis ſeu pacti Inveſtituræ propter varias ſignificationes obſcura & dubia ſint, interpretatio facienda ſecundùm morem uſitatum ejus loci, ubi ea fit. *2. F. 1. verſ. uſum tamen. l. 34. de R. J. l. 50. §. ult. de leg. 1.* Conſuetudo enim ſicut eſt optima Legum interpres, *l. 37. de LL.* ita & quorumcunque aliorum contractuum & negotiorum; & partes præſumuntur loqui ſecundùm morem regionis, in quâ vivunt; *l. 69. de Legat. 3.* adeoque tali caſu id ſpectandum, quod in eâ regione, ubi negotium geſtum eſt, frequentatur, *l. 31. §. 20. ff. de ædil. edict. l. 6. ff. de evict. l. 1. l. 37. ff. de uſur. l. 3. C. de ædif. priv. l. 6. C. de exact. tribut. lib. 10. l. 4. §. 2. ff. de public.* non autem antè attendendus mos & conſuetudo contrahentis, ut vult Phil. Decius *ad d. l. 34. de R. J. num. 7. per l. 21. §. 1. in fin. ff. qui teſt. fac. poſſ. l. 50. §. ult. in fin. ff. de leg. 1. l. 12. ff. de pign. act. l. 13. ff. de uſur.* vid. Cagnol. *ad d. l. 34. n. 7.*

(3.) Si de obſervantia vel conſuetudine ſpeciali non conſtat, pacta ſecundùm communem naturam feudi interpretanda erunt, *2. F. 1.* Regulariter enim verba ſecundùm ſubjectam materiam intelligenda ſunt & ſumenda, *l. 18. de ædil. edict. l. 4. pr. de uſur. l. 3. de reb. cred.*

(4.) Si nec Jure Feudali ſatis clara fiant pacta, pro vaſallo interpretatio facienda. Fuit enim in poteſtate Domini clariùs & diſtinctiùs dicere, & cùm feudum ſpecies beneficii ſit, contra concedentem regulariter latiſſimè explicanda ejus

conceſſio,

conceſſio, *l. 3. de conſt. pec. c. 6. extra de donat.* niſi præſumtio ſit contra vaſallum, *arg. 2. F. 2. §. ult. vid. ſupr. laudat. Sinolt. in d. Diſp. de Inveſt. Th. 26.*

Nunc ad Quæſtionem (1.) An conceſſo Ducatu, Comitatu, &c. eo ipſo ſtatim & Regalia conceſſa intelligantur? Reſp. Neg. *p. 2 F. 26. §. pen. c. 4. extra de offic. leg. c. in gen. de R. J. in 6. add. A.B. C. 10. ibiq; Rumelin. p. 1. deciſ. 8. Th. 30. lit. A.* Diſſentiunt quidam, diſtinguentes inter Regalia Majora & Minora: De his affirmant; de illis negant. Alii verò ſimpliciter affirmant, quoniam hæ dignitates Regalia in ſe continere videntur. Sed utraque opinio veritati videtur inimica (1.) quia Regalia, tanquam Jura in ſignum ſupremæ poteſtatis Imperatori reſervata, ſine ſpeciali conceſſione, injectâ expreſſâ Regalium mentione, translata non cenſentur, *d. c. 4. extra de Offic. Leg.* Nam quæ quis in ſpecie veroſimiliter non erat conceſſurus, non veniunt in generali conceſſione, *d. c. in general. de R. J. in 6.* Deinde ſi vaſallus alienando generaliter bona ſua, non intelligitur alienaſſe feudum, niſi de eo ſpecialem mentionem faciat, *c. 1. §. in general. ſi de feud. def. cont. 2. F. 26.* multò minùs in generali conceſſione feudi Regalia unà conceduntur. Quemadmodum enim Vaſallus feudum tanquam Regale in generali bonorum alienatione ſibi reſervat; Ita & Imperatorem Regalia, quâ tantùm ad illum ſpectant, ſibi reſervare veroſimile eſt. *Paul. Berens Diſp. Feud 4. Th. 10.* (2.) quoniam quis Dux, Comes &c. eſſe poteſt, etiamſi exercitium Regalium non habeat, *Beat. Dn. D. Ludvv. Syn. Jur. Feud. c. 13. p. m. 278.* Ad

Ad Quæſt. (2.) Si Imp. Ducatum vel Comitatum in Feudum conceſſerit cum omni Jure, an tunc Regalia quoq; ſimul transeant? Reſp. Neg. per jam dicta, niſi fortè Imperator in tali Ducatu, vel Comitatu nihil niſi Regalia haberet. Nam tunc ex ſermonis neceſſitate illud fit, *Schneidevv. de feud. p. 2. n. 97.*

Quæſt. (3.) An Regalibus in genere conceſſis etiam Majora veniant? Neg. Zaſius *de Feud. part. 5. n. 13.* Quia ejusmodi Regalia non niſi cum difficultate quadam conceduntur & Regum ſunt ac Principum. *add. Roſenth. de feud. c. 5. Concl. 13. n. 11.* Et Autor deß Wertheimiſchen Gegenberichts *cap. 12. p. m. 326.* ait: Es ſeye mit den Majoribus Regalibus alſo beſchaffen/ daß ſie nicht ſo liderlich hingeſchländert werden / vörderſt von den jenigen/ unter welchen es mehr Ablativos, denn Dativos gibt / (*Conf. Dn. de Monzambano c. 1. n. 15.*) und heiſt dißfalls / quæ magni ſunt momenti (cujusmodi cum primis regalia eſſe conſtat) ſpeciali notâ ſunt digna, *c. fin. de præbend. c. cùm clerici. de V Obl.* & niſi nominatim exprimantur, pro omiſſis habentur, *l. item ap. Labeonem §. ait Prætor. de Jurejur.* Hæc ille. Klockius tamen putat, Majora etiam conceſſa cenſeri poſſe, ſi ſcilicet circumſtantiæ tenor ceſſionis, perſonæ qualitas, & obſervantia in loco & Curiâ attenta id requirere videantur. *1. Conſil. 29. num. 225. & ſeq.* v. g. ſi alicui Ducatus vel Comitatus cum omnibus Regalibus conceſſus ſit, utique & Regalia Majora erunt conceſſa, monſtrat enim id tenor ceſſionis, quoniam hæc vocula: OMNIA, non fruſtra à concedente adjecta cenſenda eſt. Opponitur

ponitur *l. c. 4. extra de Offic. Leg.* Ubi generali conceſſione non veniunt ea, quæ ſpecialiter concedi debent. Verùm Reſp. Ludwell. *d. l.* ex Pruckmanno procedere in generali conceſſione indiſtinctè facta, quæ, genere poſitô, aliquam, non tamen omnem ponit ſpeciem: aliud eſſe, ſi univerſaliter facta ſit, adjectâ particulâ, OMNI, vel ſimili aliquâ, quoniam qui omne dicit, nihil excludit, *l. Juliano. 68. pr. ff. de Legat. 3. & l. 13. C. mandati.*

Ad Quæſt. (4.) Si in ſpecie quædam Regalia exprimantur, & generalis clauſula ſubjiciatur: Cum omnibus & quibuscunque aliis, an reliqua etiam non expreſſa tam Majora, quàm Minora veniant? Reſp. Neg ſiquidem ea tantùm, quæ concedi hactenus ſolita fuerunt, præſumuntur conceſſa, vel ſi de eo non conſtet, quæ expreſſis ſimilia ſunt, vel inferiora, *arg. c. ſedes. 15. extra de reſcript.* non etiam Majora. Nam genus, ſequens enumerationem ſpecierum, ad ſpecies expreſſis pares reſtringendum eſt, *arg. l. ult. ff. de tritic. vin. vel ol. leg. ibiq; Gl. Weſembec. conſ. 27. n. 23. vol. 1. Schneidevvin. d. tract p. 2. n. 97.* niſi ad ſingularem Imperatoris eminentiam forent in ſignum Superioritatis reſervata; addit Roſenthal. *de feud. cap. 5. concluſ. 14. n. 4. in fin.* vel etiam Regalia quædam Majora nominatim expreſſa & generalis clauſula poſtea adjecta. *Pruckm. de Regalib. c. 5. n. 38. Diſſent. Borch. de Regal. n. 11. & 12.* Idem fermè eſt, ſi Regali cuidam conceſſo onus quoddam cohæreat, tunc enim ſecundùm Zaſium *d. p. 5. n. 11.* unà conceſſa præſumuntur ea Regalia, ſine quibus expediri

iſtud

iſtud commodè non poſſet. Ut ſi, v. gr. Duci, vel Comiti facultas teſſeram publicæ Securitatis, id eſt, Salvum Conductum præſtandi daretur, hîc concedens, telonia, vectigalia adjungere voluiſſe præſumitur, *per l. Proculus. de uſufr. l. denique. §. interdum. de pecul. leg.*

Tacita conceſſio eſt, ſi Imperator patitur aliquem hoc Jure uti, per tempus immemoriale. Hoc enim habet vim Privilegii, *l. hoc. jure §. 4. ff. de acqu. quot. l. fin. de aqu. pluv. arcend.* vim conceſſionis à Principe factæ, *Gail. 1. Obſ. 21. num. 15. in fin. Rell. à Valle Conſ. 66. num. 40.* vim duorum vel trium teſtium, *l. 2. C. de annal. except.* vim publici inſtrumenti, *Modeſt. Piſtor. Conſ. 12. num. 44. vol. 1.* & favor antiquitatis & temporis immemorialis eſt loco tituli, omnemque malæ fidei præſumtionem tollit, *c. 1. de præſcript. in 6.* purgat omnia vitia & defectus quoscunque, neque ſollicita quicquam de ſolennitatibus extrinſecis eſt, quas acceſſiſſe negotio præſumit tanti temporis antiquitas, *Dn. Carpzov. de L. Reg. Germ. ſect. 9. n. 21.* & præſumtio, quæ ex hoc curſu temporis immemorialis inſurgit, eſt Juris & de Jure, quæ difficulter admittit probationem in contrarium, *Ming. de Sup. Ter. c. 2. num. 26.* habet eundem effectum, quàm ipſa veritas, *Dn. Juſtus Hahn. de Jure Colon. num. 253.* imò vel ipſo etiam privilegio eſt præſtantius, tollitque Juris reſiſtentiam, *Dn. Fritſch. de Palat. c. 9. num. 21. & ſeq.* & tantum poteſt, quantum Imperator cum cauſa, *Roll. à Vall. vol. 4 Conſ. 59. num. 6.* mutat quadrata rotundis, *Dn. D. Kühlevv. in Diſp. Inaug. de Jur. Stap. c. 2. num. 18.*

nii incertitudinem, ſeu ne Principes Imperii in poſſeſſione tanto tempore quietè habitâ turbentur, ne tandem partes ad arma venire neceſſe habeant. *Dn. Myler. all. tr. cap. 18. num. 1. B. Dn. Franzk. lib. 3. Reſol. 1. num. 263. & ſeq.*

Quòd ſi tamen probetur certum ac vitioſum poſſeſſionis initium, vel notoria ſubſit mala fides & improbitas manifeſta, allegans præſcriptionem repelletur, *c. 7. de privileg. in 6. c. vigilanti. & c. ult. de præſcript. in 6. c. 2. de R. J. in ſexto.* Nam quemadmodum is, quem latet poſſeſſionis initium, nullum de bonâ fide poteſt ferre judicium, *Dn. Carpz. J. F. p. 2. Conſt. 1. def. 7.* Ita è contrario ille, cui vitioſum poſſeſſionis principium non eſt ignotum, malam fidem palliare, adeòque hanc præſcriptionem allegare nequit. Conf. Klock. *de Contribut. c. 20. num. 280. & ſeqq.* Covarruvias *in cap. Poſſeſſor. §. 8. num. 5. §. quæritur præterea &c.* Ubi graviter ſcribit, quòd nulla ratio, quæ verè rationis nomine digna ſit, adduci unquam poſſit, ut ex eâ permiſſum cuiquam ſit rem alienam ſibi tempore acquirere, ſi is malitiam & culpam in poſſeſſione ſua habuerit; alioquin humana lex tyrannidi & crimini fomentum daret; quod ab ea alienum ita oportet eſſe, ut potius malæ fidei poſſeſſores puniat, quàm defendat. Unde Modeſtinus Piſtor. *Conſ. 27. num. 59. vol. 1.* ne quidem in æternum præſcriptionem talem procedere, ſcribit. & Fichard. *Conſil. 148. num. 18. vol. 2.* poſt Zaſium *Conſ. 16. n. 15. vol. 2.* ceſſare præſcriptionem, etſi per mille millia annorum

duraſſet, aſſerit. Conf. Roſenth. *de feud. cap. 6. concluſ. 77. num. 9.* Gail. *2. Obſ. 18. num. 7.* Bona enim fides Jure Canonico ad ſubſtantiam omnis præſcriptionis requiritur, *d. c. fin. de præſcript.*

Jam quæritur: An in præſcriptione immemoriali neceſſaria ſit Principis ſcientia & patientia? Affirm. Dn. Vitus Georg Holzſchuer. à Neuburg / Patric. Noric. *in Diſp. de Jure Monet. ſub Præſid. Dn. Ludvv. Altorfi habita, Anno 1660. Th. 38.* Dn. Juſtus Hahn, *d. tract. de Jure Colonar. num. 256. & 321.* ex hac ratione: quia in incorporalibus patientia pro traditione habetur. *l. fin. ff. de Servit.* Verùm rectius negatur à Dn. Georg. Tob. Oelhafen à Schöllnbach / Patric. Noric. *in Diſp. Inaug. de Jur. Vectigal. Th. 48.* Paul. Berens *Diſp. Feud. 4. Th. 9.* Curt. Jun. *Tract. Feud. p. 1. q. 1. num. 8.* Rol. à Valle *Conſ. 91. num. 15. vol. 2.* Cacheran. *Conſ. 34. num. 42.*

Quamvis autem Dn. Hahn *dicto loco* ex Arumæo diſtinguat, inter Principis ſcientiam poſitivam & præſumtivam, hancque ſolam ſufficere putet ad præſcriptionem alicujus Juris, quod & nos approbamus, tamen non placent, quæ addit: quod ſi verò ex circumſtantiis aut aliunde de Principis ignorantia conſtet, præſcriptionem vitiari. Nam, non facilè talis caſus poteſt evenire; quî enim fieri poterit, ut per tantum tempus res ejusmodi Principem lateat? & quare præſumitur ſcientia? quia vix probabile eſt, rem aliquam tanto tempore manere poſſe in abſcondito.

Cæterùm allegans, ad Juris ſui defenſio-

nem,

nem, hanc præſcriptionem immemorialem, ad illius quoque probationem eſt adſtrictus, cùm *juxta l. 2. ff. de probat.* quilibet affirmationem ſuam, aut exceptionem probare teneatur. *Id. Dn. Hahn d. tract. num. 336.*

Circa probationem autem ejus non exiguam creat difficultatem, quòd quidam Dd. ad exemplum aliarum præſcriptionum certo annorum iſtam velint definire numero. Nonnulli enim centum annos pro tempore immemoriali reputant; Alii contrà ad immemorialem præſcriptionem non requirunt centum annos; ſed pro minore centenariâ iſtam habent, cum quibus facit Matth. Coler. *ad c. cum vobis extra de præſcript. num. 21.* Alii denique dictum modò tempus non ſufficere autumant; dicunt enim in præſcriptione centenariâ, ſi præſumtio Juris communis ſit contra præſcribentem, requiri titulum, *c. ſi diligenti. in fin. extra de præſcript.* ſed in hac immemoriali præſcriptione titulum non requiri, *c. 1. in fin. de præſcript. in 6.* Vide Schneidewin. *ad Inſt. de uſucap. & long. temp. præſcript. tr. de ſpecieb. præſcript. num. 35.* Verùm nulla dictarum opinionum veritati eſt conſentanea. Non prima: quia tempus immemoriale licèt quandoque 100. annorum ſpatium non egrediatur, non tamen poteſt ad iſtud præcisè reſtringi; ſed aliquando latiùs patet. Non ſecunda: quia minus quàm 100. annorum ſpatium vix poterit dici tempus immemoriale. Non tertia: quia ejusmodi tempus poteſt ſufficere, ut infra patebit. Hinc dicta differentiæ ratio cadit, quoniam ne quidem in centenariâ præſcriptione

ne titulum, etiamſi præſumptio Juris ſit contra præſcribentem, hoc pacto requirimus *per cap. 1. de præſcript. in 6. Dn. Strauch. in Irner. non errante. c. 4. num. 7. in fin.* Nec procedit, quod plurimi arbitrati ſunt, ſi in infinitum ſurſum verſum ita obſervatum probari nequeat, quia per inſtrumenta, per literas, & alia documenta contrarium exſtet, immemorialem non dici præſcriptionem, *l. ſi arbitr. 28. ff. de probat. Covar. in c. poſſeſſor. mal. fid. p. 2. §. 3. num. 8. in fin.* Nam eâ ratione nec mundus, nec diluvium nobis eſſet immemoriale, *Weſemb. Conſ. 2. num. 82.*

Non ergo impeditur immemorialis præſcriptio ex eo, quòd conſtet poſt longiſſima quædam tempora, ut ducentorum, ſexcentorum annorum poſſeſſionem aliquam cœpiſſe, modò initium illius, memoriam ſenum, qui modò ſunt, (quos Cravetta requirit ad minimum 54. annorum, ut de quadraginta annis atteſtari queant, *de antiq. temp. p. 4. §. abſolutis. num. 20. Sixtin. de Regalib. lib. 1. cap. 5. num. 154.*) etiam ex auditu & traditione ſuorum anteceſſorum excedat, adeò ut de eo nihil quicquam ſciri poſſit ex facili, uti ex Molinâ *de J. & J. diſp. 76.* tradit Henricus Klock *de Jur. Vectigal. Th. 22. Conſ.* Matth. Steph. *de Jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 7.* Reinkingk. *de Reg. Sec. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. c. 2. num. 24. & ſeq.* Modeſt. Piſtor. *Conſ. 12. num. 44. vol. 1.* Cacheran. *Conſil. 1. num. 98.* Balbus *de Præſcript. 2. p. 3. princ. quæſt. 6. num. 24.* Hinc licet alicujus poſſeſſionis non ſit memoria in contrarium à centum annis, ſit tamen

in

in centum & decem, vel viginti vel triginta, &c. non allegari poteſt præſcriptio immemorialis, quemadmodum è contra fieri poteſt ut ejusmodi opponi poſſit, quamvis fortè poſſeſſio centum annos non exceſſerit, modò ejus non exſtet memoria.

Inde patet, ſub præſcriptione immemoriali comprehendi quoque centenariam. *Dn. Strauch. in Irnerio non errante, cap. 4. num. 7. Struv. Exerc. 43. Th. 23.* ſiquidem tempus centum annorum etiam civiliter eſt infinitum & excedit hominis memoriam, *l. 56. de uſufr. l. 23. C. de SS. Eccleſ.* (*in quâ condendâ inſigni fraude fuit circumventus Juſtinianus: Refert hiſtoriam ex Procopio Dn. Strauch. in Irnerio non errante, cap. 3. num. 2. & ex Suidâ Ritterskuſ. de differ. Jur. Civ. & Can. lib. 4. cap. 14. & ad Nov. p. 11. cap. 1. num. 12.*) quamvis quidam, (*quibus calculum ſuum adjicit Bronch. Miſcell. controv. cent. 1. aſſert. 86. Bechmannus ad tit.* ff. *de probat. p. m. 22.*) ex allegatis textibus probare velint hominem præſumi vivere ad centum annos, quod tamen in iſtis non, ſed hoc tantùm dicitur: tempus centum annorum eſſe finem longævi hominis, quod verum, ſed rarum; nec enim ſæpè contingere puto, quod Dioſcorides fingit: Cor hominis ad annos 50. creſcere duabus drachmis in ſingulos annos: à 50. ad centeſimum annum totidem drachmis decreſcere, qualis quoque Opinio fuit Ægyptiorum; *teſte Plinio libro undecimo capite 37.* Et licet unus & alter vitam ſuam ad centum fortè annos

extendat, exinde tamen non poteſt formari præſumtio ad omnes homines. Quoniam conjecturæ & præſumtiones ſumendæ à communiter accidentibus; aſt ex quotidiano vitæ humanæ curſu apparet pauciſſimos homines ad tempus 100. annorum vitam ſuam producere, ſed contrarium frequentiùs uſu venire. Ergo illud præſumi nequit, nec ea, quæ ſunt poſſibilia, propterea etiam ſunt veroſimilia. *Fichard. conſ. 90. num. 1. vol. 2.*

Ex dictis jam facile eſt colligere 1. quænam ſit differentia inter præſcriptionem immemorialem & centenariam, nempe differre hanc ab illa ut ſpecies à genere. 2. quomodo probetur, nempe teſtes debere deponere, quod ſemper viderint & audiverint ita eſſe, nec unquam audiverint vel viderint contraria, & quod communis ſit & ſemper fuerit opinio, vox & fama, ita fuiſſe, & quod non exſtet memoria in contrarium. Hanc formam tradit JCtus *in l. ſi arbiter in f. ff. de probat.* Cacheran. *d. Conſ. 1. num. 9.*

Quamvis autem in hoc Jure ſeu Regali formando contra Imperatorem aliumve Superiorem non recognoſcentem opus ſit præſcriptione immemoriali, ut hactenus oſtenſum eſt; aliud tamen obtinet in eo jam formato, quando ſcil. iſtud jam alicui competit: tunc enim ſufficere poteſt præſcriptio longi vel longiſſimi temporis, juxta doctrinam Klockii *de Contribut. cap. 3. n. 134.* Roſenthalii *de Feud. cap. 5. Concluſ. 17. n. 1. & ſeq.* Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 5. num. 157.* Conſ. Maul. *de Jure Conduc. tit. 2. n. 43.* Ubi tradit: Si quis habeat titulum ab aliquo tertio, iſtum

iſtum præſcribere poſſe hoc jus tempore legitimo & ordinario 10. annorum inter præſentes & 20. inter abſentes, etiam nullâ interveniente ſcientiâ & patientiâ adverſarii.

Secundaria cauſa Juris conducendi eſt Superioritas Territorialis ſive Jus Territorii, die Landes-Fürſtliche Obrigkeit / di: Landes-hohe Obrigkeit und Herrlichkeit / quæ nec uſu Juris cognita, nec Legibus Civilibus definita, ſed moribus Imperii noſtri introducta certum diſtrictum terræ ſive certam provinciam & regionem cum dominio & Jurisdictione involvit, ut is, cui conceſſum eſt ejusmodi Territorium & Principatus, in eô jus terrendi habeat, tum reſpectu hoſtium, quos terrere & fugare poterit, modò formam in Receſſ. Imp. de Anno 1526. §. 9. & 10. de Anno 1548. §. 20. & 37. & de Anno 1555. præſcriptam rectè obſervet: tum reſpectu ſubditorum, puniendo & multando, ſi delinquant. Inde Territorium definit Baldus *ad rubr. 2. F. 56. quæ ſint Regalia.* quod ſit terræ ſpatium armatum & Jurisdictione munitum; ut quàm latè ſe extendit ſpatium terræ, tam latè quoque ſe extendat dominium: & ideò quicquid ſub ambitu territorii continetur, id Superioritati Territoriali ejusque Domino ſubeſſe credatur. *Matth. Steph. de Juriſd. lib. 1. c. 36. num. 4. lib 2. p. 1. c. 7. num. 17.* niſi exemtio ab eo, qui illam allegat, validè probetur, *arg. c. fin. extra de Offic. Archidiac. c. in partibus extra de V. S. Reinck. de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. c. 1.*

Jus Territorii deſcribit Knichen *de Superiorit. Territ. c. 1. n. 1040.* quòd ſit Superioritas Prin-

cipibus ſublimi & Regiâ Jurisdictionis lege ſub nomine & qualitate der Landes-Obrigkeit Ordinario & proprio marte conceſſa. Sed in hâc definitione poſſet quis deſiderare, 1. quòd anguſtior videatur ſuo definito; Nam Principibus tantùm, id eſt, ut ipſe explicat *num. 1055. & ſeqq.* Ducibus, Marchionibus, &c. ut & Comitibus, Baronibus ac Dominis Imperii, quoniam & hi Principi in ſuo territorio comparantur, ejusmodi Territorii Jus adſcribit. Imperiales autem Civitates excludit, eoque incapaces judicat, 2. Quòd iſtud jus dicatur ſublimi & Regiâ Jurisdictionis Lege conceſſum, in quô dictus Autor poſſet videri liberalior, quàm ipſe Imperator; Verùm cùm hæc verba ſanam interpretationem non ſimpliciter reſpuant; poſſent fortè cæteris paribus adhuc tolerari & defendi.

Commodè autem ex noſtrâ ſententiâ & accuratius forſan deſcribi poterit, quòd ſit Jus ac poteſtas ſummi poſt Imperatorem Imperii, annexa habens Regalia ex conceſſione vel præſcriptione, competens Principi ac Statui Imperii immediato in omnes Territorii ſubditos eorumque bona. *Conf.* Dn. Myler. *in egreg. libell. de Principib. ac Statib. Imperii cap. 36.* Dn. Dan. Glaſſen *de Jur. aggrat. c. 7.*

Dicitur 1. poteſtas Summi Imperii poſt Imperatorem competens. Nam quamvis ſit analoga Imperatoriæ poteſtati, ut ait Dn. Struv. *in Syntagm. Jur. Feud. c. 6. aph. 13. num. 2.* Majeſtatisque imaginem habeat, juxta Carpzovium *ad L. Reg. Germ. cap. 1. ſect. 13. num. 3.* & ſummam Imperii Majeſtatem æmuletur, ſecundum

Dn.

Dn. Oldenburg. *in Not. Rer. Illuſtr. Imper. p. 2. Diſc. 5. num. 7.* non tamen eſt Imperialis abſoluta, quæ in ſupremo & univerſali totius Imperii dominatu fundatur, & ſemper illæſa & conceſſionis neſcia habetur, ut ex Knipſchildio *de J.C.J. lib. 2. c. 5. num. 50.* & Thom. Michael. *de Juriſd. Th. 25.* tradit Dn. meus Ehrmannus, *in ſæpè dict. Diſp. Inaug. Th. 6.*

Hinc facilis eſt reſponſio ad quæſtionem à quibusdam agitari ſolitam: An Superioritas territorialis ſit independens vel Majeſtatica ſive Regia? Neg. ſcilicet eam: Nam Juriſdictio independens & Regia plena Jura Majeſtatis requirit, qualia tamen vix habebunt Ordines noſtri Imperii. Hi enim ſinguli quamvis, Ex. gr. 1. habeant Legum ferendarum poteſtatem, non tamen independẽter eam habent, ſed in quantum ſunt Duces aut Comites, aut Magiſtratus Civitatum, quarum dignitatum collatio eſt dependens à Summâ Republica, utpote à quâ iſtæ in feudum accipiuntur. Hinc quoq; non ſemper talem habent, ſive de legibus Eccleſiaſticis, ſeu circa res Eccleſiaſticas occupatis, ſive civilibus loquamur: illæ enim niſi conſentaneæ ſint Transactioni Paſſavienſi, & Paci Religioſæ nuperæq; Osnabrugo-Monaſterienſi, nullius ſunt momenti. Limitata namq; illa poteſtas per dictâ Transactionem & Pacem utramque, ut in tantum Ordines & Status Imperii legũ ejusmodi ferendarum habeant poteſtatem, in quantum iſtæ Imperii leges concedunt, in quantum autem iſtæ refragantur, in tantum etiam non habeant. Hæ autem civiles debent congruere Rebus Imperii, vel certè de iis cauſis disponere,

quæ

quæ per Receſſus Imperii non determinantur; ſi quid enim per hos aliter eſt conſtitutum, non eſt liberum Principibus & Statibus Imperii quicquam illi conſtituere contrarium, quod ſanè non independentem & ſublimem ſeu Regiam; ſed dependentem potiùs arguit poteſtatem, vid. Dn. Strauch. *in Diſp. de Stat. à Sum. Princ. Th.6.*

Idem (2.) obtinet in Jure Belli Gerendi & Fœderum ineundorum, conſtituendi Magiſtratus inferiores, indicendi Vectigalia, poteſtate Juris reddendi &c. Hæc enim omnia Status Imperii non independenter habent & omninò liberè ac plenè exercent; ſed certâ tantùm ratione, uti latiùs demonſtrat Dn. Conring. *in Not. MSS. ad Lamp. c. 3. num. 7. Conf.* Dn. Oldenburger, *ſive, ut ſe vocare voluit, Burgoldenſis in Notit. Rer. Illuſtr. Imp. p. 1. diſc. 10. num. 18. add. p. 3. diſc. 1. num. 7. ubi refutat* Dn. de Monzambano ſententiam *in libell. de Stat. Imper. Germ cap. 6. num. 28.*

Dicat quis: diſtinguendum eſſe inter Dependentiam in fieri & in eſſe. De illâ enim concedi poſſe aſſertum noſtrum, de hâc verò minimè; cùm aliàs & Imperatoris poteſtatem dependentem ſtatuere neceſſum ſit, quod facit Hippolythus à Lapide *de Rat. Stat. p. 1. c. 17.* quem quodammodo refutat Severin. de Monzambano *tract. de Stat. Imp. Germ. c. 6. §. 7.* ubi tamen ſunt mala mixta bonis & bona mixta malis. Reſpondebo, nihil ad rem facere allatam diſtinctionem: Nam Superioritatem Statuum Imperii & in eſſe dependentem agnoſcimus. Per Inveſtituram enim Utile tantum acquirunt dominium,

quod

quod utique dependet à Directo, penes Imperatorem & Imperium permanente.

Opp. (2.) Lampadius *d. l. num. 7.* Implicare contradictionem in adjecto, Superioritatem eſſe, & tamen dependere. Sed Reſp. (1.) diſtinguendo inter ſupremitatem & ſuperioritatem. Hæc dependet & dicitur de Statibus: illa eſt independens, & nihil aliud eſt quàm Cæſarea Majeſtas. (2.) Diſtinguendo inter Superioritatem ſimpliciter, & in certo genere conſideratam. Status enim non ſimpliciter habent ſuperioritatem; ſed in certo genere, id eſt, in ſuis territoriis, & ſic quemadmodum Imperator in toto Imperio eſt ſummus, ita Status reſpectu Territoriorum ſuorum ſunt ſummi. Exemplum habemus in prædicamento Quantitatis, quod eſt ſummum, & nihilominus cætera, ut Actionis, Paſſionis, &c. etiam ſunt ſumma.

(3.) Opp. Idem *num. 17.* Quicunque independenter ſuffragandi facultate pollent, illi habent poteſtatem ſive Jurisdictionem independentem, ſive ſublimem & Regiam. Atqui Ordines Imperii &c. Ergo &c. Min. probatur, quia nec Cæſar Statibus, nec Status Cæſari in Comitiis ſibi mutuò ſtatuendi poteſtatem impertiunt. Verùm Reſp. Neg. Conſequentiam Majoris. Nam ſi propter Jus ſuffragii competeret Jurisdictio Regia, ſequeretur in omni Democratiâ quemlibet ex plebe poſſe dicere ſe habere Regiam poteſtatem: nec multum ad rem facit, licet Statuum ſuffragia, quando ſuperantur ab aliis, ſuperentur, non quatenus effectivè in Ordine longitudinis cauſanti ſuccumbunt; ſed quatenus in la-

titudine

titudine oppoſiti contrario robori cedere coguntur, ut loquitur Lampad. *d. l.* Ex hoc enim nihil aliud probatur, quàm ſuffraganti poteſtatem eſſe liberam, nec dependere à Con-Statibus, & licet vincatur unius ſuffragium à pluribus, ita ut cedere cogatur, id tamen non fieri tanquam alii ſuffragantes ſint ſuperiores, ſed ex communi Collegii conſenſu, ut ſit aliquis finis deliberationum.

Parum (4.) ſtringit, quòd Principes noſtri ſe regnare ſcribant DEI GRATIA, quod aliàs independentiam arguit: Nam id habent ex ſingulari conceſſione, vel Privilegio, ſeu diuturnâ ſuæque originis ferè neſciâ obſervantiâ, *Dn. Mylerus, de Princ. & Stat. Imp. c. 30. Dn. Maurit. in Not. MSS. ad Dan. Otth. de Jur. Publ. cap. 5. Rumelin. ad A. B. part. 1. Diſſ. 1. Th. 4. ibiq; Speidel. in Addit. Matth. Stephani de Juriſd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 40. & ſeqq. Boxhorn. lib. 1. Inſt. Pol. c. 4. p. m. 31.* ubi diſtinguit inter formulas pietatis & autoritatis: iſtas concedit etiam Superiorem recognoſcentibus; hanc verò qui nullum majorem agnoſcunt. *Add. Dn. Oldenburg. in Limnæo Enucleat. lib. 2. c. 17. n. 3. ubi judicium ſuum hâc de re exponit.*

Opp. (5.) Quod non ampliùs fungantur munere Magiſtratûs. Ergò non poſſint dici dependere. Verùm Reſp. diſtinguendo inter munus Magiſtratûs: Iſtud enim aut eſt ambulatorium ſive temporarium, & eò fungens ita dependet à ſuperiori ſuo, ut pro lubitu poſſit mutari ſive deponi: Aut eſt perpetuum, & non poteſt deponi eo fungens, ſed relinquendus eſt in officio quamdiu vivit: Aut eſt hæreditarium, & talem Magiſtra-

tum

tum habens tamdiu gaudet poteſtate, quamdiu aliquis idoneus ex hæredibus ipſius defuncti præſentiam quaſi exhibet. Quamvis igitur Ordines Imperii non poſſint dici fungi Magiſtratûs munere, juxta duas priores ſignificationes; benè tamen juxta ultimam; etiamſi multi in tantam potentiam excreverint, ut, licet Jure feudali ſint nexi, tamen de facto penè non dependeant ampliùs; cùm optimi mortalium, juxta Tacit. altiſſima cupiant, ac homines abundantiâ bonorum & honorum corrumpantur, nec cujuslibet ſit, in rebus tam prolixis magnam fortunam concoquere, uti ait Dio Caſſius.

Dicitur (2.) jus annexa habens Regalia: Hæc enim ſuperioritati inſunt, ita ut ſine his ne quidem fingi iſta ullo modo poſſit, cum in quô vim ſuam exſerat tali caſu planè nihil mõſtrari queat. Sunt autem potiſſimùm quæ huc pertinent: Die Erbhuldigung/Muſterung/Auswahl/ Verbott/ Folg/ Publicirung der Mandaten/Recurs der Unterthanen/ Appellation der Unterthanen / Erforderung zu den Landtägen/Straffgelder/Confiſcationes, Begnadigung der Maleficanten/Gleit/ Erſetzung der Aempter/ Policey und Statuten Verbeſſerung / Stätt-Dorff-Waiſen-Spital-und Pfleg-Rechnungen/Contribution/ Maß/ Pfenning/& quæ ſunt ſimilia. *Vid. Beſold. in Theſ. Pract. voc.* Lands-Obrigkeit. *Conf. de Controv. limit lib. 1. c. 9.*

Dicitur (3) ex conceſſione vel præſcriptione competens: Nam hi potiſſimi ſunt modi iſtam adquirendi, de quibus ſupra jam plura dicta ſunt.

Dicitur (4.) Principi ac Statui Imperii immediato competens. Status Imperii dicuntur

vel

vel à ſtatuendo, quod unà cum Cæſare de publicis negotiis ſtatuant. Vel à ſiſtendo, quod Rempublicam noſtram firment atque ſiſtant. Vel à ſtando, quod habeant legitimam in Comitiis ſtandi perſonam. Alio nomine eos inſignit Conring, & *Cives Imperii* vocat, *in diſputatione, quam hâc de Materiâ olim habuit*; quæ tamen appellatio non placet Severino de Monzambano, *in alleg. libell. c. 6. num. 3.* Cui conſentit Amicus noſter ſingularis Dn Relfendſo *in tract. de Summa Principp. German. poteſt. c. 1.* Iſte definit Cives Imperii, quod ſint ii, qui poteſtatem habent judicandi de iis, quæ ad τὸ κύριον vel ſummam Reipublicæ pertinent. *d. l. Th. 6.* Opponit larvatus Italus: Hoc ſi adſumamus, Democratiam futurum Imperium noſtrum: Argumentum eſt tale: In quacunque Republica ſoli Ordines, ſeu illi, qui jus deliberandi ſeu ſtatuendi de illâ in Comitiis habent, ſunt Cives, in illâ obtinet forma Democratica. Atqui in Imperio noſtro ſoli Ordines, ſeu illi, qui jus deliberandi ſeu ſtatuendi de illo in Comitiis habent, ſunt cives. E. &c. Verùm Reſp. limitando Majorem hôc modô: In quacunque Republica ſoli Ordines, ſeu illi, qui jus deliberandi ac ſtatuendi de illâ in Comitiis habent, ſunt cives & nomine univerſi populi iſtud jus ſuffragiorum exerunt: in illa obtinet forma Democratica: Et ſic negatur minor. Nam Ordines noſtri non univerſi Germanici populi nomine; ſed Jure propriô, ratione territoriorum ſuorum ejusmodi ſuffragiorum jus in Comitiis exercent. Major ergo non eſt univerſaliter vera; cùm non omnis Reſpublica, in quâ ſoli Ordines ſunt Ci-

ves

ves, ſit Democratica, ſed quædam tantùm; Siquidem in omni quidem obtinet, ut ſoli illi, qui jus de Republicâ deliberandi vel ſtatuendi habent, ſint veri Cives ſive Status; non tamen omnis eſt Democratica. Iſtud probatur, quia omnis Civis utique eſt ſocius Civilis Societatis; eſt autem veri ſocii ſuffragium ferre & ſententiam de rebus ad ſocietatem pertinentibus dicere. Apertam namque implicat contradictionem eſſe alicujus Societatis verum ſocium, nec tamen jus ſuffragii in eâ Societate obtinere; Ergo hoc ſuffragiorum jus usque adeò eſt proprium civium verorum, verorumque Ordinum ac Statuum alicujus Civitatis (ſive Reipublicæ) ut eſſentiam eorum unicè conſtituat, nec actu Civis ſit, qui caret illâ facultate, ſive per injuriam ſive Jure, ſed merè ſubditus: quemadmodum è contra reapſe eſt in cenſu Civium ſeu Statuum & Ordinum, qui fruitur illâ, ſive Jure ſive injuriâ, *Dn. Conring. d. Diſp. Th. 7. & ſeq. Conf. Pacif. à Lapide in Not. & Strictur. ad Dn. de Menzamb Diſc. 7. n. 3.*

Ex dictis obiter notetur, ad probandum jus Statûs ſufficere, ſi aliquis habeat ſeſſionem ac votum in Comitiis & per accidens tantùm fieri, ut talis aliquis matriculæ aut albo Ordinum ſit inſertus, ſive Collectiones Imperii in publicum ærarium, pro ratâ proximè ſolvat; Quæ duo tamen perperam nonnulli inter certiſſimas Civium atque Ordinum notas referunt. Quod enim inſertionem in matriculam attinet, certum eſt, in multis Rebuspublicis non eſſe album Civium, quemadmodum nec ulla etiam matriculæ in Republica noſtra exſtat memoria ante il-

lam, quam Sigiſmundus Imp. Anno 1431. fecit conſcribi, cùm tamen Ordines Imperii tunc temporis fuiſſe, abſurdus ſit, qui neget. Quantum ad collectarum in publicum Imperii ærarium ſolutionem, illam Imperii facere Statum, adhuc hodie dubitatur: Licet enim, ut nunc ſunt Imperii mores, ferè ſoli illi, qui contribuunt immediatè in publicum ærarium, & albo ſunt inſcripti, ſuffragandi in comitiis jus habeant; factum tamen turbatis Imperii rebus, ut de quibusdam, Jure ne inſeri debeant, an non, item ſolvere ne ſua debeant, publico nec ne? hodièque incertum ſit. Nam olim multorum videbatur intereſſe, ut ampliaretur quam maximè Ordinum numerus, non tam ſtudio quodam Reipublicæ juvandæ, quàm quò in plures diviſo tributo publico ipſi minùs onerarentur, & maluerunt quoque multi in Imperii potiùs, quàm in provinciæ alicujus ærarium ſuam pecuniam conferre, ſibi eò & dignitatis multum & libertatis accreſcere haut ineptè colligentes. *Plura hac de re vid. ap. laud. Dn. Conring. in d. diſſ. de Civib. Imper. German. & Aut. Not. & Strict. in Sever. de Monzambano, (quem Dn. Philippum Andream Oldenburgerum putamus) Diſc. 7.*

Status Imperii vulgò dividuntur in tres claſſes: Prima eſt Principum Electorum, der Chur-Fürſten. Hi ſunt ſolidæ baſes Imperii & columnæ immobiles provocantur ab ipſo Imp. Carolo IV. & per hos velut VII. candelabra lucentia in unitate Spiritûs ſeptiformis ſacrum illuminatur Imperium, *A. B. pr.* ſunt ſupremi Patres & Senatores Imperii, die oberſten Väter und Rahtgeber Teut-

ſcher

ſcher Nation / uti ſeipſos appellant *apud Hordled. in* Reichshandlungen *lib. 1. cap. 37. num. 511. Add. omninò Rumelin. ad A. B. pag. m. 585. & 628.*

Conſiſtit autem iſta Dignitas in hiſce tribus: (1.) habent poteſtatem eligendi Cæſarem reliquis Ordinibus excluſis, adeoque penes illos eſt ſummi Magiſtratus poteſtas; (2.) habent poteſtatem præconſultandi de Republicâ, ut ita poſſint indicere Comitia & deliberare de totâ ſuprema Republica; (3.) in Communibus Comitiis Imperii ſuffragia Electorum ſunt principi loco & longe majoris autoritatis, uti docet Dn. Conring. *ad Lamp. cap. 4. Add omninò Aut.* der Grundveſt deß Heiligen Römiſchen Reichs *part. 3. cap. 8. pag. m. 316. Id. Conring. in Diſp. de Septemviris Th. 41. & ſeq.*

Quando cœperit Collegium Electorale, non ubivis eſt obvium. Illud quidem certum, neque Imperatoriæ neque Pontificiæ alicui Conſtitutioni illud acceptum eſſe ferendum; Quamvis enim per duo ſecula & quod excurrit ab anno videlicet 1250. ad annum circiter 1500. Ottonem III. Imp. & Gregorium V. Pontificem Septem Electores inſtituiſſe, communis & conſtans fuerit opinio; niſi quod alii autores heic primas partes Imperatori, alii Pontifici tribuant, prout quisque hujus aut illius ſtudio ducitur; Neque tamen hactenus à quoquam in lucem producta eſt, neque verò produci potuit ulla ſive Ottonis, ſive Gregorii de Electorum inſtitutione Conſtitutio, nec ipſe Martinus Polonus, qui primus omnium Electorum facit

mentionem, alicujus meminit Conſtitutionis, imò etſi aliquam referret, non tamen iſta mereretur fidem, cum iſte circa tempora Friderici II. adeòque 250. circiter annis poſt Ottonem III. demum vixerit, idque propter in iis rebus, quæ ante ipſius tempora geſtæ ſunt, præſertim liquidis aliorum teſtimoniis deſtitutus non ſit teſtis omni exceptione major.

Probabiliſſima videtur opinio eorum, qui putant, ſenſim jus eligendi Cæſarem ad paucos eſſe delatum. Nam licet illud initiò competierit omnibus, nihilominus tamen ſenſim ad ſe ſolos cœperunt trahere Principes & Comites; Poſtquam autem ſeptem iſti Principes, qui hodiè eo Jure fruuntur, Opum magnitudine præ cæteris fiebant conſpicui, præterea quoque præcipua munia in aulâ obibant, factum eſt, ut hi magnam quoque præ cæteris, iſtis tamen non penitùs excluſis, in electione obtinerent autoritatem, præprimis, ab eo tempore, quo munia iſta facta ſunt hereditaria, quod eveniſſe poſt tempora Ottonis II I. probabile eſt. Quemadmodum verò unius dignitatis collatio ſæpiſſimè ſolet eſſe alterius adipiſcendæ occaſio: ita & hîc accidiſſe videtur. Nam cùm Friderico II. mortuo res per Germaniam mirum in modum eſſent turbatæ & multorum añorum Interregno nemo ferè Rempublicam curaret, reliquis vel ob imbecillitatem, vel ob negligentiam Jura ſua non ſatis tuentibus, hi ſeptem Officiales, ut potentiores & dignitate cæteros eminentes, capillatam nacti ſunt occaſionem hoc Juris ſibi ſolis vindicandi, quâ arreptâ, iſto Jure conſuetudine ſenſim inducto,

ducto, poſtmodum plerunque ſunt uſi, usque dum illud expreſſâ ſanctione cum aliis præeminentiis à Carolo IV. iſtis tributum *in A. B vid. hâc de re Dn. Conring. in Diſp. de Septemvir. Imp Germ. Th. 22. usque ad Th. 32. excluſ. Sever. de Monzamb. de Statu Imp. Germ. c. 4. num. 2. & 3. Dn. Struv. in Syntagm. Jur. Feud. c. 3. aph. 7. num. 12. & ſeqq. Dn. Oldenburg. in Limn. Enucl. lib. 2. c. 1. num. 1. & ſeqq.* Diſſentit Lupold. de Bebenburg. *de Jurib. Regn. c. 2. circa fin.* cui tamen ſatisfacit Marquard. Freher. *in not.*

Sed cur fuerint VII? Quæritur: Quidam id inde factum putant, quod numerus ſeptenarius ſemper ſacer & perfectus fuerit habitus, idque ex ipſa Dei Ordinatione; Nam ut memoria Mundi conditi inter homines ſervaretur, ideò voluiſſe Deum ſeptenarium numerum in Sacris Literis eminere cæteris honoratiorem, ut tradit Grotius *ex ſcriptore reſponſor. ad Orthodoxos ad quæſt. 69. in Annot. ad lib. 2. c. 20. num. 45. de J. B. & P.* Hinc certæ quoque operationes (*de quibus Gell. lib. 3. N. A. c. 10.*) iſti adſcriptæ, inter quæ & hæc, quòd ſeptimus filius, non internaſcentibus puellis, ſtrumas curare poſſit. *Vid. Ungep. Exerc. Juſt. 8. q. 2. in Ajo.* Verùm rectè Dn. D. Beier *in Diſp. de Otio Sabathico c. 2. num. 9.* ſuperſtitioſum putat operationem aliquam atque vim in numero ſeptenario ponere. Plura de hoc numero tradit Dn. C. A. Rupertus *in Flor. Illuſtrat. Proleg. §. 1. p. m. 13. & ſeqq.*

Schardius *de Elect. c. 9.* inde Septemviros eſſe exiſtimat, quia quatuor quondam Ordines, Reges, Duces, Marchiones, & Comites eligere

ſolebant Imperatorem, ne ullus ſe præteritum queri poſſet, ex ſingulis unum numero Laicorum allectum eſſe: cumque Ordo Eccleſiaſticus propter ſummam autoritatem uno contentus haud fuerit, duos verò propter Votorum paritatem eligere non licuerit, ſeptimum ad numerum imparem conficiendum addi, concordiæ rationem ſuaſiſſe. *Conf. Dn. Oldenburg. in Limn. Enucl. lib. 2. cap. 1. num. 7.*

Nos interrogati cenſemus: Ex accidenti ad iſtos ſeptem Principes jus eligendi Cæſarem perveniſſe. Cum enim hi ſeptem ob præcipua Imperii Officia inſigni præ aliis eſſent potentiâ & autoritate, & inſuper Rempublicam, inprimis in Statu iſto perturbato, de quô ſupra, præ cœteris curarent, factum credimus, ut ex tacito conſenſu Procerum, quibus fortè conſultiùs videbatur paucos Electionem peragere, quàm omnes, quoniam multitudo ad diſſentiendum eſt proclivis, quô caſu negotium Electionis potiùs perturbatur, quàm ad bonum Reipublicæ promovetur, numerus eligentium ad hos ſeptem primarios Officiales reſtringeretur. Hodiè auctus eſt numerus, uti notum.

Secunda Claſſis eſt Ducum, Comitum, atque Baronum.

Duces à *ducendo vel gubernando exercitum*, Germ. Hertzog / antiquitus appellabantur; quod Regionem aliquam militari gubernarent præſidio. Nomen ergo erat officii bellici, ut conſtat ex Julio Cæſare *de Bell. Gall. lib. 6.* Germani enim bellum ſuſcepturi unum aliquem bellicâ

bellicâ virtute clarum in Concilio eligebant, electum ſcuto imponebant, atque in ſublime ſuſtinentium humeris elevabant, inque gyrum circumlatum Ducem belli decreti ſalutabant, uti diſcimus ex Tacito, *lib. 4. Hiſtor. c. 15.* Hujus poteſtas conſiſtebat in eo, ut parere quidem ipſius imperatis adſtricti fuerint, ipſe tamen in inobedientes animadvertere non potuerit, nec ſolus de re alicujus momenti ſtatuere. *Dn. Conring. in Diſſ. de Ducib. ac Comit. Imper. Germ. Th. 5.* Hæc antiquis Germaniæ temporibus obtinebant.

Superatâ autem à Romanis Germaniâ Cis-Rhenana, eam in plures iſti distribuerunt provincias, iisque vel Duces (quorum appellatio apud eosdem ei primùm tributa, qui exercitum ducebat: poſtea appellati Duces, quibus Provinciæ, præſertim limitaneæ, cum curâ rei militaris in iſtis ditionibus concredebantur, quorum poteſtas deinde non ad res militares ſolùm reſtricta, ſed & ad Juris dicendi poteſtatem ulterius extenſa) vel Comites, vel Duces & Comites præfecerunt. *Laud. Dn. Conring. d. Diſſert. Th. 10.*

Quantum ad Germaniam Trans-Rhenanam (ubi diutiùs, usque ad Francorum ſcilicet omnia ſibi ſubjicientium tempora, antiqua manſit Reipublicæ facies, teſte Dn. Conring. *in d. Diſſert. Th. 11.*) Franci, morem Romanorum ſecuti, omnes terras in eâ occupatas in Provinciæ formam redegerunt, & præcavendæ defectionis ut & defenſionis ab hoſtibus, nec non commodioris adminiſtrationis gratiâ Duces,

id eſt, ſummos gubernatores nonnulli earum præfecerunt, qui ex nobili familiâ optimèque de patriâ meritâ à Rege & Proceribus electi, ita tamen ut filius, dignus parentis munere, non facilè præteritus ſit, horumque ſumma erat dignitas, non tamen alia quàm Magiſtratûs: Nam Provinciarum, quas gubernabant, plenum dominium apud Regem & populum manſit, ipſi ſolam adminiſtrationem & Jurisdictionem quoad Eccleſiaſticas & civiles cauſas habebant, eratque eorum, neceſſitate exigente, militiæ præeſſe. Poſtquam autem ſucceſſu temporis nonnulli iſtorum, autoritate & potentiâ creſcente, Reges ſuos ſprevêre, eosque tanquam Superiores amplius agnoſcere recuſarunt, motus inde Carolus M. ut duos Francici Regni tum maximos Ducatus Bajoaricum & Aquitanicum magno Regiæ poteſtatis bono, adeòque prudenter, ſuſtulerit, Provinciis illis inter plurimos Comites diſtributis. *Eginhard. in vit. Caroli M. Conf. Autor not. & Strictur. in Sever. de Monzamb. Diſc. 9. num. 1. Joh. Joach. Franz. in Hiſtor. Carol. M. c. 10 & ſeq. c. 54. & ſeq.* Sed à Poſteris Caroli M. rebus Regni attenuatis in Germaniâ, Galliâ, & Italiâ complures iterum inſtituti Ducatus magna terrarum ſpatia amplexi. His præfecti (utimur verbis Sev. de Monzambano *de Stat. Imp. Germ. c. 3. num. 3.*) genio ambitionis humanæ, ignavum ducebant occaſione proprias ſtabiliendi opes non ſolerter uti, dum Francorum Imperatorum autoritas magis magisque evileſceret, convulsâ inteſtinis discordiis potentiâ. Hinc factum, ut dignitas Ducum antea temporaria,

poraria, poſt tempora Henrici Aucupis & Ottonum facta fuerit hæreditaria, quam tamen ab Imperio feudi Jure recognoſcunt.

Comites ſive Graviones apud Veteres Germanos nihil aliud erant quàm Judices (Richter.) Nam more ab antiquiſſimis usque temporibus ſervato in Pagos, quos Govas dicebant, dividebatur Germania, & unicuique Pago aliquis ex primaria Nobilitate Gravio præficiebatur litibus finiendis. De hujus autem vocis notatione variæ ſunt Dd. conjecturæ: Quidam namque voc. Graven dictum volunt à *gravitate*; quidam à *canitie*, noſtro vernaculo verbo, Grawen; quidam à *foſſis*, quas Saxones Graven dicunt; quidam à vocabulo Krafft/mutatâ unâ literâ, deducunt, uti legere eſt apud Johannem Oettinger. *in tract. de Jur. ac controv. limit. lib. 1. c. 5. n. 16. in not. lit. W.* ubi tandem concludit: Veriùs eſſe, vocabulum hoc ab origine ita natum, non verò factum, aut aliunde derivatum, ſed Germanico idiomate in genere Judicem denotaſſe; Quæ ſententia & mihi probatur. Hos Graviones Tacitus *cap. 12. de morib. Germ.* Principes vocat, penes quos erat (1.) conſultandi de rebus minoribus, (2.) res majores prætractandi poteſtas. Ita enim laudatus Tacitus *c. 11. d. l.* De minoribus, ait, rebus Principes conſultant, de majoribus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium eſt, apud Principes prætractentur. Hanc Gravionum conditionem & poteſtatem, apud Germanos Cis-Rhenanos Romanos victores poſtmodum mutaſſe, teſtatur Hottomann. *in Franco-Gallia c. 3.*

Comites initiò apud Romanos nominabantur, qui ſocii ſive adjuncti alicujus erant, *vid. l. 4. ff. de Offic. Aſſeſſ. l. 5. ad L. Jul. repet.* Hinc quoque qui in contubernium Regiæ Majeſtatis adſciti, Comites appellati ſunt, quorum operâ & conſiliis in bello & pace Imperatores utebantur. Cum deinde Conſtantinus Magnus plurimis miniſteriis aulicis, nec non Provinciis partim ut militibus præeſſent, partim ut jus dicerent, quoſdam præficeret, ejuſmodi Comitibus ad iſtas Præfecturas adhibitis nomen Comitum manſit, & dignitas Comitiva dicta; inde hoc nomen in Codice Juſtinianæo ſæpiùs occurrit.

Tempore Francorum, qui imitati Romanos, ut ſupra dictum, terras occupatas in Provinciæ formam redegerunt, Ducibus ab iis conſtitutis interdum Comites adjuncti ſunt, vel etiam Comitibus Provinciæ ſine Ducibus concreditæ; quòd frequentiùs factum ævo Caroli M. poſtquàm Duces quidam autoritate ſuâ & potentiâ freti Reges ſpernere cœperunt; tunc enim iſte præter ſupra dictos Bajoaricum, & Aquitanicum, & alios Ducatus in Comitatus transmutavit, uti teſtatur Lehmann. *lib. 2. Chron. Spirenſ. c. 16.* Eratque horum Comitum magna poteſtas, non tamen propria, ſed vicaria tantùm; quæ conſiſtebat in Jure dicendo, & ſi neceſſitas efflagitaret in ducendo Cives in aciem. Quamvis autem nec eâ ætate Comitatus dignitas fuerit hereditaria, nihilominus tamen filii Comitum ferè non negligebantur. *Vid. Dn. Conring. laud. Diſſert. de Ducib. & Comit. Imper. Germ.*

Germ. Th. 16. Conſ. Dn. Oldenburg. ad Inſtrum. Pac. p. 1. diſc. 20. num. 15.

Horum Comitum & tunc temporis diverſa erant genera: Quidam enim cum adjectione tales appellabantur, & hodie Principum loco ſunt: quidam ſine adjectione; ac hi ſuo ordine cenſentur. Quoad illos; Alii dicti ſunt Comites Palatini, Pfaltz-Grafen/ qui de omnibus cauſis ſecularibus vel Judiciis ſuſcipiendis curam inſtanter habebant, ut nec ſeculares prius Dominum Regem absque ejus conſulto inquietare neceſſe haberent, quousque ille prævideret, ſi neceſſitas eſſet, ut cauſa ante Regem meritò venire deberet, ut ex Hincmaro tradit Dn. Struv. *Syntagm. Feud. cap. 3. aph. 7. num. 18.* Hi Saxonicorum Cæſarum tempore primùm cœperunt. *Vid. Dn. Conring. in Diſſ. de Judic. Reip. Germ. Th. 89.*

Alii Marchiones, Marckgrafen / hoc eſt, *Comites limitum*, qui tuendis finibus regni olim erant præfecti. Nam Marchia, Marca, vel Marcha à Germ. Marck / ſive March / hoc eſt limes, termini ſignum, derivatur, ſed poſtmodum latiùs extenſa ad ſignificandum totam aliquam ditionem, vel Provinciam, quâ imperium terminaretur: & inde dictus Marchio vel Marchgravius, qui tali Provinciæ præerat, ein Fürſt / der über ein Land-Richter war / welches an den Grentzen deß Reichs gelegen. Imò putant quidam poſtea plures provincias Marchias eſſe dictas non habita limitum ratione. Hodiè horum recenſentur quatuor, Misnenſis, Brandenburgenſis, Moravienſis, & Badenſis.

Alii

Alii Landgravii ſive *Comites Provinciales*, qui prærerant Provinciis non limitaneis, ut eas defenderent,& ſimul Judicum Officium ſuſtinerent, nominantur etiam apud veteres Judices mediterranei, Richter eines Landes / das mitten in und zwiſchen deß Reichs Lande gelegen. *Borch. de feud. cap. 5. num. 33.* Horum in Imperio noſtro itidem numerantur quatuor, Thuringiæ, ſcilicet, Haſſiæ, Alſatiæ, & Leuchtenbergenſis.

Alii vocantur Burggravii (Burg-Grafen) ſive *Judices certi alicujus præſidii ſive arcis*, quam Guardiam olim appellabant. Vel Burggravius eſt quaſi *Judex ex arce Imperatoris*, tanquam ex ſede Ordinariâ Jus dicens, ſive conſilia publica conſtituens atque gubernans, ut ex Dreſſero docet Joh Hoffmann *in Diſp. quam de Comitib. Anno 1652. Jenæ ſub Præſid. Dn. Joh. Ern. Gerhardi habuit. c. 2. Vid. latiùs de his differentem Dn. Conring. in Diſp. de Duc. & Comit. Imp. Germ. & qui ſua ex iſta deſumpſit & in Compendium redegit Severin. de Monzamb. ſæp. alleg. lib. c. 3. Dn. Myler. in Archolog. Princ. ac Stat. Imp. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Feud. c. 3. aph. 7.*

Illis, qui Principum loco ſunt, annumerantur quoque, qui ex Comitibus in Principum Ordinem evecti ſunt, quos Gefürſtete Grafen appellamus, & comprehenduntur verbo, Fürſtmeſſige in Ordinatione Camerali *p. 2. tit. 2. 3. & 4. &c.* & aliàs etiam quando hujus vocis non fit mentio, verbo Fürſten unâ cum aliis Principibus in Conſtitutionibus ac Receſſibus Imperii continentur. Quinam hodiè ſint & dicantur ſimpliciter Grafen / notum eſt ex Juris Publici Scriptoribus.

His

His ratione ferendorum ſuffragiorum in Comitiis Imperii æquiparantur & ejusdem dignitatis, quamvis non ejusdem nobilitatis habentur Barones.

Vox Baronis unde deſcendat, inter Scriptores non ſatis convenit: Quidam enim putant illam derivari ab antiquô voc. Germ. Bar/quod virum denotat, ita ut Barones ſint, qui verè ſunt Viri, hoc eſt, virilis animi ac fortis. *Dn Struv. Synt. Jur. Feud. alleg. loc. num. 24.* Alii derivant à voce Hiſpan. *Varon*, quod Hiſpanis ſignificat virum autoritate gravem & conſpicuum, quam notationem firmant ex eô, quod Hiſpani literâ V. & B. promiſcuè utantur. Mutato igitur V. in B. & abjectâ literâ finali N. ex Varon fit Baro. *Reink. de Regim. Sec. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 4. cap. 15. num. 9.*

Alii deducunt à Germanico Freyen / ut Barones quaſi *Frajones*, quaſi liberi & exempti appellari videantur, *Paurm. de Jurisd. lib. 2. c. 10. num. 7.* cui ſuffragatur, quod ingenuos in gente Francorum Barones vocari ſolitos, ſcripſit Lazius *Comp. Reip. Rom lib. 2. c. 33.* quem laudat Dn. Petr. Fritz. *de Nobilit. Civ. Concluſ. 18. lit. I.* Alii exiſtimant Barones dictos, quaſi *Pares*, quòd pares ſint Comitibus & iis æquiparentur, prout quoque inter hos præter nominis ac ordinis rationem moribus Germaniæ parum vel nihil intereſſe autumant *Roſenthal de feud. c. 2. Concluſ. 1. num. 5. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. num. 39. & ſeqq. Conf. Dn. Ludvv. in Syntagm. Jur. Feud. c. 4.* Alii nomen Baronis deducunt ab Hebræorum *Bar*, quod filium ſignificat. Dicunt

cunt enim primò Reges cùm multos haberent filios, nec omnes poſſent Reges facere, cùm Regnum ſit indiviſibile, donaſſe illis ampla Caſtella cum Jurisdictione & imperio, & inde Hebraico nomine eos vocatos Barones, hoc eſt, filios aliis celſiores. *Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. pr. num. 121.* Et quamvis hæc derivatio videatur probabiliſſima: Cùm veroſimile omninò ſit in uſum hoc nomen in Germaniâ veniſſe, poſtquam una vel altera familia illuſtris ſe nimis propagare cœpit, ita ut unico aliquo filio ſoboles maſcula non abſolveretur, eorum autem nullus alteri virtute vellet eſſe ſecundus: Tunc enim omninò pacis domeſticæ interfuiſſe, filium primogenito virtute parem, licet forſan natû minimum, ætatis prætextu, cùm impoſſibile ſit, ut ex materno utero omnes ſimul uno tempore prodeant, non prorſus negligi; inde factum, ut Principes filiis ultrageniti generoſioris animi, concordiæ inter fratres ſervandæ ergo, caſtra quædam cum Juriſdictione & imperio conceſſerint, qui poſtmodum Baronis vel Domini nomina ſeſe inſigniri ſint paſſi. Nihilominus tamen non videtur neceſſe hujus vocabuli originem ex aliis linguis petere, cùm in ipſiſſimâ noſtra Vernacula illa haberi poſſit; Optimè enim iſtud à voce Bar derivari autumo: Denn bar / inquit Oettinger *allegat. loc. num. 15.* iſt eben ſo viel als ledig / frey. Daher heiſſen wir diß eine bare Bezahlung / wenn einer frey ausbezahlet wird / und ein bar Haupt / das frey und unbedeckt iſt / barfuß / der ledig / nichts an Füſſen hat / und bloß iſt. So haben auch die Alten Teutſchen

Teutſchen die freygeborne Kinder ſo nicht leibeigen geweſen / Baren genannt. Hæc ille.

Fuerunt autem Barones inſtar Comitum olim locis quibusdam præfecti, *Lehman. Chron. Spirenſ. lib. 2. cap. 16.* quibus deinde ſimiliter ut Comitibus, terræ cum dignitate quâdam illuſtri per feudalem inveſtituram ſunt conceſſæ. *Dn. Struv. Syntagm. Jur. Feud. d. c. 3. aph. 7. num. 24.*

Obiter notandus eſt error eorum, qui eos, qui ſe ſimpliciter Dominos (Herren) vocari amant, quales ſunt Domini in Limpurg, & Ruſſi, die Herren Reuſſen ꝛc. in Baronum referunt numerum, nec ullam inter hos agnoſcunt differentiam, uti facit Petr. Fritz. *de Nobilitat. Civ. Concluſ. 18. lit. I. Reinck. ſupr. alleg. loc. num. 20. Sprenger. in J. Prud. publ. Dn. Oldenburg. in Limn. Enucl. lib. 2. cap. 16. num. 4. & alii.* Domini enim nomen, quod authenticum eſt, non ſtatim in Baronem verti poteſt, nec elogium Semper-Frey / quod Dominis de Limpurg tribuitur, tale quid importat. Siquidem & Comites Weſterburgenſes, quos hodiè Leiningenſes repræſentant, Semper-Frey dicuntur, non certè ex reſpectu Baronatûs cujusdam, ſed altiore auſpicio, uti docet celeberrimus Dominus Bœcler *in Conduct. Carolin. Conf. Franciſc. Irenicus in Colleg. Jur. Publ. ad Burgoldenſ. part. 1. p. m. 216. circa fin.* Imò *Domini* nomen illuſtrius eſt, quàm Baronis. *Vid. hanc in rem laud. Dn. Oldenburg. dict. c. 16. num. 7.*

Hinc eſſe puto, quod Imperatores noſtri ſe ſcribant: Herren (non: Frey-Herren) auf der

Windiſchen Marck / zu Portenau / und zu Salins. Rex Sueciæ: Herrn zu Wißmar. Duces Megapolitani: Der Land Roſtock und Stargart Herrn. Principes Anhaltini: Herrn zu Zerbſt und Berneburg. *Vid. Receſſ. Imp. de Anno 1603. ubi in Subſcript. videmus:* **Philipſen Grafen zu Hohenloe / Herren zu Langenburg / und** Baron **zu Liesfeld.** Inde quoque Duces iſti Spoletani, qui tempore Conradi II. Imp. *teſte Münſtero in Cosmograph. lib. 3. pag. m. 656.* ex Italia pulſi, titulum Ducis mutarunt in Domini Nomen, ſeque vocarunt Dominos in Rockſpoletin à tribus arcibus, quas in Alſatia ſuper unum ædificarunt montem, & oppido quôdam itidem à ſe ædificato ac unà cum illis tali nomine in memoriam ſuæ familiæ inſignito. Hodie vocantur Domini in Rappoltſtein, poſtquam à Germanis ex Rockſpoletin tale factum eſt nomen. Non autem credo animum ipſis tunc fuiſſe, ut pro Baronibus haberi voluerint, ſicuti nec hodiè pro talibus ſe venditant, nec à cordatis in eorum numerum referuntur. Quantum ad elogium Semper - Frey / probabile ſanè eſt, & illud ſingularis alicujus prærogativæ præ Baronibus, qui ſimpliciter dicuntur Freyen oder Freyherren / eſſe indicium. *Erneſt. Gockelius in Tract. de Europ. Reg. c. 24. num. 20.* olim libertinos dictos fuiſſe Semper - Freyen / aſſerit; quod tamen veritati non videtur conſentaneum, cùm libertinus ſit, qui ex juſtâ ſervitute manumiſſus eſt, *pr. Inſt. de libertin.* talis autem Semper-Frey incongruè admodum dicitur. Verior videtur eorum opinio, qui putant ingenuos olim Semper - Freyen / ſive Hochfreyen eſſe appellatos, *vid.*

Jon.

Jon. Euch. Erhard in Tract. de Oper. Ruſtic. Concluſ. 2. lit. B. De hoc elogio Münſterus *in Coſmogr. lib. 3. c. 20.* ita: Semper-Freyen ſeynd die höchſten Freyen geweſen / quemadmodum Mittel-Freyen vocat, die Rittermäſſigen / die man Dienſt-Männer und Edelknecht hat geheiſſen. Dienſt-Männer autem non erant alii, quàm Nobiles Principi à ſervitiis inprimis militaribus, cætera liberi ſeu poteſtate quâdam pollentes. Nam ſicuti olim omnes ſubditi aut etiam Cives, Leut ſive Leudes dicti fuerunt: ita Nobiles ſpecialiter Manne vocabantur, *vid.* Joh. Friederich von Lendersheim *in Diſp. de Jur. & Privileg. Nobil. Liberor. Th. 1. lit. f. add. Joh. Chriſt. Tenzel. in Diſp. Inaug. de Jur. Subject. c. 1. poſ. 11.* Hinc quemadmodum illi, qui Principem in bellum proficiſcentem ſequi tenebantur, dicti ſunt Dienſt-Männer ſive Edelknecht. Ita puto eos, qui ab ejusmodi ſervitiis immunes ac forſitan aliis inſuper Privilegiis non contemnendis muniti erant, titulò der Semper-Freyen uſos, eumque in hunc usque diem ab iis familiis, quæ olim eo gaudebant, adhuc retentum, & hodiè tale elogium non ſine ſingulari eminentia titulis inſeri. Inde igitur patet non exiguam eſſe differentiam inter ejusmodi Dominos & Barones, quæ hodiè ex eô maniſeſtiùs conſpicitur, quòd illi, Limpurgenſes ſcilicet & Ruſſi (1.) in titulis vocentur die Hochgeborne / Barones verò ſolummodo die Hochwolgeborne. (2.) Quod iſti nonnullos etiam Comites præcedant, hocq; præcedentiæ jus contra adverſarios ex veteri obſervantiâ poſſeſſionisque actibus & uſu (ex quibus, non autem ex familiarum

antiquitate, quâ quidem Illuſtriſſima Familia Limpurgica nulli cedit, nec ex potentiæ ac divitiarum amplitudine, nec nobiliorum inſignium uſurpatione, ejusmodi controverſia oborta inprimis dirimenda ac definienda, *vid. Jacob. Gothofr. de Jure Præced. c. 2. §. 7. & cap. 3. §. 18. & 19. Dn. Puſend. in Diſſ. de Exiſtim. Th. 21. 22. cum ſeqq. Rumelin. ad A. B. p 1. Diſſ. 4. concluſ. 6. & p. 3. Diſſ. 1. concluſ. 12. ibiq; Myler. in Addit.*) maſculè defenderunt hactenus.

Cæterùm cùm & Epiſcopis atque Abbatibus Ducales atque Comitivæ poteſtates poſtmodum ab Imperatoribus fuerint attributæ, Principes Imperii hodiè duplicis ſunt ordinis, alii Seculares, alii Eccleſiaſtici. Viſis nunc iſtis, ſequuntur hi.

Notatu autem dignum eſt, quòd Epiſcopi in Germaniâ numerentur inter Principes, quod ſanè novum; neque enim ulla eſt pars orbis terrarum, ubi Epiſcopi ſunt Principes, quàm in Germania ſolâ, & nonnullis Italiæ locis: in Galliâ enim, Hiſpaniâ, & alibi, Epiſcopi non ſunt Principes, ſed curam tantum habent rerum ſacrarum, unde inter Epiſcopos Germaniæ & aliarum Regionum magna eſt diverſitas; cum iſti non tantùm circa ſacra, ſed etiam ſecularia ſint occupati, & multos poſſideant Principatus vel Comitatus Jurisdictionemque exerceant ſecularem, quibus omnibus alii alibi carent. *Conring. in not. ad Lamp. c. 6. pr.*

Principatus autem iſtos vel Comitatus Epiſcopi Germ. poſſidere cœperunt ex beneficio Ottonis M. Ille enim ipſis multos Ducatus & Comitatus

mitatus dedit, quod antehâc inuſitatum fuit, *Dn. Conring. d. l. & Diſp. de Urbib. Imp. Germ. Th. 109.* Hinc in Chronico Erffurtenſi M. S. hæc leguntur verba: Da begunten zu erſt die Biſchoffe weltliche Rechte zu haben/das dauchte damals unbillig manchen Manne/ ꝛc. *Vid. Knich. de Jur. Territ. c. 1. num. 1065. & ſeq.*

Deinde Epiſcopi partim per emtionem, partim vi & armis ſibi alia bona acquiſiverunt; & hinc eſt, quod Epiſcopi Germ. præ aliis valeant opibus, nempe prout Cæſares liberaliores in hunc aut illum Epiſcopum vel Archiepiſcopum fuerunt, & prout multa ſibi bona acquiſiverunt.

Liberalitati iſti Cæſarum cauſam præbuit falſa iſta perſuaſio, quâ ducti putarunt, id eum ad præſentis vitæ felicitatem, tùm ad æternæ beatitudinis præmia capeſſenda vel maximè profuturum. Quaſi verò non multò rectius aliis Sacrorum animarumque, aliis verò Civilium cura permitteretur, imò ſtudium excolendæ pietatis apud Sacerdotes per nimiam opulentiam non ſuffocetur potiùs, quàm alatur, ut ait Severin. de Monzambano, *de Stat. Imp. Germ. c. 3. num. 7. Vid. Conring. d. Diſp. de Urbib. German. Th. 107.*

Quandonam in numerum Ordinum cœperint referri Epiſcopi Germ. non adeò liquet. Videtur autem factum id fuiſſe jam ante Ottonem M. tempore Regum Francorum, ſive Ludovici Pii Imp. *Knich. d. l. n. 1062.* Nam iſto tempore rarò quis ad Epiſcopatum perveniebat, niſi eſſet ex præcipuâ Nobilitate, cùm ergo Epiſcopi tùm ſimul pii ac prudentes eſſent, dignati ſunt,

ut inter Ordines Imperii numerentur,& ad conſultationes de Republica admitterentur, atque ex eo in omni Regno Francorum Epiſcopi Conciliis intereſſe cœperunt.

Sequentibus temporibus acceſſit & alia ratio, quare Epiſcopi non tantùm vocari ad Comitia debuerint; verùm etiam quare præ aliis illos vocari neceſſum fuerit, & hæc fuit amplitudo bonorum; ſeqq. enim temporibus cumprimis ætate Ottonis M. ut dictum, opibus creſcere Epiſcopi & Abbates cœperunt, nec opibus tantùm mobilibus; ſed & immobilibus, nec tantùm verò opibus diteſcre cœperunt,verùm etiam Jurisdictionem civilem acceperunt. Nam ante tempora Ottonis M. quenquam Epiſcoporum Jurisdictionem Civilem, multò minùs merum mixtumque Imperium habuiſſe in ullâ Provinciâ, non eſt obſervatum. *Conring. in dd. not.*

Carolus IV. Abbates opulentiores titulo Principum decoravit, inſignivitque Principes Imperii, cumprimis quatuor aut potiùs Cathedræ Imperialis Abbates conſtituit, Fuldenſem, Album Caſtrenſem, Campidonenſem, ac Murbacenſem, inde nominatos, quòd ad pedes Cæſaris in publicis Imperii Statuum Comitiis ſedere deberent, *Knich. d. c. 1. n. 1067. & ſeq. Plura vid. ap. laud. Dn. Conring. in allegat. Not. ad Lampad. c. 6. & Diſp. de Urbib. Germ. Th. 107. usque ad Th. 118. Dn. Myler. in Archolog. c. 12. usque ad c. 17. excl.*

Sequitur nunc tertia Claſſis Civitatum nimirum Imperialium.

Priſcos Germanos diſperſos hinc inde coluiſſe,

luiſſe, nullasque urbes poſſediſſe teſtatur Tacitus *de Morib. Germ. c. 16.* Ubi nullas, ait, Germanorum populis urbes habitari, ſatis notum eſt, ne pati quidem inter ſe junctas ſedes. Colunt discreti ac diverſi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Et hæc fortè eſt cauſa, quare pleræque urbes Germaniæ vel à fluviis, vel campis, vel etiam ſylvis nomen pòſt acceperint.

Quamvis autem urbes non potuerint ferre Germani priſci, ſed ad exemplum Lacedæmoniorum pro mœnibus juventutem ſuam reputarint, magno ſibi dedecori exiſtimantes mœniis ſe valloque cingere, cùm etiam fera animalia, ſi clauſa teneas, virtutis obliviſcantur, è contra quomodo lucem noctemque omnibus hominibus; ita omnes terras fortibus viris natura aperuerit, ut ajunt Tencteri apud Tacitum *lib. 4. Hiſtor. c. 64.* ad Ubios, Vicos tamen incoluerunt, de quibus itidem Tacitus *de Morib. Germ. d. c. 16.* Vicos locant, non in noſtrum (Romanorum videlicet) morem, conexis & cohærentibus ædificiis: ſuam quisque domum ſpatio circumdat, ſive adversùs caſus ignis remedium, ſive inſcitiâ ædificandi.

Sed hæc omnia intelligenda ſunt de Germaniâ Magnâ. Nam in eâ, quæ cis Rhenum parebat Romanis, Germaniâ urbes Taciti jam ævo fuiſſe, ipſe non ſemel alibi prodidit. Antiquiſſimæ ergo urbes à Romanis ſunt exſtructæ. Magna autem Germania ante quintum ſeculum Chriſtianum nullam habuit urbem. Sequentibus usque ad ſeculum nonum temporibus paucæ itidem vel prope nullæ à Germanicis populis, qui certè Germanico ſolo non ſunt

egreſſi, ſunt exſtructæ. Neque verò in ullo bonæ fidei ſcriptore reperias mentionem ullius Urbis tanto temporis ſpatio ſtructæ in immenſo illo terrarum tractu, qui Danubio, Rheno, Bohemicâ & Thuringicâ ſylvâ usque in Saxoniam, aut Weſtphaliam definitur: Si unum fortè exceperis Würtzburgum, cujus in vitâ S. Kiliani fit mentio, ita tamen ut neſcias urbsne tum fuerit, an oppidum aliquod nullis cinctum mœnibus, ſcribit Dn. Conring. *ſæpius alleg. Diſſ. de Urbib. Germ. Th. 24.*

Poſt ſeculum igitur nonum devoluto ſcil. à Francis ad Saxones Imperio frequentiùs ædificari cœperunt urbes. Henricus enim Auceps Oppida in Germania hinc inde noviter condere & munire incepit, translatoq; nonô quôque viro ex agro & pagis in prædicta oppida tertiam quoque partem omnium frugum illorum in ædibus à ſe exſtructis reſervare juſſit, ut in bello nihil alicui rerum deficeret, omniaq; rebus & viris plena adeſſent. *Dn. Myler. in Archolog. c. 17. n. 3. Dn. Conring. d. Diſſ. de Urbib. Germ. Th. 82. 83. Severin. de Monz. c. 3. n. 4.*

Non ſolum autem dictus Henricus Auceps oppida in Saxoniâ condi juſſit, ſed illis etiam generalia quædam privilegia ad annonæ & mercaturæ commoditatem promovendam, conceſſit, uti probat laud. Dn. Myler. *d. c. 17. n. 4.*

Succedente in Imperio Henrici Aucupis poſteritate ad exemplum aliorum Imperii Statuum, Civitates quoque opibus & imperio creverunt.

Quan

Quando autem Civitates Imperii immedietatem, libertatem omnimodam ac jus autocratiæ ſeu ſuperioritatis (die hohe Lands-Obrig- und Herꝛlichkeit) acquiſierint planè in obſcuro eſt. Conjecturis enim hîc agitur & vetuſtorum Scriptorum diverſâ autoritate, ut ait D. Myler. *alleg. c. 17. n. 6.* Hâc de re ita Lehmannus *in Chron. Spirenſ. lib. 4. c. 3. in pr.* Zu Zeiten der Fränckiſchen Käiſer iſt keine Reichs-Stadt frey geweſen/ viel weniger die Reichs-Thäler oder Dörffer; ſondern die Befreyung der Städt hat ihren Anfang fürnemlich nach der Ottonen Regierung / von welchen und ihren Nachkommen im Reich/ der Fürſten/ Grafen/ Herren/ und der Städte Freyheit entſproſſen. Et Münſter. *Coſmograph. lib. 3. c. 22.* Gleicher Weis/ ait, wie die König Käiſer in Teutſchland die Fürſten und Herren hoch erhaben: Alſo haben ſie auch nachmals aus ſonderbarer Gunſt und Gutthätigkeit gefreyet die alte Städt/ deß Reichs Thäler und Flecken/ denſelben eigene Regierung vergönnet: Deßgleichen einen mercklichen Theil der Zöllen/ Umgelds und anderer Gefällen ihnen zugeſtellt.

Putamus autem cum laudato Münſtero *d. l.* Civitates Imperiales in Germaniâ olim Imperatori ita fuiſſe ſubditas, ut nunc Principibus aliis ſuæ Civitates municipales; Primitùs enim per Præfectos ſuos (die Reichs-Vögt) in iis Jurisdictionem & Imperium præſertim merum Imperatores explicare ſolebant. Alſo iſt zu Schwäb. Hall das Reichs-Schultheiſſen-Amt vor Jahren das höchſte Amt geweſen/ an deß Käiſers Statt; Soviel leibeigene Leut/ und alle beſtellte Diener allda zu ſeinem Dienſt gehabt/ und dem Peinlichen Hals-Gericht

vorgeſtanden/ ſcribit Cruſius *in Annal. Suev. p. 3. lib. 2. c. 13.*

Poſtmodum autem per liberalitatem quorundam Imperatorum factum, ut omnes fermè Civitates Imperii in Epiſcoporum, ut & Ducum ac Comitum venerint manus, paucæ autem hanc effugerint conditionem, niſi forte Aquisgranum, Francofurtum ad Mœnum, Goslarium, Northuſa, Mulhuſium, & ſi quæ ſunt aliæ, uti docet Dn. Conring. *d. Diſp. Th. 119.*

Seculo verò XII. in majorem multò libertatem iſtæ rurſus cœperunt exſurgere, initio tamen à paucis facto, ſucceſſu temporis multæ ab Epiſcoporum, Ducum, Comitum, Monaſteriorum, aliorumq; imperio ac poteſtate vel prorſùs vel ex parte liberatæ ſunt.

Minimè autem verum eſt omnem libertatem à Cæſaribus eſſe, ſed magna pars etiam ab Epiſcopis, Principibus, Comitibus, ac Nobilibus profluxit: Nec liberâ donatione omnia impetrata; ſed alia etiam emtione, alia permutatione, alia vi erepta primùm, ſubſecutô contractu quôdam poſt æquiore titulô poſſideri cœperunt, *laud. Dn. Conring. d. Diſp. Th. 20. & 22. ubi in ſeqq. nonnulla affert exempla; addatur Myler. alleg. tr. c. 19. n. 2. & ſeq.*

Non ſolùm autem hæ Civitates Imperiales rurſus ſunt factæ; ſed & quædam municipales (Lands-Städt) ab ipſis Principibus Imperii, Imperatori & Imperio, liberali animo ceſſæ & traditæ fuerunt, *Dn. Myler. alleg. c. 19. n. 4. ubi exempla.* quibus præter alias addi poteſt Rotenbur-

tenburgum, quod poſt tempora Friderici I. Godefridus de Limpurg, Dux Franconiæ (qui vixit Anno 1180. & ab ipsô Illuſtriſſimam Familiam Dominorum de Limpurg derivare incipit Bucelinus, teſte Dn. D. Spenero *in lit. privat. ad nos exarat.*) liberavit. *Vid. Spreng. in J. prud. publ. p. m. 465. Conf. Dn. Oldenburg. in Limn. enucl. lib 4. c. 50. n. 1.*

Hinc numero Statuum Imperii ſunt adſcriptæ Civitates Imperiales, & ad Comitia adhuc hodiè vocantur ibiq; ſeſſionem ac votum habent, & nominatim dispertiuntur in die Rheiniſche und Schwäbiſche Banck. An autem votum iſtud, quod habent, ſit deciſivum, an tantùm conſultativum? olim valde controvertebatur, quamvis nullâ ſolidâ ratione, uti demonſtrat Dn. D. Textor, Prof. Altdorff. *in tract. de verâ ac var. rat. Stat. Germ. mod. c. 2. p. m. 51.* Verùm hodiè per pacem Monaſterienſem hæc lis eſt ſopita, ipſisq; votum deciſivum expreſsè adſignatum. *Vid. Inſtr. Pac. art. 8.* Sed cùm votum deciſivum in dubium vocari nequeat ſalvo textu Inſtrumenti, in modo tamen exercendi ejus voti deciſivi adhuc hæret difficultas: cùm duo ſuperiora Collegia ad Re- & Correlationem noluerunt Civitates admittere; qua de re acriter eſt in ſuperioribus Comitiis conſultatum diſputatumque. Add. Excerpta Actorum apud Authorem der Grundfeſte deß H. Röm. Reichs / *p. 2. c. 6. per tot.* & ea, quæ habet Dn. Bœcler *in Not. S. R. Imperii, lib. 1. cap. 3.* Verum ergò ſimpliciter hodiè non eſt, quod Bernhard. Bertram. *de Comit. Imper. Rom. Germ. n.*

46. ſcribit: Inter jus ſuffragii, quod Electoribus & Principibus competit, ac Civitatum vota quandam eſſe differentiam. Illorum enim, ait, præcipuè Electorum, ſuffragia liberrima ſunt, & autoritatis magnæ, harum non æquè, quoniam, cùm Electores & Principes ſententiam prius dicant, evenit, ut dicente Tacito *4. Annal.* ob autoritatem, quâ pollent, reliquis adſentiendi neceſſitatem faciant. Imò ſi ſuperiorum Collegiorum votis accedere Civitatum Legati renuant, Imperator pro autoritate jubere poteſt, ut reliquorum ſententiæ calculum ſuum adjiciant, quemadmodum in Comitiis Ratisponenſibus Anno 1471. id factum, uti conſtat ex actis Civitatis Brunſuicenſis. *Vid. Dn. Oldenburg. in Limn. enucl. lib. 4. c. 1. n. 14. Id. ad Inſtrum. Pac. p. 3. diſc. 10. n. 3. Franciſc. Iren. in Colleg. ad d. loc.*

Si ergò Civitates Imperiales ſunt Status immediati, fruſtra dubitatur, an habeant jus territorii? Id enim utique affirmandum. Nam iſtis certè non nudum Statûs nomen ceſſit, virtute ſuâ amictum venit, ornamenta ac Jura ſua ſecum trahit: ac Statûs eſſentia (præter ſuffragii ferendi jus) in eo quoque conſiſtit, ut Cæſarem in ſuo territorio repræſentet, & tanquam Imperii membrum participet de eminentiâ, Jureq; totius. Prætereà Civitates Imperiales proprium habent territorium, & Imperatorem eo nomine immediatè recognoſcunt; habent ergò & Jus territorio annexum. Nam omnes omninò Status Imperii, qui modò proprium habent diſtrictum & territorium, cujus nomine

nomine Imperatorem immediatè recognoſcunt, etiam Jura territorio annexa, ſeu Superioritatem Territorialem habere neceſſariò videntur, non quidem à priori, id eſt, quòd ideò ſint facti Status, ut haberent territorialem Superioritatem, cùm Statûs dignitas & officium ſit habere ſeſſionem in Comitiis, habere votum & ſuffragium, Superioritas autem noſtra ſit habere & exercere Regalia & alia Jura territorio adhærentia, & ſic alia atque alia; ſed à poſteriori & conſequenti, ut quia aliquis cooptatus eſt in numerum Statuum, ei quoque conceſſa videatur illius, quod habet, territorii Superioritas, utpote ſine quâ onera illa & ſublimem Statûs dignitatem ſuſtinere ac ritè gerere tueriq; non poſſit; Imò ſine quâ territorium propriè ſumtum & acceptum tanquam Statui Imperii competens eſſe & conſiſtere nequeat. *Ming. de Sup. Ter. num. 42. Beſold. diſcurſ. de Jur. & Imperio Imperial. Civit. num. 8. Steinvvich. de Jurib. Civit. Th. 3.*

Non obſtat (1.) quod ſint Principes vicini, qui ratione meri mixtiq; imperii, vel vectigalium, vel ſalvi conductus, vel ſimilium in totum, vel tantum aliquod jus in nonnullis Civitatibus Imperialibus, ex Præſcriptione & Conventione cum iis inita, aliove modo acquiſiverunt; Reſp. enim eas nihilominus liberas Civitates Imperiiq; Status permanere, & Jura territorii reliquaq; Statûs regalia retinere. *Joach. Clut. Syllog. rer. quotid. Th. 27. lit. C. non procul ante fin. ex Sixtin. de Regalib. lib. 1. c. 4. n. 82.*

Non

Non obſtat (2.) quòd quædam Civitates Imperiales dederint ſeſe in Protectionem vicinorum Principum. Reſp. enim Protectionem Juriſdictionem nullam tribuere, *c. ex parte tua. c. recepimus. de Privileg. Gail. 2. obſ. 54. n. 4. Rol. à Valle, Conſ. 1. n. 47. vol. 2. Weſemb. Conſ. 48. n. 30.* nec priſcam imminuere libertatem, *Bodin. lib. 1. de Rep. c. 9. n. 108. Ehrenberg. lib. 1. de fœder. c. 4. n. 13.* præprimis ſi cautiones à Bodino *lib. 5. de Rep. c. 6. p. m. 873. & ſeqq.* præſcriptæ ab iis, qui aliorum protectioni ſe ſubjiciunt, obſerventur, & (1.) patrocinii tabulæ ſive protectionis literæ clientibus iſtis à Patrono dentur, quibus teſtatum ſit, jura Majeſtatis ſalva atque integra clientibus futura: (2.) terminentur patrocinia breviori temporum intervallo, ut ſi clientibus graviora videantur, mutari; ſi honeſta, continuari poſſint: (3.) arces vel oppida ſua Patroni præſidio militari non ſubjiciant, &c.

Non obſtat (3.) quòd Civitates Imperiales cum Regalibus titulis ampliſſimisq; clauſulis, mit der Lands-Fürſtl. Obrigkeit / mit aller Hoch- und Herrlichkeit / inveſtitæ non ſint, neque Ditiones & Territoria earum, in Ducatum, Marchionatum, &c. erecta atque evecta. Nam dignitas Regalis non eſt de ſubſtantia Superioritatis Territorialis; ſed præeminentia ſaltem aliqua; nec titulus hîc aliquid operatur, neque Ducis aut Comitis nomen ſublime hoc territorii jus largitur; ſed ſubjectio potiùs immediata & Statûs prærogativa. Et quamvis titulum ac dignitatem perſonalia quædam privile-

gia

gia non contemnenda concomitentur, nihilominus tamen exinde concludi haut poterit, Civitates Imperiales non habere realia Territorii Jura, quæ ab iſtis planè ſunt diverſa, & absque Regali dignitate bene conſiſtere poſſunt, ſicut & illam ſine his ſæpe ſuperbire videmus. Concludo ergo ita: Ubicunque eadem jura in ſubditos exercentur, ibi eadem eſt Jurisdictionis ratio. Atqui ab urbibus Imperii eadem jura in ſubditos exercentur, quæ Principes exercent. E. *vid. Wurmſer. Exerc. 3. q. 18. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 2. c. 1. n. 64. & ſeqq. Dn. Aurnhammer in Diſſ. Inaug. de Jure fiſci Anno 59. Tubingæ ſub præſid. Dn. D. Lauterbachii habita c. 2.* §. 4. ubi annectit in fine, abſurdum non eſſe Jus Superioritatis Civitatibus Imperialibus competens appellare quoq; die Landes-Fürſtl. hohe Obrigkeit: Si enim, *inquit*, jura Majeſtatis Civitatibus communicata Regalia dicuntur, *Inſtr. Pac. art. 8. §. tam in univerſalibus.* quid obſtat, quo minus hoc quoque jus à Principe ſive Imperatore communicatum Principale ſive Principis dici poſſit. Diſſentit Dn. D. de Neufville *in Diſſ. Inaugur. de Jure Centenæ, Anno 1668. Heidelbergæ habitâ*, §. 9. differentiam inter commune JusTerritoriale, die Landes-Obrigkeit/ & jus Territoriale Principum, die Landes-Fürſtliche Obrigkeit ſtatuens, quò etiam collimare videntur Wurmſer & Matth. Steph. *dd. ll.* Sed vid. Dn. Oldenburg. *in Limn. enucl. d. lib. 4. c. 1. n. 17.*

Non obſtat (4.) quòd intra limites Principatûs quorundam Principum ſitæ ſint, regula autem

autem approbata ſit: quæcunque intra Territorii ſepta continentur, ea in fide & patrocinio Domini iſtius eſſe, opinione præſumi, *c. omnes baſilicæ cauſ. 16. q. 7. Rol. à Vall. cauſ. 91. n. 17. vol. 2. Weſemb. Conſ. 42. n. 3. Matth. de Afflict. Deciſ. 267. n. 5.* niſi ſingulari beneficio privilegii aut præſcriptionis libera eſſe teſtatum ſit. *c. dilectus de Cappell. Monach. Bodin. 1. de Rep. c. 9.* ita ut onus probandi in reum exemtum rejiciatur, *Matth. Steph. lib. 2. de Jurisd. p. 1. c. 7. n. 76.* allegantiq; libertatem probatio incumbat, *c. ex ore 17. de Privileg. in 6.* Nam Reſp. (1.) Præſumtionem iſtam nemini ſimpliciter favere, niſi ſummo Principi ob generalem ejus in omnes Juriſdictionem, in inferioris verò Principis diſtrictu facilè fallere, cùm in ejus toparchia locus exemtus eſſe queat, ad quem ſe non extendit Juriſdictio alicujus quantumcunq; generalis. *Vid. Coler. Conſ. 33. n. 13. Rol. à Vall. Conſ. 33. n. 35. vol. 3. Dn. Tenzel de Subject. jur. §. 90. & ſeq.* (2.) Reſp. Omnem terram, quæ eſt immediata & reperitur in deß H. Reichs Anſchlägen/ ſeu Imperii matriculâ, præſumi liberam. Jure enim naturæ quælibet perſona, omnisq; res libera præſumitur, niſi contrarium probetur. *Vid. Gail. de Arreſt. Imp. cap. 7. n. 5. Huſan. de Hominib. propr. cap. 1. n. 1. & ſeqq.*

Ex dictis nunc patet, quibus competat Superioritas Territorialis, nimirum his, qui poſſident territorium immediatum: Territorium enim Jura Superioritatis catenatim habet adjuncta. Hinc conceſſo Ducatu, Principatu, &c. Jure Territorii, omnis Juriſdictio cum Imperio & Superio-

perioritate conceſſa putatur: namq; ſine territorio ejusmodi Regalia & Jurisdictiones ſubſiſtere nequeunt, *arg. l. fin. ff. de Jurisd.* non ſecus ac ſervitus ſine prædio ſeu fundo dominante, vel adjunctum & qualitas ſine ſubjecto, *l. Pomponius 13. §. pen. & ult. ff. de A. P.* & Jurisdictio ex vi ſermonis inhæret glebis tanquam nebula ſupra paludem, ex qua generatur per activam potentiam ſolam, & eſt quædam territorii qualitas, *l. fin. C. ubi & ap. quem.* veluti acidum & mucidum eſt in vino.

Quinimò non datur territorium, cui non inſit Jurisdictio, ut neutrum ſine altero ſubſiſtere queat. *Vid. Knich. de Jur. territ. c. 1. n. 1251. & ſeqq.* Dicis: Imò verò Territorium conſtare poteſt ſine Jurisdictione, & contra: verbi gratiâ, Officiarii vel Præfecti, Arbitri Juris, Rectores Scholarum, Judices Chartularii habent Jurisdictionem & quidem ordinariam, cùm tamen deſtituantur territorio. Deinde Dominus eſt ordinarius Judex, eo etiam in caſu, quô ipſemet territorio deſtituitur, utpote ſi feudum ſit in alterius territorio ſitum, Pares Curiæ ordinariam ſibi Jurisdictionem vindicant feudi lege, nihilominus territorio non gaudent.

Verùm Reſp. Knichen *d. l. n. 1277. & ſeq.* Separatorum diverſam eſſe indolem. Cùm enim, inquit, contenditur, utrum is, qui ordinariam & quidem particularem habet Jurisdictionem, poſſit eam exercere, etiamſi territorio deſtituatur, non negatur eam competere poſſe ſine territorio, quia ejusmodi Jurisdictio absq; illo poteſt expediri, cenſetur etenim cauſa ſo-

lum-

dum formam Legibus Romanis deſcriptam, id hodie Status Imperii ſunt ex Ordinationibus Imperialibus. Multumque intereſt inter id, quod fuit, & id, quod nunc eſt, *arg. l. 98. §. 8. ff. de Solut. Ottinger de Controv. lim. lib. 1. cap. 8. n. 1. in not.*

Aſſertâ nunc Statibus Imperii, nominatim Electoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus, & Civitatibus Imperialibus, Superioritate Territoriali, nunc facilè conſtat, iſtis & Jus Conducendi, (quod regulariter illius vi competit,) non poſſe denegari.

Notanter diximus, regulariter. Nam ſæpenumero etiam in alieno Territorio, (ut ſupra innuimus,) Jus conducendi ex pacto fortè, vel præſcriptione ſibi quis adquiſivit, quod confirmat Joh. Öttinger *de Jur. ac Controv. limit lib. 1. c. 9.* ubi inquit: Ferner wird zu der Lands-Obrigkeit gerechnet / und unter die Regalien gezehlet / das Gleit und die gleitliche Obrigkeit / welche iſt ein höher Gewalt und Gerechtſame, da ein Fürſt oder Herr / auf freyer Käiſerlichen Heer- und Reichs-Straſſen / die Reiſende / mit bewehrter Hand / durch ſein Land zu gleiten / und vor feindlichem Angriff ſicher zu führen hat / welche Gerechtigkeit doch auch nicht allezeit der Lands-Obrigkeit anhanget / ſondern offtermalen davon abgeſondert iſt. Denn an vielen Orten im Teutſchen Reich herkommen / daß einer in eines andern Herrn Gebiet und Landes-Obrigkeit zu gleiten / aber ſonſten keine Obrigkeitliche Gerechtſame darinnen / auſſerhalb daß er die Maleficanten und Ubelthäter / um ihrer begangenen Mißhandlung willen / auf freyer Straſſen zu ſtraffen / hat ꝛc. *Conf. Aut.*

E Juſtit.

Juſtit. cauſæ Palat. in Præfat. ubi: Quis, inquit, ditionem in Imperio ita liberam habet, ut non in illâ vicinus aliquis, in hujus aut illius Juris partem veniat? Quemadmodum enim privatorum prædia alia aliis ſervitutes urbanas, ruſticas, oneris ferendi, tigni immittendi, aquæductuum, itinerum, & ſimilia ſexcenta debent; ſic inter Territoriorum Dominos nihil frequentius, quàm alteri in alterius ditione quæſitas nobiliores ſervitutum ſpecies, Jurisdictionem, meri mixtique Imperii, Cenſuum, Conducendi, hominum propriorum &c. Hæc ille. Sic e. gr. Sereniſſimus Elector Palatinus Jus Conducendi habet durch die Ober-Graffſchafft Catzenelenbogen/ von der Berg-Straſſen an bis gen Franckfort/ item, in der Marggraffſchafft Baden bis gen Pfortzheim. Et Marchio Badenſis per Territorium Palatinatûs usque ad Brethemum: Sereniſſimus Dux Würtembergenſis per urbem Imperialem Gemundam, item per Territorium Civitatis Eslingenſis; Præpoſitus Elwangenſis, von der Stadt Ellwangen aus/durch das Fuggeriſche Dorff Hüttlingen; die Erbmarſchallen von Creutze bey Weiſſenburg an/bis zum Hochgericht bey Mannheim. Die Herren von Limpurg / Gaildorffer Lineæ ſimultaneè, mit und nebens der Stadt Schwäbiſchen Hall / durch das Ellwangiſche Amt Dannenburg. *Teſte Klock. vol. 1. Conſ. 8. num. 178 & ex eo Dn. D. Strauch. Diſſ. Exot. 11. Th. 2.* Principes Haſſiæ, uti teſtatur Dieterich *in not. ad A. B. p. 18.* per Wezlariam, Fridbergam, diſtrictum Huttenbrigicum & per tractum Wetteraviæ, non attentâ Superioritate Territoriali, quæ ad Moguntinum, Comites Solmenſes,

menſes, Hanovienſes, Iſenburgicos, & alios pertinet, usque ad ſpeculam Francofurtanam, *biß zur Franckforter Wart* ꝛc. Similiter Elector Moguntinus per quendam diſtrictum Haſſo-Darmſtadinum, *vid. Dn. Fritſch. de R. V. P. J. c. 12. n. 9.* Sic Marchio Brandenburgico-Onoldinus gaudet Jure conducendi *zu Krechlingen herunter / durch die Würtzburgiſche Teutſchmeiſteriſche und Mäintziſche Centen / und wiederum von Kützingen aus / durch das Würtzburgiſche Amt und Böhmiſchen Pfandſchilling Jpphofen / und ſonſten an viel mehr Orten anderer Herrſchafft Gericht / annotante Aut. deß Wertheimiſchen wolgegründeten Gegenberichts / cap. 12. p. m. 324.*

Hîc quæritur (1.) quid ſtatuendum ſit de Nobilibus immediatis, an & his in caſtris ſuis Jus Conducendi competat. Hæc quæſtio ut commodè reſolvatur, præmittendum eſt, in Imperio noſtro Germanico Nobiles alios eſſe mediatos, alios immediatos: Illi ſunt, qui Principes & Ordines, in quorum Territoriis bona ſua poſſident, ratione Jurisdictionis, recognoſcunt Superiores. Immediati verò, qui præter Imperatorem nullum agnoſcunt Superiorem, ſeu qui nulli Statui; ſed immediatè Imperio parent, inde vocantur, *die Freye Reichs vom Adel / welche ohne Mittel der Käiſerlichen Majeſtät und dem Heiligen Reich unterworffen:* & licet multi ex his Principum Imperii Vaſalli ſint, & bona ſua ab illis, vel ex parte, vel in totûm recognoſcant, immediatè tamen eorum qualitati hoc nihil detrahit; Domini enim nullam in eos Jurisdictionem exercent, præter eam, quæ ad Curiam feudalem pertinet. Et quemadmodum

modum multi Electores, Principes & Comites Imperii ab inferioribus Statibus feuda tenent, horumque reſpectu Vaſalli eorundem ſunt, ſed tamen hoc immedietati eorum & præeminentię nihil obeſt; ita Nobilis certorum bonorum intuitu Subditus aut Landſaß eſſe poteſt, qui tamen aliorum bonorum reſpectu immediatè ſubeſt Imperio, videlicet ſi feudum poſſideat Imperii aut Caſtrum liberum ein frey Adelich Rittergut / nec alibi quàm in gemeine der Ritterſchafft Kaſten contribuere ſoleat; *Dn.* Hanns Friederich von Lendersheim / *in Diſcurſu de Jure & Privileg. Nobil. liberor. §. 3. lit. d.*

Hi Nobiles à loco ubi degunt dividuntur in tres Claſſes, Franconicam, Suevicam, & Rhenanam.

Horum Libertatem probabile eſt, inde ortam, quòd Franconicus & Suevicus Ducatus, (quibus ii Nobiles ante abſolutè ſubditi erant) Imperio accreverunt: Nam omnes Nobiles Principibus ſuis olim paruiſſe veriſimile. Fuerunt etenim nil olim, niſi homines ex ingenuis præcipui, Epiſcoporum, Ducum, &c. Miniſteriales, & ita inferiores Vaſalli. Et certè Duces, Marchiones, Comites, &c. non ſolùm ſervis libertinæque conditionis hominibus ac Burgariis; ſed quoque Nobilibus, ſuisque vaſallis jugiter imperitarunt; *vid. Dn. Henric. Salmuth. in Reſponſo Jur. pro Matrimonio Princip. cum virgine Nobili p. m. 11.* Rhenanos quod attinet, eorum libertas exinde eſſe creditur, quod tractus Rhenanus nunquam certo alicui Principi paruit. *Schubard. de Auſtreg. c. 3. num. 162.*

An

An autem hi Nobiles ſint aut unquam fuerint Status Imperii? controvertitur: Laudatus *Dn.* Johann Friederich von Lendersheim *in d. Diſcurſ. de Jur. ac Privileg Nobil. lib.* §.4. dicit, eos, quamvis ſeſſionem ac ſuffragia in Comitiis non ampliùs habeant, tamen adhuc eſſe Status Imperii. Quam ſententiam quoque exercitii gratiâ defendit Rumelin. *ad A. B. Diſſ. 1. Theſ. 12.* Matth. Stephan. *de Juridict. lib. 2. p. 1. cap. 4. num. 33.* Joh. Norderman. *de Jure Principatûs num. 86. lit. b.* qui eos inter Status Imperii ſaltem quoad dignitatem, non quoad Jus ſuffragiorum refert, quæ fortè etiam eſt mens Dn. à Lendersheim. Otto Melander *Com. Cam. p. 2. pag. 487.* allegante Domino meo Ehrmanno *in Diſputat. Inaugural. de Jur. Conduc. Theſ. 12.* iis pauca deeſſe ait, ut ſint Status Imperii. Contrarium tamen ſtatuit Dn. Fritze *in Concluſ. de Nobilitat. Civ. 18. lit. K.* ubi nervosè ſcribit: Hos Statibus annumerari experientia negat, negat & ipſa Imperii Matricula, in qua inter eos non reperiuntur, nec ad Comitia Imperialia vocantur, multò minùs ſeſſionem ac jus ſuffragii in iis habent. Beſoldus *Diſſertat. de Ordin. Equeſtri in Imper. Roman. Theſ. ult.* putat, eos olim quidem fuiſſe Status, hodiè tamen ampliùs non eſſe, cui accinit Wurmſer *Exerc. Jur. Publ. 1. Concluſ. 17.* Dn. Joh. Caſpar. Unrath/ *in Diſp. de Juridict. Eccleſ. Nobil. Imper. Theſ. 1. & ſeqq.* Quomodo autem deſierint eſſe Status, non una omnium eſt opinio. Henricus Bruning *de Var. Univerſ. Spec. earumq; Jur. n. 18. circa fin.* tradit: Se credere Nobilitatem & Civitates quasdam

detur veriſſima, qui ſtatuunt, Nobiles immediatos nec olim fuiſſe, nec hodiè eſſe Status Imperii. Nam quamvis Dn. Carpzov. *ad L. Reg. Germ. c. 3. ſect. 12. n. 34.* doceat, Status Vocabulum quandoque impropriè accipi, omnesq; eos comprehendere, qui ſolum Imperatorem Superiorem agnoſcunt, adeòque hâc fortè acceptione Nobiles immediati omnesq; Principes, ac omnia Imperii membra, licet jus ſeſſuræ ac ſuffragii in Comitiis non habeant, ut ſunt Ratzevil in Lithuania, Dux Mediolani, Dux Mantuæ, Dux Mutinæ & Regii, Marchio Montisferrati, &c. quoniam vaſalli Imperii ſunt, licèt neuter eorum ad Comitia admittatur, Status dici poſſint. *Vid. Dn. Joach. Eichmann in Diſp. Inaug. de Jure detract. & emigrat.* §. 8. nihilominus tamen verè & propriè tales non erunt: Status enim, impropriè ſic dicti, reverâ non ſunt Status; quemadmodum Herodes revera & propriè non eſt vulpes. Hoc quidem negari non poteſt, olim Nobiles cum Principibus ſuis ad Comitia iviſſe, uti patet tum ex A. B. *præm. circa fin. ibi:* In gemeiner Verſammlung und Gegenwart aller Geiſt- und Weltlichen Churfürſten und andern Fürſten/ Grafen/ Freyherren / Edelen / und manchfalten der Stádt Bottſchafften/ 2c. tum ex priſco illo Cæſareo ſtylo: Mit gutem Rath Unſer und deß Heil. Reichs Churfürſten / Fürſten / 2c. Rittern / 2c. tum denique ex Imp. Friderici III. Reform. Francofurti, Anno 1442. promulgata *in pr. ibi:* Und darum durch Anbringen/ auch mit Beywesen und Rath Unſer und deß Reichs Churfürſten / 2c. Ritter und Knechten / die Wir denn durch ſie ſelbſten / oder ihre

mächtige Sendbotten/ darum inſonderheit her zu Uns zu kommen gebetten und geheiſſen haben. Verè tamen illi Jus ſuffragii non habuerunt, ſed tantùm dicis gratiâ ſententia ab iis eſt rogata. Nam ut hodieque in Poloniâ, & Ungariâ Jus ſuffragii & penes Palatinos & Capitaneos, reliqui verò Nobiles, qui adſunt, tantùm, quando inter iſtos Palatinos & Capitaneos jam conſtat, rogantur, ut ſententiam dicant, ubi omnes iſtorum ſententiam affirmare ſolent: Ita olim in Germaniâ obtinuit: Aliquoties enim cùm Rex electus eſt, etiam plebs rogata eſt, anne placeret, ubi jam reſpondit placere ſibi: nunquam enim refragari potuit populus. *Vid. Dn. Conring. in not. ad Lampad. de Rep. Rom. Germ. c. 3. Conf. Aut.* der Conarwerriſchen Erinnerung / *qui Nobilium non ut Status; ſed ut Conſiliariorum fieri mentionem, ait fol. 169. & 173.* Nam (1.) in nullo Receſſu Imperii eorum, ut Status, fit mentio (2.) De tempore, quo Status eſſe deſierint, non conſtat, (3.) Ipſi etiam tenorem privilegii, quod certè hactenus aliàs ſtrictiſſimè obſervasſent, nôn poſſunt exhibere; ſed Nobiles Franconici, ſæpe ſupplicibus libellis, uti teſtatur Dn. Conring *in not. ad Lamp. c. 3. n. 31.* Cæſarem adierunt, ut in numerum Statuum admitterentur. *Add. Joh. Nolden. de Statu Nobil. Civil. eorumq; privilegiis, n. 149.* Non obſtat Capitulatio Caroli V. *art. 15.* ubi ita dicitur: Extra Imperii fines neminem Electorem, Principem, Prælatum, Comitem, Baronem, NOBILEM, aliumve ordinem & ſubditum in jus vocato. Reſp. enim verba: Stände und Unter-

thanen ſubjectis propriis ſunt accommodanda, & τὸ Stände ad Principes, Comites, Barones; Unterthanen ad Nobiles referendum, & reliquos, qui eodem modo Imperii ſubditi ſunt, Ordines autem non ſunt. *Dn. Strauch. in exercit. exoteric. 4. §. 22.*

Si igitur Nobiles immediati, (quamvis aliâs cum Speidelio *in ſpec. var. obſerv. voc.* Freye Reichs-Ritterſchafften / inclyto huic Ordini longè majora privilegia & præeminentias, quàm hactenus ipſo facto habuerunt seriò optemus, & inſuper cum Illuſtriſſimâ quâdam Perſonâ ex rationibus non contemnendis in Conſilio quodam, die Beytrettung der Reichs-Ritterſchafften zu der Prælaten / Grafen und Herren Collegio, und deren Abſonderung von dem Fürſten-Raht betreffend / adductis, è re Imperii omninò eſſe, iſtum ad ſeſſionem & votum in Comitiis admitti judicemus) Status Imperii non ſunt, nec olim fuerunt, non immeritò quæritur: An habeant Superioritatem Territorialem? Pro Affirmativa allegantur ſeqq. rationes: (1.) Quia regulariter non minorem quàm cæteri Imperii Status habent Jurisdictionis poteſtatisque in liberis ſuis caſtris, pagis aliisq; bonis ſimilibus eminentiam; (2.) referuntur inter Illuſtres: (3.) comparantur Civitatibus Imperialibus quoad ſua caſtra, oppida, & territoria: (4.) Majori libertate fruuntur quàm Auſtriaci Comites atque Barones: (5.) tantum poſſunt in ſuo Territorio, quantum Principes in univerſo. *Dn. Joh. Frideric. à Lendersheim d. diſcurſu de Jure & Privil. Nobil. lib. §. 9. Mart. Rumel. ad A. B. Diſſ. 1. §. 13.*

Dn. Maurit. in Diſp. de Nobilitate inprimis Germ. §. *49. Dn. Myler de Princip. & Stat. Imp. c. 36. circa fin. Wurmſer Exerc. 3. quæſt. 19. Conf. quæſt. 12.* Pro Negativa facit hoc argumentum: Quodcunque membrum Imperii Jure ſuffragii deſtituitur, illud non habet Superioritatem Territorialem. Atqui Nobiles immediati, qui non minimum repræſentant Imperii membrum, Jure ſuffragii deſtituuntur. E. Major probatur: quia Superioritas Territorialis eſt affectio propria & eſſentiale conſecutivum Civis Imperii, ſeu propriè exinde deſcendit, quando quis in numerum Statuum Imperii eſt cooptatus, & ita immediatè Imperatori Imperioq; ſubjectus tanquam Imperii membrum de totius corporis participat natura. Non ergò ut Superioritatis Jura quis habeat & eorum capax eſſe poſſit, ſufficit immediatum ſolum Imperii ſubditum quem eſſe, ut ſtatuit Wurmſer *ſupr. cit. loc.* ſed omninò neceſſe eſt, ut Status ſeu pars imperans ſit: Nemo enim niſi Status Imperii de Jure Superioritatis ab Imperatoribus inveſtiri ſolet, nec quisquam Regalia habet atq; exercet Jure Territorii quàm Status: Minor conſtat ex supradictis. Nam licet immediatè Imperio ſint ſubjecti, idq; propter Membrum Imperii dici poſſint, Status tamen Imperii non ſunt, aut jus ſuffragii habent; ſiquidem non ſunt termini convertibiles, Status & Membrum Imperii. Nam Status quidem omnis Imperii eſt Membrum, ſed non omne Membrum eſt Status. Inquis: ſed Regalibus præditi ſunt Nobiles immediati. E. habebunt Jurisdictionem Territorialem. Reſp. Neg.

Neg. Conſ. Nam, quamvis habeant Regalia, non tamen ea habent Jure Superioritatis reali, ſed perſonali, vi inveſtituræ. Et Regalia m. collectim ſumta, idem, quod territorialis Jurisdictio, nunquam fient. Cùm ſint, maneantq; effecta iſtius. Effectus autem quantumlibet collectim ſumpti non ſunt ipſa cauſa. Opponis ulterius: Aut Nobiles immediatos habere Jura Territorialia, aut eſſe Landſaſſios. Poſterius non eſſe; implicare enim contradictionem, immediatum dici, & tamen eſſe Landſaſſium. E. prius. Reſp. Dari tertium. Licet enim Superioritatem Territorialem non habeant, non tamen ſunt ſubditi territoriali poteſtati Ordinum; ſed iſ ſi Imperio: ut poſſis eâdem licentiâ Reichsſaſſios appellare. Urges Jus Auſtregarum, quod habent. Reſp. Iſtud non territorio, ſed perſonæ cohærere. Nam ſufficit Principem ſanguine eſſe, ſi maximè Principatum poſſideat nullum, ut fruatur hoc privilegio, teſte Schubhardo *de Auſtreg. c. 3. n. 93. & ſeq.*

Nec obſtat, quòd habeant Nobiles immediati liberum exercitium Religionis & Jus Reformandi per Inſtrum. Pacis, *membr. 5. n. 10.* Iſtud enim non habent Jure Territorii, ſicuti Status; ſed ex ſingulari conceſſione & privilegio. *Vid. hâc de re Dn. Strauch. in exercit. Exoteric. de quibusd. controv. Illuſt. Diſſ. 4. §. 22. & Idem in Diſp. Academ. de Statut. à ſummo Princip. §. 7. Dn. Joh. Jac. Speidel. in addit. ad Rumel. prim. part. Diſſert. 1. ad A. B. §. 13.* Hæcce pro & contra adduci poſſunt: Eſto autem cui-

cuilibet liberum judicandi arbitrium, nos judicium noſtrum non interponimus; ſed ad principalem quæſtionem revertendo ſic putamus: Nobilibus immediatis utiq; hoc Jus conducendi in diſtrictibus caſtrorum ſuorum competere, eosq; id exercere poſſe, ſi ſpecialiter de eo ſint inveſtiti, ſeu ſingulari privilegio iſtud impetrarint, aut alio legitimo modo adquiſierint. Vid. Goldaſt. in Politiſchen Reichshändeln / c. 25. von Beſchwerden deß Reichs / n. 3. ubi Comites, Nobiles, & Civitates Franconiæ olim inter querelas adversùs Principes vicinos ſequentia narrarunt: So haben auch Anfangs die Fürſten und höhere Stände eben ſo wenig eigenthumliche Herꝛſchafften und Gebieten / als die Grafen / Herren / und vom Adel / ſondern daſſelbig alles von Röm. Käiſern erlangt / durch ihre Verdienſt / darauf dann die meiſten Grafen / Herren / und viele vom Adel auf ihren Grafſchafften / Herꝛſchafften / Adelichen Schlöſſern / Dörffern / und Gütern ihnen die hohe Cent, Hals-Gericht oder Freiß / auch hohe Wildpahns und Gleits-Herꝛlichkeit von den Röm. Käiſern leihen und confirmiren laſſen / wie denn auch die Reichs-Städt hernacher auch von den Röm. Käiſern / in ihren Städten und etlichen Flecken / Hals- Cent- oder freißliche / auch hohe Wildpahns- und Gleits-Obrigkeit / und ihre Amtleut und Schultheiſſen darinnen gehabt / erlangt / und zuwegen gebracht; hernacher aber / als es im Reich viel Vehdens / Raubens / und allerley Plackerey gegeben / und den Grafen / Herren / vom Adel / und Reichs-Städten viel Unkoſten aufgangen / die Dieb / Mörder / Rauber / Brenner / und Ubelthäter zu rechtfertigen und zu ſtraffen / ſo haben ſie aus freyem gutem Willen / und aus

keiner Schuldigkeit / und allein daß ſie den Unkoſten geſcheuet / ſo auf das Streiffen und Verfolgen der Miſſethäter gangen / dann auch von wegen Sicherheit der Straſſen / nachgeſehen / daß die Fürſten und höhere Stände / an Statt deß Röm. Käiſers / auf deß Reichs Straſſen / die jenige vergleiten möchten / die deſſen nothdürfftig und begehren würden / jedoch ohn einige Begebung und Schmälerung deren vom Adel und anderer Ober- und Gerechtigkeiten / ꝛc.

Quæſt. (2.) An Principes apanagiati gaudeant hoc Jure? Et ſciendum Apanagium (quod nihil aliud eſt, quam aſſignatio alimoniæ proviſionalis Principibus poſtgenitis facta, *Springsfeld. in tract. de Apanag. c. 1. num. 47.*) juxta morem Regionis quandoque conſiſtere in pecunia numerata ac certa annuâ penſione, da ein gewiß Einkommen von der Rent-Kammer jährlich geliefert wird / quandoq; certam portionem Feudi Regalis vel etliche Aemter aſſignari. Priori caſu res eſt expedita, ipſis quemadmodum nec Territorii Jus, ita nec illa, quæ iſti inhærent, quale etiam eſt Jus Conducendi, competere. Poſteriori caſu idem erit dicendum: Nam tali caſu itidem Jus Territoriale ipſis negatur; cùm iſtud Primogenito ſemper cenſeatur reſervatum: Niſi Imperator Apanagiatis iſtud Jus expreſsè conceſſerit, aut eos de iſto ſpecialiter inveſtierit, aut (2.) ex conceſſione ac indultu Primogeniti iſtud quoq; Jus ſit tributum, aut (3.) pactum vel conſuetudo aliud dictitet. *Vid. Springsfeld. de Apanagio c. 9. num. 57. cum multis ſeqq. ubi allegat Exempla Spreng. in J. pe. publ. p. m. 353. add. Dn. Myler de Princip. ac Stat.*

Stat. Imp. c. 22. Nam hiſce caſibus Jus quoque Conducendi in ditionibus aſſignatis habebunt.

Quæſt. (3.) An iis Civitatibus, quæ non ſunt liberæ Imperiales hoc jus competat? Diſtinguunt nonnulli Civitates Imperiales in liberas (Frey-Reichs-Stådt) & Imperiales ſimpliciter ita dictas (Reichs-Stådt.) Hæ quibusdam dicuntur, quæ Aquilam vel integram, vel aliquam ejus partem habent in inſigniis, & nullum ab ævo ſuperiorem alium, præter Imperatorem, agnoverunt: Illæ verò, quæ nullam Aquilæ particulam monſtrare poſſunt in illis ſuis inſigniis; ſed olim jugo Epiſcoporum vel aliorum ſubjectæ, poſtmodum libertate donatæ atque exemtæ ſunt, *Matth. Stephan. de Jurisdict. lib. 2. p. 2. c. 1. n. 82. & ſeqq. Bocer. de Jurisdict. c. 8. n. 82. & in tract. de Jur. collect. c. 4. num. 29. & ſeqq. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 75. & ſeqq.* Aliis aliter videtur: quidam enim liberas eſſe docent, quæ nunquam alterius Imperatore excepto, poteſtati ac Jurisdictioni fuerunt ſubjectæ: Imperiales vocant, quæ quidem antiquitùs ſub dominio Principis aut Epiſcopi cujusdam fuerunt, ab illius tamen poteſtate & Imperio poſtea liberatæ ſunt. *Dn. Dan. Claſſen. de Jure Aggrat. cap. 8. Add. Dn. Conring. in Diſp. de Urbib. Imp. Germ. §. 130.* Sed re ipsâ conſideratâ nullam ſolidam (hodie potiſſimùm,) conſtitui poſſe differentiam inter Reichs-Stådt & Frey-Reichs-Stådt/ omninò nobis perſuaſum habemus: Siquidem ne verbulo quidem in earum enumeratione in Catalogo Statuum & Matriculâ Imperii innuitur, quæ liberæ tantùm, vel Imperiales nominentur.

Imò

Imò in ipſis quoque Receſſibus, & aliis Imperii Conſtitutionibus non ſolùm appellationes promiſcuè uſurpantur; ſed etiam ut plurimùm copulativè conjunguntur Freye und Reichs-Städt. R. A. *de Anno 1542.* §. die Freye und Reichs-Städt/ꝛc. *& de Anno 1544.* §. und nemlich ſollen alle/ ꝛc. *& paſſim. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. claſſ. 4. c. 10.* Author der Grundfeſte deß H. Röm. Reichs *c. 6. ubi* ita ſcribit: Den dritten abſonderlichen Reichs-Raht machen die Frey- und Reichs-Städt/ wie ſie ſich ſelbſt insgeſamt nennen/ auch alſo in denen Reichs-Abſchieden benahmet zu finden. Wiewol der Unterſcheid unter freyen und bloſſen Reichs-Städten/ nachdem in Anſehung der Unmittelbarkeit und alleinigen dependenz vom Heil. Reich eine ſo frey als die ander/ mehr in Worten beſtehet/ als in der That/ keinen ſonderlichen Grund hat/ auſſer was von etlichen darauf geſtellt wird/ daß theils Reichs-Städte dem Röm. Käiſer ordentliche jährliche Reichs-Steur geben/ und dahero freye/ die übrigen aber/ ſo zu dergleichen Collecten verbunden/ nur bloßhin Reichs-Städte genennet würden.

Nulla igitur circa has quoad Jus Conducendi, eſt controverſia, ſed fruſtra quæreretur: An Imperiales ſimpliciter ita dictæ æquè ac liberæ Civitates & vice verſâ gaudeant iſto Jure? Cùm utræque ſint Status Imperii & habeant Superioritatem Territorialem. Intelligenda ergò quæſtio de Civitatibus Imperii conditionatis: Nam rectiùs hodie diſcriminantur Civitates Imperii in liberas & conditionatas, ita ut illæ vocentur, quæ nullum Superiorem, præter Cæſarem & Imperium, recognoſcunt, habentq; in

ſuo

ſuo diſtrictu & Territorio ea jura, quæ in ſuis ditionibus Principes, uti ſuprà oſtenſum. Hæ verò, quæ certa quidem Lege & conditione Electorem vel Principem agnoſcunt, attamen extra conditiones appoſitas Imperii Civitates manent, *Gail. lib. 2. obſ. 54. n. 10. Matth. Steph. alleg. lib. 2. p. 2. c. 1. n. 18. usque ad n. 33. Martin. Mager. de Advocatia armat. c. 6. n. 68.* ubi ita ſcribit: *Reperiuntur Civitates quædam, quæ in rebus nonnullis Civitatum Imperialium privilegiis & immunitatibus fruuntur: in quibusdam Principibus ſubſunt, quæ olim quidem immediatè Imperio ſubjecta, & in Matricula inter membra immediata inter Status Imperii numeratæ fuerunt; hodie tamen non amplius Imperio ſimpliciter; ſed aliis inferioribus Principibus certis pactis & conditionibus aliqualiter parent; multa tamen ex iis privilegiis & Regalibus, quæ olim tanquam Imperiales Civitates Statusq; Imperii, aut ex peculiari indultu Cæſareo, vel etiam præſcriptione habuerunt, adhuc retinent.* Hæc ille.

De his conditionatis, inquam, non immeritò quæritur: An gaudeant Jure Conducendi? Et Reſp. Illas obtinere hoc jus, ſi in literis pactorum id alteri non ſit tributum. Sic Civitati Hoxter competit Jus Conducendi in Civitate & circa iſtam, in und um die Stadt / *Teſte Aut.* deß Gegen⸗Manifeſts / und *in Jure & facto* gegründeten Berichts Herrn Hertzog Rudolph Auguſti zu Braunſchweig und Lüneburg/ꝛc. die Stadt Hoxter betreffend. Nam Civitates ex pacto liberæ Jura Regalium obtinent, in quan-

quantum capitulis pactionum non ſunt devincti; quia extra pacti conventionem libertatis Jure fruuntur plenario, & Jura Statuum obtinent, & in hiſce id, quod cæteri Status poſſunt. *Domin. ab Heers de Civitat. Jurib. lib. 2. c. 17. add Joh. Steinvvig. in Diſp. inaugur de Jurib. Civitat. §. ult.* quamvis ſæpius Principes, quando vix micam quandam alicujus Juris alicubi obtinent, præcipua fermè Jura ſibi adſcribere ſoleant. Hinc fit, ut aliquando Jus Conducendi quoque in Civitatibus & Villis prorſus alienis per fas & nefas *(uti loquitur Zachar. Victor de cauſ. exemt. Imperii, Concluſ. 34.)* uſurpare conentur, quod tamen Jurisdictionem illis nullam tribuit, niſi aliunde probent quæſitam.

Quæſt. 4) An Protector Civitatis alicujus Imperialis aliúsve liberam rerum ſuarum adminiſtrationem, Regaliumq; exercitium obtinentis, vi Juris Protectionis habeat quoq; Jus Conducendi per iſtam? Diſting. videtur Colero. *Conſil. 33. n. 56. & 58.* inter Jus Protectionis perpetuum & temporale. Ita enim *d l.* ait: Qui perpetuus protector eſt, veroſimiliter etiam Jus Conducendi per eam urbem habet. Natura enim Juris Protegendi requirit, ut Protector clientes ſuos adversùs omnem vim cum armis & militibus, & etiam per viam Juris tanquam proprios ſubditos & incolas defendat atque tueatur, idcirco quoties iſte tranſeuntibus Proceribus ſuos adjungit comites, vel Stationarios, hoc ipſum in commodum & ſecuritatem Civitatis procedit. Nam hujus autoritate, & quaſi brachii ſecularis, defenſoris ſcil. ſui præſentiâ, ci-

vitas eò magis tuta & illæſa conſervatur. *Hac ille.* Ut & autem concedamus, Protectores quandoque hoc jus in Civitatibus clientelaribus exercere, ſicuti quoque Erphordiæ Sereniſſimi Duces Saxoniæ, ejus Protectores, una cum Vectigalibus & hoc Conducendi Jus habuêre, & hodie Sereniſſimus Elector Palatinus per Civitatem Imperialem Wormatienſem in clientelâ ejusdem exſiſtentem Jus Conducendi exercet; nec negemus etiam jus præcedentiæ in caſu asſecurationis peregrinantium Statuum per & in urbem deberi Principi territorii, qui ſimul Protector (& ad conductum ſimultaneum exhibendum vel ſpecialiter requiſitus, vel aliâs honoris causâ, admiſſus) eſt, ne minùs dignus & honoratus honoratiori & digniori ſuam prærogativam & præeminentiam quaſi de facto tollere videatur, quod non tam incivile, quàm etiam inhonorificum Civitati futurum: Cùm dignitas dignitati adhibita dignitatem augeat, & magis dignum ad ſe trahat minùs dignum, *per L. Senatorem. ff. de Senator. Coler. d. conſ. 33. n. 99. & 100.* non tamen credimus, vi Juris Protectionis, venire Conducendi Jus. Præterquàm enim, quòd ſeparata ſunt & nihil inter ſe commune habent Jus Protectionis & Jus Salvi Conductus, *arg. L. permiſceri. 57. cum L. naturaliter. 12. §. nihil commune. ff. de A. vel A. P. L. 1. §. hujus autem 2. ff. uti poſſid. L. ſi duo. 3. §. fin. in fin. eod. L. ſi mulier. 21. §. qui poſſeſſionem 2. ff. quod met. cauſa.* ut ipſe fatetur Coler. *d. l.* Jus Conducendi pars Jurisdictionis ſeu Territorii eſt, Protectionis autem Jus ne micam quidem Juris-
dictio-

dictionis tribuit, *c. recepimus c. ex parte tua extra de privileg.* nec priſcam libertatem imminuit, *Warmund. ab Ehrenberg, lib.1. de fœderib. c. 4. n. 13.* nec Superioritas Territorialis inde induci poteſt, licet Protectores dicantur, die oberſte Schutzherren / *Ruland. de Commiſſ. p. 4. lib. 2. c. 3. num. 12.* Deinde non ſequitur: Natura Juris Protegendi requirit, ut Protector clientes ſuos adversùs omnem vim cum armis & militibus, & etiam per viam Juris, tanquam proprios ſubditos defendat, atq; tueatur. Ergo hoc protectionis Jus competens in aliqua Civitate etiam tribuit Jus Conducendi per eam. Argumentum in forma cathegorica fortè eſſet tale:

Quodcunque Jus tribuit Principi facultatem defendendi civitatem ſibi non ſubjectam, adversùs omnem vim cum armis & militibus, ac etiam per viam Juris, id eidem quoque concedere videtur Jus Conducendi per iſtam.

Atqui Jus Protectionis in Civitate competens, tribuit Principi talem facultatem, &c. E. Statim autem negatur conſequentia Majoris, quæ probatur tali Proſyllog Quicquid procedit in commodum & ſecuritatem Civitatis, ita ut iſta eò magis tuta & illæſa conſervetur, id Jus Protectionis ſub ſe comprehendit. Atqui Conductus inprimis Procerum transeuntium civitatem, procedit in commodum & ſecuritatem iſtius, &c. E.

Sed Reſp. ad Maj. iſtam limitando hoc modo: Quicquid procedit in commodum & ſecuritatem civitatis, nec protectionis limites excedit, id Jus protectionis ſub ſe comprehendit.

Et ſic negatur Minor: Conductus enim ſive aliorum peregrinantium, ſive Procerum iſtam tranſeuntium, limites protectionis ſive defenſionis clientelaris excedit. Nam (1.) Jus Conducendi & Protectionis, ut dictum, ſunt Jura ſeparata, ab uno igitur ad aliud non rectè infertur, ut infrà patebit latiùs. (2.) Jus Conducendi eſt teſſera & ſymbolum Superioritatis Territorialis. Protector autem hujus non eſt particeps, ut jam diximus. (3.) Jus Protectionis intendit ſolùm clientes à vi & injuria præſtare tutos, hæc autem à conducendis non ſemper eſt metuenda, & ſi metuatur, tranſitus poteſt denegari, ut infrà demonſtrabimus. (4.) Jus Protectionis principaliter ſpectat ad ſecuritatem clientum. Jus autem Conducendi ſecuritatem peregrinantium primariò intendit. (5.) Non obſtant exempla allegata, præterquam enim, quod nos latet ex quo Juris capite Sereniſſimi Saxoniæ Duces Erphordiæ tale jus habuerint, vel Sereniſſ. Elector Palat. hodiè id Juris Wormatiæ obtineat, notum eſt, non exemplis, ſed Legibus eſſe judicandum.

5. Quoniam in Superioribus diximus, vi Superioritatis Territorialis regulariter competere Jus Conducendi; iſtud autem ſæpiculè quibusdam in dubium vocetur, hinc non immeritò

Quæritur (5.) quomodo probetur Superioritas Territorialis? Reſp. Iſtam potiſſimùm probari (1.) ex inſignibus Principis in Curiâ, muris, aliisq; locis depictis atque inciſis; Rationem reddit Rol. à Valle, *Conſil. 84. vol. 2. n. 23.* quia per talem affixionem ſeu picturam videtur deſigna-

ſignari res eſſe illius, cujus ſunt inſignia, *L. qui libertatem, §. fin. L. fin. ff. de Operib. publ.* Hinc Duces Brunſuicenſes inter alias probationes pro fundanda ſua intentione contra Civitatem Brunſuigum etiam hanc protulerunt: Inſignia nimirum ſua portis & ædificiis publicis inſculpta adhuc conſpicienda eſſe, quod infallibile Juriſdictionis ſit ſignum, *t. t. C. ut nem. privat. titul. præd. ſuis vel alien. impon. ibique Brunem in Comment.* Nam Civitate aut fortalitio devicto, vel Jure quodam ceſſo, Imperium victoris aut ceſſionarii agnoſci, & in rei geſtæ & profeſſionis ſubdititiæ conteſſerationem inſignia illius ubique adfigi hiſtoriarum monumentis conſtare tradit Knichen. *Encyclop. c. 14. n. 12.* & hanc ob cauſam Brunovicenſes quædam inſignia Ducum deleviſſe ſuaq; ſuppoſuiſſe, eô autem nomine non immeritò à Fiſcali accuſatos fuiſſe, docet idem Knichen. *d. c. n. 17. & ſeqq.* Item ſubjectionem probat, ſi Civitas Principis inſignia in ſigillo fert, ubi tamen non prorſus eadem eſſe ſolent; vel in moneta: Hinc Bocerus *de Regalibus, c. 2. n. 224.* haud ineptè monetæ notationem deducit, quod Principis effigies, ſeu vultus monetæ impreſſus moneat ſubditos, ei ſe Principi ſubjectos eſſe, cujus imaginem habet moneta, *arg. Matth. c. 22. v. 20. & ſeqq.* (2.) Ex ſolenni Principum introitu, ubi Claves Civitatis offeruntur, tanquam traditi Imperii pignora: Symboli enim traditione, res ſymbolo ſignificata tradita intelligitur, *arg. L. 74. ff. de contrah. emt. Vid. id. Knichen. d. tr. c. 15.* (3.) Ex Juramento ſubjectionis ſive homa-

gio, Huldigung und Erbpflicht. *Gail. de Arreſt. Imperii cap. 7. num. 10.* Notandum tamen hanc probationem non eſſe à priori; ſed poſteriori. Nec enim ideò quis cenſetur ſubditus, qui jurat, ſed quia ſubditus eſt, ideò jurat: & vice versâ, non ideò quis Superior eſt, quia recipit Juramentum, ſed quia Superior eſt, ideò exigit & recipit Juramentum, Reinking *de Reg. Sec. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. c. 4. num. 5. & multis ſeqq.* ubi tandem *num. 23.* concludit, Homagii præſtationem (die Erbhuldigung) ſimpliciter & abſolutè non eſſe fundamentum der Vogtheilichen oder Landsfürſtlichen Obrigkeit; ſed ſaltem adminiculum. (4.) ex Edictorum & Mandatorum obſervantiâ, qui enim paret mandatis, ſubditus eſſe cenſetur, *Knich. cit. tract. cap. 8.* (5.) Ex perceptione redituum, & ſolutione cenſûs: Collectarum enim ſolutio & cenſus magnum divinæ & humanæ Subjectionis documentum atque teſſera eſt, *can. magnum. 28. cauſ. 11. q. 1. c. Omnis Anima extra de cenſibus l. competit C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Henric. Bruning. de Var. Univerſit. Specieb. Concluſ. 38. Weſembec. Conſ. 62. num. 12.* (6.) Ex Provocatione ad Principem, quod indubiè ſubjectionem importat, *Gail. de Arreſt. cap. 7. num. 14.* Hinc plerique concludunt, Appellationem Jurisdictionis teſſeram eſſe, ita ut appellatio Judicis ad quem, Superioritatem deſignet, *per can. placuit c. 2. q. 6. cap. ſi duobus 2. §. denique de Appellat.* (7.) Ex comparitione in Conventibus vel Comitiis provincialibus, auf Landtägen erſcheinen/ *Gail. cit. loc.* (8.) Ex conceſſione & confirmatione Privilegiorum.

rum. Nam uti activa Privilegiorum conceſſio in eo, qui confert, Superioritatem & Imperium; ita paſſiva eorundem receptio, in eo, cui conferuntur, Subjectionem arguit, *Conring. in. Diſp. de Subject. & Imperio Th. 66.* Nullum enim privilegium jus ſubjectionis abſorbet, nec privilegia Subjectionis Jura tangunt, ſed actus quosdam ſubjectionem conſequentes leniunt, & ab illis vel immunitatem vel vacationem tribuunt. Quicunque igitur ejusmodi Actus conjunctim vel ſeparatim oſtendit, optimè ſubjectionis poſſeſſionem probat. Certiſſima namque ſubjectionis ſigna ſunt, *juxta Gail. d. c. 7. n. 14. & 18. Vid. Joh. Chriſtoph. Tenzel in Diſp. Inaug. de Jure Subject. Theſ. 109.* (9.) Ex militari obſequio, Landes- und Heeres-Folge. Subditi enim tempore guerræ juſtæ adſtringuntur adjuvare Dominum & perſonâ & patrimonio, *arg. l. 20. §. ex provincia. ff. de oper. libert. 2. f. 54.* (10.) Ex Palatio & Aulâ, quam Princeps habet in aliqua Civitate, *Weſemb. Conſ. 21. num. 68. verſ.* item Domicilio ibi conſtituto, Aulâque retentâ. Quemadmodum enim (ut quidam volunt) Civitates, in quibus conſtitutum palatium Imperiale, ſi maneant in eo Statu, ſive ſi palatium maneat Imperiale, nec in alium transferatur, ſunt ſub ordinaria & immediata Imperii Rom. Superioritate, *vid. Dn. Ahasv. Fritſch in tr. de Palat. & Domib. Dominic. c. 8. n. 26. & ſeqq.* Nam quisque ædificare præſumitur in ſuo, *Weſembec. cit. l.* Ita è contrario Civitates, in quibus Princeps aliquis Imperii Palatium habet, ſunt provinciales. Sed dubito, an argumentum hoc multum concludat; Conſtat enim Epiſcopos,

Wormatienſem, Argentoratenſem, Spirenſem, & alios etiam ſua, in Civitatibus, à quibus ipſis nomen, habere palatia; cùm tamen Imperiales iſtas eſſe extra omnem dubietatis aleam ſit poſitum. Si autem per Palatium quis hic intelligat Curiam ſive Tribunal conſtitutum, ad jus reddendum, ein Hofgericht / quod teſſeram ſuperioritatis eſſe tradit Knichen. *de Superiorit. terr. c. 3. n. 324.* ubi *n. 337.* addit: hâc ratione arces & palatia, in quibus Jus redditur, inter Regalia numerari, *in c. un voc. Palatia 2. F. 56.* non repugnabimus. (11.) Ex famâ communi, maximè vicinorum ejus loci, qui in hoc caſu ſunt teſtes magis idonei. *Weſemb. cit. loc.* Addunt quidam (12.) ſubjectionem quoq; probare inſcriptiones: Unſerm Gn. Herrn / unſerm Landes-Fürſten / Landes-Herrn / Erb-Herrn / ꝛc. cùm nulla ſit major probatio, quàm proprii oris confeſſio, quæ infringit quaſcunque probationes in contrarium, per ipſos confitentes factas, efficitq; ceſſare præſumtiones Juris ac de Jure, tollitq; vires rei judicatæ, *Knich. de Jure territ. d. c. 3. num. 304.* Verùm ex ſolo titulorum ſplendore de Subjectionis Jure minùs rectè quis judicaverit: Siquidem non tantùm ſubditi, ſed & illi ejuſmodi inſcriptiones uſurpant, dominosq; ſalutant, qui eorum Superioritatem nunquam agnoverunt, peregrini ſcil. iique remotiſſimi, & nuda confeſſio titulum ſuppeditare non poteſt, quo Dominus, aut Dominii cauſa mutetur, voluntate deficiente: verba namque reverentialia, verba honoris & curialitatis magis intelliguntur adulatoria, quàm obligatoria, & ex-

& extra ſubjectam materiam & intentionem contrahentium prolata nihil operantur, ſicuti is, qui fortè intitulatur: Edel oder Geſtreng / rc. quemadmodum hodie depravatus Germanici Idiomatis ſtylus, hujuscemodi nugamentis, ac inanibus ceremoniis, titulorumq; ampullis ad nauſeam usq; patet, *ut docet Hyppolith. à Lapid. de Rat. ſtat. p. 1. c. 6. ſect. 2. conſ. c. 3. ſect. 1.* ſi non eſt Nobilis, aut genere, aut virtute, exinde Nobilitatem non conſequitur. Probatio igitur hæcce præſumtiva per probationem contrarii facilè elidi poteſt, quando præſertim ab eo, qui ſuæ poteſtatis non eſt, ejusmodi confeſſio facta. *Vid. Dn. Tenzel. alleg. Diſſ. Inaug. §. 110.* Probatâ igitur in dubio Superioritate Territoriali, liquidum quoque cenſetur Jus Conducendi, in tantum, ut contrarium aſſerenti incumbat ejusdem probatio.

Exercetur autem hoc Jus Conducendi vel ab uno, vel à pluribus. Ab uno exercetur, quando Territorium unum ſaltem agnoſcit Dominum, uti fit iis in locis, ubi introductum eſt Jus Primogenituræ, quod Juri Naturæ ac Divino nequaquam eſt contrarium. *Vid. Sam. Reyher de Jure Primogenit. c. 3. Dn. Bechm. in Exerc. Exoter. ad A. B. 4. n. 53.* & conſpicuum eſt non ſolùm in Electoratibus; ſed & in Archiducatu Auſtriæ, Ducatu Holſatiæ, Brunſuicenſi, ditionis ac Lineæ Wolffenbyttelanæ, Würtembergenſi, &c. *Vid. Dn. Springsfeld. de Apanagio, cap. 3.*

Ad plures pertinet, quando plures unius Territorii ſunt Domini, ut videre eſt in iis fa-

miliis, ubi ex generali & ordinario Jure pari paſſu ſuccedunt liberi maſculi; tunc enim plerumque Regaliorum & Jurisdictionis ſubſtantia apud omnes manet in ſolidum, licet adminiſtratio & emolumentorum perceptio dividatur inter Succeſſores: Et hoc caſu per Stationarios omnium nomine Jus Conducendi utique exercebitur, *Dn. Ehrman. in alleg. Diſp. Inaug. de hac materia*, §. 15.

Quæſt. An idem obtineat quoque in Ganerbiis, in den Gan-Erben?

Ganerbii qui ſint, notum eſt, nimirum Nobiles vel Illuſtres familiæ, quæ fraternitatem quandam, & bonorum communionem, cum certis pactis, ut ſe ſuasq; facultates contra vim & hoſtiles incurſiones defendant, inierunt. *Vid. Dn. D.* Schmid/ *in tract. de Nuta, cap. ult. n. 9.* Cùm enim olim ante pacem publicam profanam in Imperio Germ. conſtitutam vis Jure erat potior, inſolentioribusq; jus erat in armis, da das Kolben-Recht / Fauſt-Recht / Reuter-Recht im Schwang gieng / & unus aliquis homo (*ut Cominaus loquitur, lib. 5. Comment. Rer. geſt. Ludov. XI. & Carol. Burg.*) uno ſervitio ſtipatus, audebat ingenti populoſæque alicui Civitati bellum indicere, aut cuivis potenti Principi hoſtem ſe declarare, modò eſſet ipſi portus quidam ſcelerum, ſeceſſus in montanam quampiam arcem; quam cum viginti aut triginta Equitibus, ubi inſederat, ſuo arbitratu latè omnia depopulabatur, &c. Nobiles quædam & Illuſtres familiæ, quibus virtutis potiùs, quàm rapinæ ſtudium erat cordi, fraternitates &

con-

confœderationes quaſdam legibus certis & conventionibus contraxerunt, ſeq; & res ſuas pretioſiores in arcem ad hoc deſtinatam (die Burg genannt) receperunt, ut ab invaſionibus latronum atque prædonum violentis tuti eſſent. *Vid. Matth. Stephan. de Jurisdict. lib.2. p.1. c.7. m.3. Wurmſer Exerc. 8. concluſ. 9.* Hi dicti Gan-Erben / quaſi Gemeine Erben / ſecundùm communiorem ſententiam, quæ tamen ſolidâ ratione mihi videtur carere, cùm convenientior ſit eorum notatio, qui Gan-Erben dictos putant, quaſi Gang-Erben / die zuſammen gehen / vel quod ſecundùm certa ſua pacta contra Jus commune, ad mutuam hæreditatem transeant. Sed cum rerum potiùs quàm verborum JCto ſit habenda ratio, ad ipſius quæſtionis deciſionem nos accingimus.

Putamus autem diſtinguendum eſſe: An Ganerbii cum aliis fundis communem ac indiviſam etiam quoad Territorium habeant Jurisdictionem, an non?

Priori caſu (qui tamen non admodum frequens, cùm rariſſimè zu Straſſen und Feld ab omnibus Ganerbiis, ſive condominis ſimultaneè exerceatur Jurisdictio) utiq; omnibus Jus Conducendi competet. Poſteriori verò non item. Contingit aliquando ut prætor Territorii Dominum adhuc alius ſimultaneè cum illo, pro indiviſo gaudeat Jure conducendi, Geſamtes Geleit habe; hôc caſu illi, cujus eſt Territorium Jure Ordinario; alteri verò ex caſu ſingula r competere docet Knichen *de Jur. Territ. c. 4 n. 458. & ſeq.* Et hoc caſu unus quandoque ha

be

bet das Vorgeleit / quemadmodum plerumque fieri ſolet, quando das Mitgeleit præſtatur ab eo, qui eſt diverſæ dignitatis, tunc enim dignior præcedit, docente Dn. Ehrmanno *d. l.* vel ambo exercent das gleiche Geleit. *Wehn. Obſerv. pract. voc.* Geleit. Interdum autem præequitatio in præſtatione Salvi Conductus, non tantùm præeminentiæ; ſed & Superioritatis notat infallibile ſignum, uti quotidiana ferè docet experientia. Interdum quibusdam permittitur adſociatio viæ ſaltem demonſtrandæ cauſa, *Dn. Ehrman. d. l.* quod plerumq; fieri putamus, quando in alterius territorio quis gaudet Jure conducendi, nec talis actus ei, cur competit die Geleits-Herrlichkeit præjudicabit.

Quæſt. Quid obtineat, ſi inter duos de Jure Conducendi controvertatur?

Reſp. Dn. Ehrman. *cit. loc.* In momentaneo quandoque loca conducendi utrique partium attribui cum inhibitione turbationis mutuæ, tantiſper dum in poſſeſſorio ordinario & petitorio aliud decernatur, caſſatâ ſequeſtratione, quâ de re infrà.

CAPUT III.

De Subjecto Juris Conducendi.

JUs Conducendi in diverſis exercetur elementis, terrâ nimirum & aquâ, zu Land und Waſſer. *Vid. Receſſ. Imp. de Anno 1570.* §. Dieweil denn auch. *103. circa fin.*

Iſtud

Iſtud fit in Via publica : Via autem à vehendo dicta, quaſi vehia. *Varro lib. 1. de re ruſt. & lib. 4 de Ling. Lat.* Eſt enim ſolum, per quod vehitur, inq; villis, quæ urbibus priores eſſe traduntur, natum hoc nomen, Germ. dicitur Weg. *Conf. Dn. Ahasv. Fritſch. in Tract. de Reg. Viar. public. Jur. c. 1. n. 3. & ſeqq.*

Sunt autem in triplici differentiâ viæ: Aliæ enim publicæ, aliæ privatæ, vicinales aliæ. *Vid. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 45. §. 56. Caſp. Manz. Tract. de S. P. U. & R. tit. 3. n. 100. & ſeqq. p. m. 265.*

Via publica (de quâ ſolâ hic nobis agendum) eſt, quæ habet ſolum publicum relictum ad directum certis finibus latitudinis, ab eo, qui Jus publicandi habuit, ad hoc, ut ea publicè iretur, commearetur. *L. 2. §. 21. ff. ne quid in loc. publ.* ſeu brevius : Eſt ſoli publici certum ſpatium latitudinis definitæ, tam in directum, ſive porrectum, quàm in flexum. *Dn. Fritſch. d. l. n. 15.* Dicitur aliàs etiam via Regia, quòd fortè non ad alium, quàm ad Regem vel Principem pertineat, Prætoria, quòd per eas prætores exercitus ducere conſueverint. Conſularis & Militaris ex eadem ratione. Ob alias denique conditiones & qualitates adjacentes appellatur ordinaria, communis, vulgaris, privilegiata, Equeſtris, aperta, celebris, receptitia, illuſtris, urbica, frequentata, inoffenſa, pulverulenta, patens, eximia. *Vid. Andr. Knichen de Sax. non provoc. Jur. c. 5. Ottinger de Jure ac controv. limit. lib. 1. c. 11. n. 1.* Germ dicitur, eine offene gemeine Straß ; Item, Land- und Heer-Straß / deß

deß Königs Straß; Freye Käiserl. Reichs-Straß und Bahn. Ubi obiter notandum, ab hoc vocabulo **Bahn** minùs rectè derivari vocem Bannum, Bann und Acht/ ex hac ratione, quia Banniti viam publicam & Regiam, i. e. libertatem, & rerum communium æqualem omnibus conceſſum uſum amittunt, daß ſie deß H. Reichs Bahn und Straſſen nicht gebrauchen dörffen / uti pluribus demonſtrare nititur Gail. *de Pac. publ. lib. 2. c. 1. n. 12. add. Hermann.* **Brandt** *in Diſp. Inaugur. de Banno Imp. §. 1. Ottinger de Jur. & controv. limit. lib. 1. c. 6. in annot. lit. e.* Nam voc. **Bann**/ quô proſcriptio ſignificatur, maſculini, voc. **Bahn** / (via,) fœminini generis notam habet. *Limnæ. in Adnot. ad Capit. Carol. V. & ex eo Dn. Ahasv. Fritſch. d. c. 1. n. 8.*

Spatium autem ſeu certi illi publicæ viæ fines ex Lege XII. Tabb. in porrectum ſunt VIII. pedes, in anfractum, id eſt, ubi flexum eſt & ſinuoſum XVI. *L. 8. ff. de S. R. P. add. L. 6. §. fin. quemadm. ſervit. amitt.* Ratio verò, cur via in porrectum VIII. pedes habeat, eſt hæc, quia VIII. pedibus indiget vehiculum, ut commodè ire (adde & trabes trahere vel raptare) poſſit. Cur autem in anfractum habeat XVI. pedes, talis eſt ratio; vel ut in concurſu vehiculum unum alteri cedere, vel ut ſine incommoditate vehiculum verti & circumagi, vel retrahi poſſit, cùm opus eſt. Nam ſi in ſinuoſum aliquem inflexum è recto itinere divertendum eſt, (wann man den Wagen wenden muß/) duplo majus ſpatium eſt neceſſarium, uti ex Coraſio *de Servit. n. 115. (ubi dicit hanc eſſe ratio-*

rationem, qua meliorem ne quidem peritiſſimus Auriga proferret) docet Manz. *d. tr. tit. 3. q. 22. n. 119.* Hodie definitur ſecundùm conſuetudinem vel ſtatuta loci, *arg. L. 1. L. 3. C. de ædific. priv.* quibus deficientibus Dominus Civitatis vel populus, vel eum regentes latitudinem viarum ſtatuere poſſunt, uti tradit Cæpolla *tract. de Servit. R. P. c. 3. n. 6. & nos infrà in c. 6. De probat. viæ publicæ vid. Sixtin. lib. 2. c. 2. n. 21. & ſeq. Cæpollam d. l.*

Quær. autem hîc; An Conducentes ſint Domini viarum?

Reſp. Affirm. niſi quis vi ſervitutis Jurisdictionalis in alieno territorio exerceat Jus Conducendi: Nam quemadmodum ibi meritò via publica, tanquam pars territorii, ei adſcribitur, ad quem pertinet totum Territorium: Ita hîc non injuriâ negatur illi, qui præter hoc Jus nihil in Territorio ſibi vindicare poteſt. Separata enim hoc caſu videntur Dominium Viæ publicæ, & Jus Conducendi, ita ut illud ſpectet ad Dominum Territorii, hoc verò ad iſtum, qui id ſpecialiter acquiſivit. In ſeparatis autem & diverſis ab uno ad aliud non infertur, nec extenſio fit, cumprimis in Regalibus, uti ait Sixtinus *de Regal. lib. 2. c. 2. n. 16.* Seu brevius: Ille habet Dominium rei corporalis; hic verò incorporalis, ſive Juris iſti inhærentis, quod dari præter Treutlerum, *vol. 2. Diſp. 20. §. 1. lit. L.* accuratè defendit acutiſſ. Dn. Strauch. *in diſſert. ad Jus Juſtin. privat. 6. §. 9. & in notis MSS. ad Suth. Diſſert. 4. coroll. 1. per L. 3. ſi uſusfr. pet. L. 15. §. 8. quod vi aut clam. L. fin. C. de cenſ. & Cenſ.*

L. 8.

L.8.ff. de reb. auth. Jud. poſſ. L.13.§.1. de damn. inf. L. eorum 19. ff. eod. L. 11. §. 2. de pignorib. L. 13. pr. de A. R. D. L.12. ad L. Aquil. Confer Nobiliſſ. Dn. Jacob. Bornius JCtus ac Proconſul Reipubl. Lipſienſis eminentiſſimus, Fautor ac Præceptor olim noſter, omni honoris cultu perpetim proſequendus, in ſubtili ſuâ, à multis quidem impugnatâ, nondum tamen oppugnatâ Diſſ. Inaugur. de Jure in re actiones reales produc. Sed quid dicendum ad eorum aſſertionem, qui viam publicam ad quaslibet Civitates & quidem eas quoque, quæ Superiorem recognoſcunt, pertinere ſtatuunt, qualem opinionem refert Sixtin. *de Regalib. lib.2. c.2. n.15.* Nos putamus, eos abuti vocabulo *publica*; Nam quamvis res publicæ dicantur quaſi populicæ, ſive populi propriæ (quam genuinam iſtius vocis explicationem vocat Grot. *in Mar. liber. c. 5.*) non tamen includitur quoque populus aliquis parens alicui Superiori; ſed populus liber, ſive tota aliqua Reſpublica, ſeu eam regens. Deinde Jure Rom. aliæ Civitates, præter Romam, privatorum loco fuerunt habitæ. *L. eum, qui vectigal. ff. de V. S. L. bona Civitatis. ff. eod.* quales etiam hodie habentur Civitates municipales. *Vid. Gail. lib. 2. obſ. 57. n. 8. & de Arreſt. Imperii c. 9. n. 2.* adeoq; licet harum aliqua etiam Jurisdictionem ab utraque parte viæ publicæ habeat, tamen ipſum Viæ Regale vel Jurisdictio in ea illi non competit, ſi peculiariter conceſſione vel præſcriptione conſuetudinéve (nam quæ Jure Gentium communia ſunt, quamvis ſecundùm quosdam præſcribi non poſſint, tamen conſuetudine

acqui-

acquiri poſſunt. *Aretin. in §. flumina. Inſt. de R. D.* cum inpræſcriptibilia adquirantur conſuetudine, *c. ſuper quibusdam. §. præterea de V. S.)* non adquiſierit, *vid. Sixtin. d. c. 2. n. 6.* Hinc optimè mihi videtur res publicas definire Dn. Struv. *in Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 3. §. 76.* quod ſcil. ſint, quæ ad certum populum, gentem, vel Rempubl. pertinent ita, ut uſus earum naturâ ſeu Gentium Jure communis, modò non ſit noxius iſti populo) omnibus concedatur hominibus.

Deinde Subjectum Juris Conducendi conſtituit flumen publicum. Flumen eſt Collectio aquarum intra certas ripas in alveo decurrens, *Dn. Struv. in d. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 45. §. 82.*

Dividitur (1.) in perenne, quod ex naturali fonte, & principio perpetuo durante oriens ſemper fluit: & torrens, (Seitenbach/) qui non de fonte, neque de vivâ aquâ, ſed à pluviis vel de montibus in valles deſcendit, æſtate ſiccatur, aquis verò hyemalibus creſcit & currit, *L. 1. §. 2. ff. de fluminib. L. 1. §. 9. de aqu. & aq. pluv. arc. Dn. Struv. d. Exerc. §. 83. add. Joh. Oettinger, de Jur. ac controv. limit. lib. 1. c. 12. n. 10. & 13.*

(2.) Dividitur in privatum, quod non perpetuò fluit, & torrens eſt, atque in privato fundo oritur, *L. 1. §. fluminum. §. quo minus. ff. de Fluminib. ſecundùm Joh. Oetting. d. c. 12 n. 17.* Ein eigen Privat-Waſſer/ das nicht allezeit fleuſſt; ſondern zu Zeiten und gewöhnlich im Sommer/ erſitzen bleibt/ und auf einem Privat-Grund ſeinen Urſprung und Lauff hat. Et publicum, quod perenne eſt

& continuò fluit, cujusque uſus multis publicè competit, *ſecundùm laud. Oettinger, d. c. 12. n. 16.* Ein offentlich gemeiner Fluß/ welcher ein lebendig und ſtetswehrenden Lauff hat / ob er ſchon nicht Schiff-reich iſt: deßgleichen der auf gemeinem Boden entſpringt und flieſſet / und männiglich zu brauchen frey gelaſſen iſt. Ubi tamen notandum (1.) non eſſe eſſentiale fluminis publici requiſitum, ut in publico oriatur: Nam plurima & ingentia flumina non in publicis, ſed privatis terris oriuntur, uti eſt Danubius, qui tres ſuos fontes ex privatis fundis ducit in radicibus Sylvæ Martianæ, primum ſcilicet propè Monaſterium S. Georgii in Ducatu Wirtembergenſi, qui dicitur Brigach: alterum in Comitatu Fürſtenbergenſi, ſupra oppidum Fehrenbach, qui appellatur Bregach: tertium & illuſtriorem, qui fluvio nomen tribuit in Landgraviatu Bar in Caſtro Donau Eſchingen/ à quô non procul & tantùm ad unum milliare & Nicer in privato agro propè pagum Schwenningen in d. Ducatu Wirtembergico ſcaturiginem ſumit, ſicuti tradit allegatus Oettinger *d. l. in annot.* (2.) In fluminibus publicis hodie Juri publico nihil fermè eſſe relictum præter uſum aquæ, eumque non ubique indifferentem, uti inferiùs latiùs patebit.

(3.) Diſtinguitur flumen in Navigabile & non navigabile. Illud eſt, in quo navigari poteſt, ſeu uti Oettinger *cit. loc. n. 21.* deſcribit: Ein Schiff-reich Waſſer iſt ein offenbarer Strom / darauf man mit beladenen Schiffen und Flöſſen fahren / und welchen jederman gebrauchen kan / (in quantum ſcilicet permittitur) ubi addit: Es

wird

wird auch dieſer für einen Schiff-reichen Fluß gehalten / auf welchem zwar keine Schiff-Fahrten gehen / der aber alſo groß und reich am Waſſer iſt / daß man mit Schiffen darauf fahren könte. Non navigabile eſt, quod naturâ ſuâ navigationi non eſt aptum; welcher von Natur nicht taugentlich iſt zum Schiff-Fahrten. Horum quædam faciunt alia navigalia, quædam non, *uti patet ex L. ſi autem plures. §. fin. ff. de aqu. pluv. arc. & L. quò minùs. ff. de fluminib.* Illa, quæ alia navigabilia faciunt, ob bonum publicum, illis, quæ id non præſtant, cenſentur præſtantiora, ideoque Legibus noſtris non tam facilè in illis, quàm in his aliquid fieri permittitur, *dd. texx.* Hinc etiam in c. un. 2. F. 56. diſertè ſola navigabilia & ea, ex quibus navigabilia fiunt, inter Regalia numerantur, & eorum appellatione decorantur. *Vid. Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 3. n. 12. & ſeqq. Roſenth. de feud. c. 5. concl. 30. n. 1.*

Et iſta navigabilia ſcil. habile ſunt ſubjectum Juris noſtri Conducendi. Cùm enim peregrinantibus ipsâ ſecuritate ab incurſu hoſtium nihil ſit exoptabilius, in his autem peregrinetur, mediante navigatione, inde & hîc ea venit præſtanda per Jus Conducendi, alias navigatio (cujus finis eſt, ut navis ſalva & incolumis, ſarta tectaq; & mediante hâc perſonæ, merces, omnesq; res vecturæ obnoxiæ de loco in locum transvehantur & revehantur, præprimis ut apportatione mercium extranearum ſubveniatur indigentiæ humanæ, *Teſte Joh. Cramero in Diſp. Inaugur. de Navi & Navigat. Claſſ. 2. §. 17.*) planè redderetur inutilis, quò quantum incommodi

pateretur ſocietas humana, infrà dicetur, *in cap. 6.*

Jam & hic quæritur: An Conducentes ſint Domini fluminum publicorum?

Reſp. Diſtinguunt quidam inter res Principis fiſcales, ſive regalia, & patrimoniales. *Vid. Oettinger. de Jur. ac controv. limit. lib. 1. c. 12. n. 18. in annot. lit. X.* Res Patrimoniales, ſive Patrimonium Principis dicunt, quod Princeps non ideò habet, ut Statum Reip. tueatur, ſed quod ex ipſius bonis eſt profectum, ut ſunt pecunia & ea bona mobilia allodialia & nomina Debitorum, quæ à parentibus vel ſanguine junctis titulo hæreditario, vel etiam ab aliis titulo univerſali, vel ſingulari, non dignitatis contemplatione, ſed intuitu perſonæ tantùm adquiſivit, hinc propria ejus ſubſtantia dicitur in L. 3. §. 1. C. de quadr. præſcr. & Juſtin. §. ult. Inſt. de Uſucap. & long. temp. præſcr. ex domo ejus accipi ait. Res fiſcales ſive Regalia vocant, quæ Principi competunt ad ſalutem & decus Reip. tuendum, quæque Principis ſunt non ſimpliciter, ſed quaſi propria, *L. 2. §. 4. ff. ne quid in loc. publ. Vid. Sixtin. de Regalib. lib. 1. c. 1. n. 29. & multis ſeqq.* Alii in fluminibus publicis tria conſideranda eſſe dicunt: Uſum ſcil. Proprietatem, & Jurisdictionem. Uſum illorum communem cunctis faciunt. Proprietatem eſſe publicam, ad populum iſtius loci, quem perfluunt, ſpectantem. Jurisdictionem verò demum eſſe factam Principis, aut Magiſtratuum alium non vel certo modo agnoſcentium Superiorem, aſſerunt. *Vid. Schönborner. lib. 4. Pol. c. 9. Borchold. de*

de Regalib. n.30. & ſeq. Nos putamus ad eum, cui competit Territorium, etiam pertinere flumina publica, non ſolùm quoad Jurisdictionem; ſed & quoad proprietatem. *Grot. de Jur. B. & P. lib. 2. c. 3. n. 7. Dn. Myler. in egregio libello de Princip. & Statib. Imperii, c. 66. n. 3. edit. noviſſ. Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 3. n. 35.* Territorium enim non ſolùm eſt in terris, verùm etiam in aquâ, quantumvis etenim aqua exiſtit in ſuperficie, illud tamen eſt quoque in ſolo, adeoque unum & idem eſt Territorium, quod eminet ſuper aquas, & quod immergitur aquis. *Vid. Knichen. de Jur. Territ. c. 1. n. 27.* Reſp. ergo ad ſupra allegatas opiniones, & quidem ad priorem, iſtâ diſtinctione non evinci res fiſcales ſive Regalia, conſequenter etiam flumina publica, quoad proprietatem non ſpectare ad Principem. Nam Princeps fluminum publicorum aliarumque rerum fiſcalium proprietatem ſibi vindicat ut Princeps ſive Territorii Dominus: (Hinc Patrimonium Principatûs & quaſi ſtipendia laboris conceſſa Principi à Molinæo *in Conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 30. n. 170.* res Statum Imperii, vel Superioritatem concernentes à Choppino *de doman. Regn. Franc. lib. 1. tit. 2. n. 2. alleg. Sixtin. de Regal. lib. X. c. X. n. 33. Conſ. Rol. à Valle, vol. 2. Conſ. 1. num. 126.* vocantur) patrimonialium verò tanquam privatus; has enim aliter non proprias habet, quàm quilibet privatus alius, hinc quoque dicuntur privatum Patrimonium *in L. 2. C. de offic. Com. rer. privat. L. ult. C. de Agric. & municip. dom. lib. 1.* item res privatæ, *L. 1. C. de offic. Comit. rer. privat.*

L. 2. 3. & 4. C. de fund. rei privat. L. 1. & 2. C. de agric. & municip. dom. Ad poſteriorem Reſp. Conſiderationem hancce ſapere Jus Civile Romanum, quod tamen hodie in controverſiis Juris Publici non facilè attenditur. Cùm non omnes Juris privati regulæ locum habeant in Jure Publico, uti docet Waremund. ab Ehrenberg. *lib. 1. de fœder. c. 1. n. 202.* & multum interſit, inter id, quod fuit, & id, quod nunc eſt. *L. qui res. 98. §. 8. ff. de ſolut.* quod benè perſpexit Joh. Oettinger *in ſæpius allegato c. 12. n. 24. & ſeq.* ita ſcribit: Aber dieſe Beſchreibung der gemeinen offentlichen und der eigenen Privat-Waſſer (quæ ſcil. reperiuntur in Jure Romano) ſtimmen mit der jetzigen Gelegenheit und Bewandnus der flieſſenden Waſſer im Teutſchen Reich nicht überein; ſondern es hat heut zu Tag mit denſelben weit eine andere Beſchaffenheit bekommen / dann nachdem die Röm. Käiſer ihre wolverdiente Räthe / Obriſten / und Statthalter zu Fürſten und Herren gemacht / und ſie mit den Landſchafften deß Röm. Reichs belehnet / und ihnen zumal auch die Regalien / darunter neben andern die gemeine offene Waſſerflüß begriffen / eingeraumt und zu Lehen angeſetzt: haben ſie ſich in ihren Landen und Gebieten ſolcher Flüß angenommen / und alſo den Nutz und Gebrauch derſelben (quoad piſcationem) ſo lang hergebracht / bis ſie eine erſeſſene Verjährung über Menſchen-Gedächtnus erlangt / dardurch endlich die Flüß / welche durch ihre Marckung und Gebiet lauffen / nunmehr ihnen eigenthümlich zugefallen / deren ſie zwar ein Theil / und ſonderlich die jenige / welche man täglich mit Schiff-Fahrten zu gebrauchen gehabt / und in gemeinem Nutzen nicht entrathen können /

nen/ frey gelaſſen/ ꝛc. *Hæc ille.* Ubi tamen circa verba finalia notandum, iſta non ita intelligenda, quaſi navigandi uſus omninò & ſimpliciter ſit liber, ita ut nullo modo poſſit impediri. Nam Principem, ad quem flumina publica in ſuo territorio Regalium Jure pertinent, juſtis de cauſis prohibere & impedire poſſe, quò minùs in fluminibus publicis per ſuas regiones & ditiones decurrentibus liberè navigetur. Ex Bartolo tradit Matth. Stephanus *lib.2. de Jurisdict. p.1. c.7. n.416.*

Ex dictis nunc patet, & vias publicas & flumina non ſolùm quoad Jurisdictionem, ſed & quoad proprietatem regulariter pertinere ad Dominum Territorii. An & mare? difficilioris eſt quæſtionis: Sunt enim variæ hac de re ſententiæ, his Mare dominii capax ſtatuentibus, iſtis negantibus. De quibus ſingulis videbimus. Inter Negantes agmen ducit Hugo Grot. *lib. 2. de J. B. & P. c.2. n.3. & in tract. de Mari libero c.5.* Cui adſtipulatur Franzkius *Exerc. 4. q. 1.* Franc. Stypmann. *tract. de Jure marit. & naut. p.1. c.4.* quorum rationes potiſſimùm ſunt hæ: (1.) Quia maris elementum eſt ita infinitum, ut poſſideri nequeat. (2.) Ejus magnitudinis, ut ad quemvis uſum omnibus populis ſufficiat, ad aquam hauriendam, ad piſcandum, ad navigationem. (3.) Quia occupatio non procedit niſi in re terminatâ, liquida verò per ſe non terminantur. (4.) Quia mare natura non permittit; ſed jubet eſſe commune. (5.) Quia mare, cùm primùm terræ diviſæ ſunt, maximâ ſui parte erat incognitum.

Affirm. Selden. *de Mari Clauſo.* Dn. Strauch. *de Imp. Mar.* Dn. Struv. *in Syntagm. Jur. Feud. c. 6. aph. 7.* Dn. Ziegler *in not. ad Grot. lib. 2. c. 2. n. 3. & 15. & c. 3. n. 8.*

Pro horum ſententia pugnat (1.) Conceſſio Divina, *Gen. 1. v. 28. & c. 9. v. 2.* (2.) Quia Gentes nunquam mare exceperunt, quaſi illud non haberent in Dominio. (3.) Per L. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. *ad quam vid. Jacob. Gothofredi Hypomnema, ubi iſtam pulchrè interpretatur.* (4.) Exemplum Anglorum, & Venetorum, qui poſteriores quotannis in ſignum Dominii Maris Adriatici hoc publicè ſibi deſponſant, uti teſtatur Pacius *de Dominio Maris Hadriatici, p. m. 18.* Morem deſponſandi refert Chr. Sigismund. Heberle *in Diſp. Inaugur. de Libert. nat. reſtrictâ. θ. 13.* Quòd nimirum ipsô Feſtô Aſcenſionis Domini, ritu ſolenni, Dux navi Bucentauro dicto vectus, purpura & auro ornato, comitante Senatu ampliſſimo, annulum è puppi in ſubjectum pelagus projiciat his verbis: *Deſponſamus te mare in ſignum veri & perpetui Dominii & Imperii.* (5.) Exercitium actuum imperativorum & punitivorum in mari.

Alii diſtinguunt inter Jurisdictionem, & Proprietatem Maris. *Vid. Pacius d. tr. de Domin. Mar. Hadriat. p. m. 3. & 4. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 3. n. 98.* Alii inter Mare totum & ejus partes. *Vid. Oetting. ſæpius allegat. cap. 12. n. 6.* Alii inter mare interius & exterius. *Vid. Dn. Franzk. ſupra alleg. loc. Confer. Dn. Bechman. in Comment. ad Pandect. tit. de A. R. D. n. 57.* Nos affirmantium opinioni accedere non dubita-

bitamus. Nec deterrent nos negantis Grotii rationes. Nam quantum ad primam, Reſp. limitando Majorem hoc modo: Quicquid eſt ita infinitum, ut neque in totum, neque per partes poſſideri queat: Illud non eſt Dominii capax. Atqui Mare eſt tale, &c. E. & ſic negatur Minor. Licet enim laxitas maris ipſius cuſtodiam & velut excluſivam poſſeſſionem uni alicui Principi, aut Reip. reddat difficilem, nihil tamen impedit, quin plures vaſtum Oceanum accolentes per partes iſtum ſibi queant vindicare, & alios inde arcere. Ad 2. Reſp. Neg. Maj. Nequaquam enim ſequitur: Hujus rei inexhauſta eſt ſufficientia vel abundantia: E. non poteſt fieri propria, ſeu dividi inter plures. Sed potiùs contrarium procedit: E. poteſt fieri propria. Nam illæ demum res ſui communionem ſuadent, quæ inter plures diviſæ nemini ſociorum ſufficere poſſunt. *Conf. Dn. Strauch. d. Diſſ. de Imp. Mar. c. 2. n. 8. Dn. Ziegler in not. ad Grot. lib. 2. de Jur. Bell. & Pac. c. 2. n. 3.* Deinde nec Minor eſt ſimpliciter vera, licet enim mare quoad hauſtum aquæ omnibus ſufficiat hominibus, adeoq; non opus ſit iſtud dividere: quoad piſcaturam tamen aliud obtinet, quoniam certis in locis iſtud certa piſcium alit genera, in quibus ſingulis certus populus proprietatem ſibi aliquam adquirere, & capturam curare poteſt. *Conf. Felden. in not. ad d. l. Grotii.* Sic apud Belgas Jus piſcandi videmus reſtrictum. Inde retium jactus vendi ſolent, ubi halec eſt, relictis latebris, loca æſtiva tempore verno quærentia, retibus circumdata, & in unum coarctata tantâ

G 5 capiun-

capiuntur multitudine, ut piſcatores non ſecus ac in terra deſuper ambulare poſſint, & in nubibus per plura milliaria ſcintillatio & ſplendor appareat. *Vid. Heberle in alleg. Diſp. de libert. natur. reſtrict. §. 13. & quos ibidem citat.* Ad 3. argum. quòd tale fortè eſt: Quicquid per ſe non poteſt terminari, illud nec occupari, & per conſequens nec dominio ſubjici poteſt. Atqui liquida per ſe non poſſunt terminari. E. Reſp. Neg. conſequ. Maj. Quid enim impedit, quò minùs rem, quæ termino alieno poteſt terminari, mihi tanquam propriam vindicare, iſtamq; occupare queam: *v. g.* ſi vinum haberem in alieno dolio, iſtudne vinum propterea non erit meum? Sufficiunt ergo ad terminandum mare promontoria, inſulæ hinc inde ſparſæ, & ſcopuli eminentes, è quibus ſumi poſſunt linearum rigores, verſuræ, coxæ, gammata, imò plurimùm ad mare terminandum conducunt graduum cœleſtium longitudo & latitudo. *Vid. Selden. lib. 1. de mari clauſ. c. 22.* Sed objicit Grot. *de Mari lib. c. 5.* ſi dimenſio talis ad poſſidendum valet, jam dudum nobis Geometræ terras, Aſtronomi etiam Cœlum eriperent. Reſp. Dn. Strauch. *d. c. 2. n. 6.* Vanum hunc eſſe timorem, indignamq; ſuo auctore cauſationem, imò mirum, ſi eâdem ratione non veritus fuerit Grotius, ne ſutor pedem illi ſuum, ſarcinator etiam ventrem eriperet, menſuram integumentorum pro modo corporis ſumentes. Mathematicorum enim lineas per ſe ad diſtinguendum regiones, non ad poſſidendum pro ſuo orbem excogitatas eſſe. Ad 4. Falſiſſimum id

id eſſe, nulla enim ſufficiens dari poteſt ratio, ex quâ hoc evidenter probari queat. Ad 5. Reſp. Proprietatem non eſſe ortam ex occupatione; ſed à proprietate Jus occupandi manaſſe, uti latiùs deduxit Dn. Strauch. *d. Diſſert. de Imp. mar. c. 1. n. 12.* Hinc licet mare eo tempore, cùm terræ primùm diviſæ, maximâ ſui parte fuerit adhuc incognitum, adeoque dividi atque occupari nequiverit, hoc tamen proprietati homini in iſtud à Deo conceſſæ nihil detrahit.

Allatas Dd. diſtinctiones quod attinet: Negamus Principibus & Rebuspublicis ad mare territoria poſſidentibus ſolùm competere Dominium Jurisdictionis non proprietatis. Neq; enim ratio apparet, ob quam à cæteris rebus homini à Creatore mancipio datis, hoc eximi debeat vel poſſit. *Vid. Dn. Strauch. d. Diſſ. c. 2, n. 2.* (2.) Concedimus quidem unum aliquem populum, excluſis cæteris omnibus, Oceanum totum ſibi vindicare non poſſe. Sed quotquot illum accolunt populi, pro ſuæ quisque regionis proportione ad ejus poſſeſſionem concurrere debere, niſi ſi quis fortè Jure ſuo ceſſerit, & id in alterum contulerit: imò inutilem ferè ejus poſſeſſionem futuram, ſive ille ad unum tantùm populum ſpectaret, ſive ad plures. Nam cùm duo potiſſimùm deprehendantur, ob quæ in propinquo ſibi mari cæteros promiſcuè verſari, populus aliquis citra detrimentum ſuum pati non poſſit; piſcatio ſcil. & munimentum regionis: immenſa autem illa æquora nec commodè piſcationem admittant, aut hæc operæ pretium reddat, nec remotæ nimis à terris par-

partes Oceani munimenta ampliùs cenſeantur, ad quid proderit ejusmodi proprietas? *Vid. Dn. Puſend. in element. Juriſpr. univerſ. Def. 5. n. 8. & ſeq.* Illud tamen negamus partem ſolummodò maris proprietatis eſſe capacem: Non enim ſequitur; totum Mare inutiliter poſſidetur: E. non eſt proprietatis capax. Nam inutilis poſſeſſio eſt etiam poſſeſſio, & ſufficit, ſi aliquid poſſideri queat, licet inutiliter. Ad tertiam diſtinctionem, quæ ſe fundat in immenſitate maris, repetenda ſuperiùs dicta ad negantium rationem primam.

CAPUT IV.

De Objecto Juris Conducendi.

VIſo ſuperiori cap. ſubjecto ſeu locis, in quibus exercetur Jus Conducendi, conſiderandum nunc venit Objectum ſive perſonæ, quibus conductus ſit exhibendus.

Hîc ante omnia ſciendum, deberi ejusmodi ſecuritatem vel ex Jure Naturæ, vel ex Jure Gentium, vel ex Jure Civili, uti tradit Dn. Bœcler. *in Conductor. Carolin. p. 7.* Ex Jure Naturæ debetur omnibus iis, quibus commercium, ſeu communicatio apertè vel tacitè conceſſa eſt; Jus enim Naturæ cognationi inter homines conſtitutæ hoc fecit conſequens, ut hominem homini inſidiari nefas ſit. *L. 3. ff. de J. & J.* Jus Gentium his iisdem veſtigiis incedens conſuetudi-

tudines inter populos peperit, non ſine diſcrimine & gradu, ſicut, *exempli causâ*, in Securitate Legatis, fœderatis, ſociis, hoſpitibus, præſtandâ, apparet Jure Civili & quidem Germanico publico (quô conductus legalis non unius generis, per Conſtitutiones Imperii & uſu atque obſervantia deſcribitur, & ſolennibus certis informatur, deſumtis ex ipſo Naturæ & Gentium Jure, atque adeò ex æquo & bono, rationibus & ad tempora Statumq; Reip. accommodatis) debetur in genere omnibus peregrinantibus inſontibus. *Matth Coler. Conſ. 33. n. 104.* iisq; vel ex neceſſitate officii, vel ex facultate privilegii ac prærogativæ: Ex neceſſitate officii debetur Electoribus Imp. Germ. ad Electionis negotium proficiſcentibus per diſpoſitionem A. B. *c. 1.* Ex facultate privilegii ſive prærogativæ præſtatur cæteris, ſive Magnatibus, ſive vilioris conditionis hominibus, eorumq; rebus, imò, ſive vivis, ſive mortuis; Nam nec cadaveribus humanis, ſicubi per alienum territorium ſunt exportanda, talis ſecuritas erit deneganda. *Vid. Beſold. in Theſ. Pract. voc.* durch Führung der Verſtorbenen. De ſingulis in ſpecie aliquid dicetur. Conductum Electoribus exhibendum quod attinet, hic nihil aliud eſt, quàm publica & inviolabilis Securitas, à Statibus Imperii, Electoribus ad Electionis actum proficiſcentibus ſecundùm præſcriptum A. B. præſtanda, quâ mediante, ſecuri & inviolabiles ad locum Electionis pervenire, & ad ſuos redire poſſunt.

Circa iſtum ſingularia quædam veniunt notanda.

1. Eſt,

1. Eſt, quod præceptus, adeoq; neceſſariò ſit præſtandus. Quamvis enim civium quilibet eos, qui Reipubl. ſumma negotia tractant, ejusq; rei cauſa meant, commeantque, adjutos, defenſosque, quantum poteſt, velle debeat, ſicuti & in arctiore fœdere ſocii fœderis ad eadem officia obligati cenſentur; atque hinc, cùm Principes Electores in apice rerum conſtitutos, & ad providendum, ne quid Respubl. detrimenti capiat, lege publicâ inſtructos, in maximo omnium & ad ſummam Reip. pertinente negotio verſari, quando Imperatorem eligunt, nemo ignoret. Sua igitur quemque Imperii Civem pietas, ad conferendam opem, quâ Securitati tantarum & rerum & perſonarum proſpicitur, in itu, in reditu, in loco negotiationis, in neceſſitatibus & apparatu & ſubſidiis actionis, ultrò ſollicitet; uti eleganter pro more ſuo loquitur Dn. Bœcler. *in d. Diſſ. p. 8.* Quoniam tamen homines ſæpicule ita ſunt maleferiati, ut ſuâ ſponte officium non faciant; ſed contra iſtud tam omittendo quàm committendo multis peccent modis, eaq; propter vi Legum, veluti virtutum armatarum, ad accuratam iſtius obſervantiam ſint compellendi: Idcircò & hoc in caſu, poſtquam latrocinia & graſſaturæ ubique increverant, & magnæ ſæpe turbæ atque contentiones circa Electionis negotium oborirentur, cùm diſſidendi non conſuetudo modò; ſed licentia iſtis temporibus in Germania fuerit juſto familiarior, uti iterum loquitur Dn. Bœcler. *d. Diſſert. p. 16.* ipſa neceſſitas hujus Conductûs extorſit ſanctionem.

2. Ho-

2. Honor & Jus Conductûs hîc præcipuè non ſpectatur; ſed onus & neceſſitas conducendi. Hinc tradit Nonnemo, ex neceſſitate officii Imperio debiti vocari omnes, non tantùm Immediatorum Statuum honore gaudentes, ſed etiam quibus Mediati obſequii gloria relicta eſt, fruſtrari igitur ſpe ſuâ, qui immediatam ſubjectionem hôc argumentô, quod in A. B. conducere jubeantur Electores, probare conantur: Satis enim apparere deſignationem Conducentium fieri magis ex ratione itineris & loci, quàm ex ſtatu & conditione Mediatæ, vel Immediatæ ſubjectionis. Nec obſtare, quod fortean opponi poſſet, Jus Conducendi eſſe argumentum Superioritatis Territorialis, ſive cohærere Juri Superioritatis, ſive Territorii, quod non niſi Civi Immediato competit, uti nos ſupra *in cap. 2.* latiùs demonſtravimus. Reſponderi enim, licet regulariter hoc verum ſit, perpetuum tamen id non eſſe; ſed quandoque in alieno territorio vi ſervitutis Jurisdictionalis, (uti quoq; ſuprà oſtenſum) vel pacto, Jus Conducendi quem habere poſſe; adeòq; minùs rectè argumentari: Competit mihi hîc vel illîc Jus Conducendi. E. etiam Sublimitas territorialis. Nam quemadmodum hæc poteſt eſſe, ſine illo; ita & illud dicto modo exſiſtere poterit, ſine hâc. Verùm (quod pace tanti Viri, cui inſultare animus nequaquam eſt, ſed cujus placidæ cenſuræ, doctæq; informationi lubentiùs omnia ſubjicimus, dictum volumus) quamvis non negemus principaliter Jus, ſive Regale hîc non ſpectari; ſed potiùs neceſſitatem conducendi, nihilominus tamen hanc

neceſ-

neceſſitatem & iis, qui Regalibus planè ſunt deſtituti; non potius ſolis his, qui iisdem, interq; hæc & hoc Jure Conducendi gaudent, incumbere, non videtur probabile; nec dici poſſe videtur: in mediatis reſpici ad Superiorem, cui Regalia competunt. Siquidem hôc modô iſtius Jus in horum eſſet quaſi poteſtate; nam ſi conductum hunc Electoribus denegarent, vel ex negligentia non exhiberent, iſti ſine facto ſuo Jus ſuum auferretur. contra L. 11. ff. de R. J. Errare autem, qui aliis adminiculis deſtituti ex ſola A. B. Jus Conducendi alicubi locorum ſibi arrogant, non imus inficias: Hoc enim eſt contra intentionem Imperatoris, quippe cui non fuit animus privilegium Juris Conducendi de novo concedere; ſed potiùs neceſſitatem ſecuritatis præſtandæ omnibus, quorum operam locus & ſitus Electoriis ad Electionem itineribus tutandis neceſſariam & commodam facit imponere. Nec ad rem facit: Quòd Conſtitutio in exigendo ejusmodi Conductu jus iſtud videatur præſupponere, in verbis: *Per terras, territoria, & loca ſua, & etiam ultra, ſicut longius poterit, &c.* quæ verba poſtrema utique de ejusmodi Regali Juris Conducendi loqui videntur, præprimis, ſi conferatur uſitata formula in literis requiſitorialibus: Mit eurem Geleit / ſo weit ſich daſſelbig erſtreckt / altem Gebrauch und Herkommen / auch der Güldenen Bull Außſagung nach / ꝛc. Reſp. namque concedendo, quod præſupponat tale Jus in iis, qui eo gaudent; quod autem id noviter concedat illo deſtitutis, hoc conſtanter negatur, nec unquam etiam ex adductis verbis

poterit

poterit probari. *Add. Dn. Bæcl. d. Diſſ. p. 27.* Hinc rectè inter alias rationes, ad probandum tale jus comparatas, etiam allegatur Conſtitutio A. B. licèt ſola id probare nequeat, quemadmodum fecit Autor deß Wertheimiſchen gründlichen Gegen-Berichts / *c. 12. p. m. 321.*

3. Ab hoc Conductu nullam omninò excuſationem præbent inimicitiæ, ſi quas cum uno aut pluribus ex Electoribus gererent Conductores vel Co-Electores, vel cæteri Principes, *d. c. 1. A. B. §. Si verò aliquis.* Cùm enim fas ſit privata odia publicis utilitatibus remittere; ad hanc autem patriæ debitam quidem voluntatem, non omnes ſponte inclinari poſſint, (quoniam animus humanus eſt vindictæ cupidus, nec facilè, niſi hâc obtentâ, quietem invenit) ergo neceſſitas Legis & ſeveritas Sanctionis adjungenda fuit, ne quid de utilitate publica omnium maximâ deperiret, *laud. Dn. Bæcl. d. l. p. m. 16.*

4. Conductores tenentur conducendis victualia in communi pretio atque curſu pro ſuis hominumq; ſuorum neceſſitatibus (Koſt und Lieferung zu aller ihrer Nothdurfft / nach gemeinem Lauff und Werth / oder allerhand Proviant und Victualien / ſo vonnöthen ſeyn wird / um billiche Bezahlung) vendere ſeu vendifacere, ſeu apud ſui Territorii Civitates & Cives iis hac de re proſpicere: ne ſcil. hi iniquis lucris inhient: plerumque enim homines affulgente quâdam occaſione, quâ lucri alicujus captandi ſpes eſt, pretia rerum intendere ſolent. *Conf. laud. Aut. d. l. p. m. 20. & ſeq.*

5. Cautionem de præſtando ejusmodi conductu ſcripturâ conſignatam & Jurejurando firmatam exigit A. B. *d. c. 1. §. Ad præmiſſorum autem, &c.* Licèt enim Conſtitutio hæc ad iſtum modô præſcriptô exhibendum omnes obliget efficaciter; nihilominus tamen, quoniam in reciprocâ ſignificatione obligationis, ſive teſtatæ debiti, obſequiiq; obligatione, efficacia manifeſtiùs ſe ingerit oculis animisque, quæ origo celebratioris formulæ in actu Civili habetur, uti ait Dn. Bœcler. *d. Diſſ. p. m. 23.* ad firmitatem & certitudinem ampliorem & efficacem obligationem petentibus ita cavere jubet Imperator. Nam eo tempore ſolennium maxima cura fuit, quemadmodum teſtatur Idem Dn. Bœcler. *d. l.* Scripturâ autem nil certius, quippe quæ dum concipitur, clarè admodum paciſcentis animo rem ſubjicit; jurejurando nil ſanctius inter mortales habetur; Deus ſiquidem tanquam ſuperior puniendi jus habens teſtis advocatur, ſimulque ab eodem perfidiæ ultio poſcitur. Hinc non tantùm adversùs inimicitias; ſed etiam ab amicis talia exigi mos & ratio fuit: Etſi enim omnes non-Athei ſupponant, Deum violationem pactorum etiam Juramento non confirmatorum vindicare; communis tamen eſt perſuaſio eaq; non inanis, acerbiùs illum puniri, qui iram Dei provocaverit, ac ſponte ſibi viam ad ipſius miſericordiam, quantum in ſe fuit, perjurio præcluſerit, ut tradit Dn. Pufendorf. *in Element. Jurispr. Univ. lib. 1. def. 12. n. 40.*

6. Conductus hic Electoribus, eorumve Nunciis, etiam per viam inſolitam euntibus,

præ-

præſtandus eſt, modò conductum petierint, viamq; quâ transire velint, ſignificarint. Nam indiſtinctè per terras & territoria ſua, adeòque etiam per viam inſolitam, talem Conductum præſtare jubentur cuncti, qui Imperio ſubjecti ſunt, & multa occurrere poſſunt, ob quæ Elector & Nuncius Electoris malit per viam inſolitam, quàm regiam ire, vel quia illa compendioſior ſit, aut etiam facilior vel commodior, vel tutior ſaltem ipſi. *Vid. Speidel. in Addit. ad Rummel. in A. B. Diſſ. 2. 6. 8. p. 1.*

7. Conductum hunc denegantes manent pœnæ graviſſimæ, *vid. ſæpius alleg. c. 1. A. B. §. 1. & 2.* Nec immeritò, gravia enim delicta graves quoque merentur pœnas. Eſt autem non leve delictum denegare hoc caſu Conductum, ſeu Securitatem. Nam ejusmodi denegatio molliminis alicujus contra Remp. eſt indicina, nihilque aliud exinde præſagire poſſunt conducendi quàm inimicitias, inſidias hoſtiles & periculum aliquod imminens; hocq; ipſo denegans, Reip. ſe declarat hoſtem, dum tam ſalutare ejus negotium impedire ſtudet.

Quær. hîc: An denegatione hujusmodi Conductus committatur crimen læſæ Majeſtatis? Affirm. per text. A. B. *in d. tit. 1. §. 1. verb. rebelles ſeu rebellem, &c. & §. 2. verb. cùm contra Remp. ac Sacri Imperii Statum ac dignitatem, &c. tanquam rebelles, inobedientes & perfidi, &c.* Crimen enim læſæ Majeſtatis eſt, quod adverſus Reip. aut ejus, penes quem eſt ſummum in Rep. imperium, ſecuritatem, vel contra dignitatem & poteſtatem committitur, *L. 1.*

§. 1. *L. ult. ff. Ad. L. Jul. Maj.* Is autem, qui denegat huncce Conductum, vel hoſtilis alicujus adverſus Imperii ſecuritatem molitionis autor, vel fautor, non injuriâ habetur. Ex nulla ſiquidem re majus tranquillitatis publicæ pendet momentum, quàm ex negotio Electionis Imperatoriæ, uti experientiâ, optimâ illâ rerum Magiſtrâ, ſæpius edocta fuit noſtra Germania, qui igitur, quantum in ſe eſt, iſtud non ſolùm non promovere; ſed inſuper remoras iſti injicere, aut aliud quid mali contra id moliri ſatagit, (uti facit, qui denegat Electoribus debitam ſecuritatem) quid aliud agit, quàm ut tranquillitatem publicam turbet? Nec obſtat: Quòd & Electores denegantes hunc Conductum Co-Electoribus ſuis dicantur rebelles, jam autem perpetrari crimen læſæ Majeſtatis duntaxat à ſubditis iſtius, unum verò Electorem alteri nequaquam ſubeſſe. Reſp. enim, crimen ejusmodi hoc caſu non debere æſtimari ex perſona, in quam committitur; ſed ex ſtatu publico, qui læditur.

Quær. ulteriùs: An Conſtitutionis hujus de Conductu Carolino & hodie quis uſus? Freher *in tract. de Tut. Curâq; Teſtamenti Electorali c. 12.* putat ferè totum in deſuetudinem abiiſſe; quia pace publicâ firmatâ meliùs, quàm Bullæ tempore, & ſecuritate viarum publicarum vigente, cuſtodiâ & Conductu illo parum ſit opus. Verùm aliter ſentit Dn. Bœcler. *in alleg Diſſert. de Conduct. Carolin. p. m. 37.* ubi dicit: Fiducia pacis ſecuritatisq; temporum, minore quidem cura & ſolicitudine, ac ſeveritate rem hodie geri, quàm in Carolina Conſtitutione

ne continetur, illum tamen totum in deſuetudinem non abiiſſe, vel noviſſima demonſtrare exempla; & ſi, quod Deus prohibeat, pericula temporum priorum redirent, præſentius appariturum, expromtamque in originarios uſus futuram Legem Carolinam.

Hæc de Conductu, qui præſtatur ex neceſſitate officii. Nunc dicendum quoque aliquid de eo, qui exhibetur ex facultate privilegii. Hujus, uti dictum, objectum ſunt & Magnates, & vilioris conditionis perſonæ.

De Conductu Magnatum, vom Fürſten-Gleit/ (qui eſt Jus territoriale per ſuum cujusvis territorium præſtandi tranſitum liberum petenti innoxio, dato præſidio, vel duplomatibus) ſciendum: Morem eſſe Principum per Germaniam antiquiſſimum, ut is, qui per alterius territorium tranſire deſiderat, Dominum hujus eâ de re certiorem faciat, abq; eo liberum petat tranſitum, niſi aditum ſibi velit præcluſum. Duo igitur hîc præcipuè conſideranda. (1.) Petitio. (2.) Præſtatio. Petitio omninò præcedere debet tranſitum. Nam quemadmodum quilibet rerum ſuarum moderator exiſtit & arbiter, *L. 21. C. mand.* Ita nemo re alterius ſine Domini veniâ pro libitu uti poteſt, præſertim ſi damnum inde ſit metuendum; ſed voluntatem illius priùs exploret neceſſe eſt. Nec obſtat, quòd viæ publicæ quoad uſum ſint communes, adeòque liberum cuique per eas commeare. Reſp. enim, verum id eſſe, niſi ab utente metuendus ſit abuſus, quò collimat Elector Saxoniæ apud Hordlederum *de cauſ. Bell. Germ. c. 8. fol. 100.*

n. 5. his verbis: Solche Landſtraſſen ſollen denen von Fürſten oder wenigers Stands Leuten / ſo der Lands-Obrigkeit an ihren Regalien und Gerechtigkeiten / und derſelben Gewehr mit ihrem paſſiren ſchädlich / nicht frey ſeyn. Hinc uſus earum non ſemper eſt planè illimitatus; ſed certas ob cauſas, ſi ſcil. abusûs ſubſit metus, Dominus Territorii reſtrictiorem eum facere poteſt. Servile enim hoc eſt, & libero quovis homine indignum, ab altero ad injurias nudari & inevitabili neceſſitate cogi, ut metuat. Objicit Grotius *de Jure Bell. & Pac. lib. 2. c. 2. n. 13.* Jus meum metu tuo non tolli. Sed Reſp. negari ſuppoſitum. Quale enim Jus habet Princeps eundi per Territorium alienum, ſuo Principe invito, cùm nec per privatum fundum ire quis invitô Dominô, niſi conſtitutâ ſervitute, poſſit. Et ſi minuitur libertas unius agelli, itinere alii permiſſo; quis putet libertatem Territorii, quod univerſitas agrorum eſt, non minui inconſultô Dominô propriâque auctoritate transeundo. Imò Grotius ſibi ipſi adverſatur, dum adjicit rationem: quia ſunt rationes cavendi. Ex hâc enim ſequitur, etiamſi Jus transeundi per alterius territorium aliquod ſit Principi extraneo; nihilominus tamen, ſi alter ſecuritati inde metuat, exigi poſſe cautionem quandam de non offendendo. Si igitur cautio poteſt exigi, ut reverà poteſt, ſiquidem ſecuritas eſt inter bona externa Reip. quæ invito nemini debet attrectari, uſurparive, & iniquum eſt liberum hominem alterius gratiâ metum ſubire; ſequitur liquidò, quamdiu ſecuritati meæ cautum non fuerit, metu meo jus tuum im-

impediri. *Vid. Dn. Strauch. de Imp. Mar. c. 8. n. 2. Dn. Ziegler & Joh. à Felde in not. ad Grot. d. l. Conf. Dn. Pufend. in Elem. Juriſpr. univerſ. lib. 1. def. 5. n. 6. ubi allegat exempla.* Hinc quia metus ejuſmodi in potentioribus, magno comitatu eoq; armato tranſeuntibus, ferè nunquam abeſt, ab ultimâ memoriâ per Germaniam hoc inſtar cautionis cujuſdam receptum, ut ejuſmodi Potentiores tranſitu prohibitos ſeſe intelligant, niſi veniam transeundi à Territorii Domino impetrarint. *Dn. Strauch. in Exerc. Exoteric. 11. §. 2. Conf. Receſſ.* deß Craiß-Tags zu Bamberg *de Anno 1664. §. 2.*

Sed quid, ſi nihilominus abſque illa venia tranſeant? Ad hoc reſpondet Elector Saxoniæ apud Hordlederum *d. tr. c. 5.* Es iſt in Teutſcher Nation alſo herkommen/ daß einer/der mit ſolcher Anzahl reiten will/ Geleit nehmen/ oder aber gewarten muß/ daß er gerechtfertiget werde/ und im Feld Beſcheid geben müſſe/ das ziehen wir uns auf gemeinen Gebrauch an vielen Orten Teutſcher Nation. Ratio hujus patet ex verbis ejuſd. Electoris apud d. Hordled. *c. 22.* ubi: Dieweil jede Obrigkeit zu Recht Macht hat/ aus billichen Urſachen/ einem andern ihr Land und Paß zu verbieten/ ſo kan dem andern/ dem ſolch Verbot geſchicht/ zu Recht nicht gebühren/ mit Gewalt und Frevel ſich deß Durchzugs zu unterſtehen. Das heiſt aber (*inquit idem ap. cit. Aut. c. 9.*) mit Frevel und Gewalt paſſiret und durchgezogen/ oder durchziehen und paſſiren wollen; da ein Fürſt durch deß andern Land reiſen will/ und hat denſelben Landes-Fürſten/ nach Gewonheit deß Reichs/ zuvor nicht darum begrüſſet/ noch angeſucht. Hinc quoque con-

conſtitutum reperitur *in Receſſ. Imp. Auguſt. de Anno 1555.* §. Wo auch im H. Reich Teutſcher Nation/ in was Oberherrlichkeiten und Gebieten das wäre/ jemands zu Roß und Fuß gefährlich halten/ reiten/ oder ziehen / und das geſehen oder geſpüret würde / ſo ſollen die Stände und Obrigkeiten jedes Orts die erſprießliche Ordnung und Fürſehung thun/ daß dieſelbe/ ſo alſo gefährlich vermerckt/ gerechtfertiget / und wo ſie alsdann argwohniſch erfunden / in eines jeden Obrigkeit/ angenommen/ gefangen/ und Vermög deß Lands Friedens und deß H. Reichs Recht / auch eines jeden Orts Gewonheiten / Freyheiten und alten Herkommen gegen denſelbigen gehandelt werden.

Quid autem, ſi Princeps in alieno Territorio habeat Jus Conducendi , ánne Territorii Dominus etiam neceſſe habebit deductionem hancce petendi per locum, ubi ad alterum iſtud Jus pertinet ? Neutiquam : Ceſſant enim hîc rationes hactenus allatæ , nec ullum metuendum alteri præjudicium , cùm quis per proprium peregrinatur Territorium. Hâc de re Laudum Heilbronnæ *in Controv. Sereniſſ. Dn. Elect. Pal. cum Vicin. Principp. &c. d. 7. Febr. Anno 1667.* pronunciatum *circa 2. Comprom. cap.* ita diſponit : De cætero in his, quæ ex conventionibus modum ac definitionem certam non habent, ſuper gravaminibus à parte Dominorum Confœderatorum probatis , & in Controverſiam deductis , Juri atque Conſuetudini Imperii conveniens exiſtimatur. (1.) Ut Sereniſſimus Elector Palatinus in Confœderatorum terris Jure Conducendi non aliter utatur, quàm in tranſitu Principum & ſimili dignitate eminen-

nentium perſonarum, copiarum equeſtrium vel pedeſtrium, Mercatorum ad ſolennes nundinas proficiſcentium, Judæorum, Zyngarorum, & ſimilium perſonarum, quarum juxta Leges, moresve Imperii non eſt ſine Conductu ſecuritas. (2.) Ut non prætendatur, aut uſurpetur, quando Domini earum terrarum & viarum, per quas itur, ſimiliter eorum miniſtri, milites, & ſubditi ibi tranſitum faciunt, ſed innoxius & Conſtitutionibus Imperii congruus ipſis in ſuis terris liber & non impeditus ſit, quemadmodum & Electoribus Palatinis, eorum miniſtris, militibus, & ſubditis viciſſim eâdem libertate talis, ibidem ita ſine Conductu alio, relinquendus eſt.

Finis autem principalis petendæ transductionis Principum non eſt, ut ab eâ demum ſecuritas ab offenſione, inſidiis, vi injuſtâ impetretur & quaſi his abſque hoc transductu obnoxius in alieno Territorio foret Princeps, vel quivis potentior, quod ſtatuunt plerique omnes & inprimis Bechtius, qui ſanctitatem &, ut ſic dicam, inviolabilitatem Imperatoris & Principum in Conductu collocant, imò illam perperam hujus ſpeciem faciunt. Tantum enim abeſt, ut ſanctitas illa Principum ſpecies ſit Conductus, ut is potiùs ſit ſanctitatis, Jure Naturæ debitæ, obtinendæ medium, uti tradit Dn. Strauch. *d. Exerc.11. θ.3.* Cùm enim cognationem quandam natura inter homines conſtituerit, hominem homini inſidiari nefas eſt, *L.3. ff. de J. & J.* qui igitur Securitatem præſtat, nihil aliud agit, quàm quod Jure Gentium agere debet, & qui conducunt, facto ipſo ſecuritatem, Jure Gen-

H 5 tium

tium debitam, exhibent & præſtant, ceu medium ad finem. Verum namque non eſt, quod dicit alleg. Becht. *de Securit. & Salv. Conduct.* §. *157.* & ex eo Rumelin. *ad A. B. p. 1. Diſſ. 2. §. 7.*

Electoribus cæteriſque Principibus tantùm intra ſuum territorium, & prout in partem Cæſareæ ſollicitudinis adhibitis aliquam ineſſe Sanctitatem, ita ut illud excedentes, ſecuritatem à territorii alieni Domino ſtipulari oporteat. Principes enim cum toto humano genere hoc habent commune, ut ubivis locorum à vi injuſta tuti & inviolabiles ſint Jure Naturæ & Gentium; hæc ergo Sanctitas ubivis locorum ipſis inhæret, eamq; in alieno Territorio nequaquam exuunt, ut ipſam denuo à Conductu, neſcio quô, redimere oporteat: Sed propterea tranſitus veniâ opus, & hic finis principalis eſt ex parte petentis tranſitum, ne excludatur aditu; quia per alienum, tanto præſertim comitatu, qui Domino poſſit eſſe meritò formidabilis & ſuſpectus, invitô Domino Jus transeundi non eſt. *Vid. Dn. Strauch alleg. loc.*

Ex dictis facilè eſt colligere, quomodo intelligendum illud verbum, Käiſerliche Majeſtät bringet das Geleit mit ſich / non ſcil. ita, quaſi peculiaris aliqua Sanctitas Imperatori præ cæteris independenter & Jure proprio competens Principibus, absque horum ab iſtâ dependente Sanctitate ſpecie differens ſit in cauſa, quòd ſalvum conductum à particularibus Territoriorum Dominis requirere non teneatur. Nil enim aliud ſecum fert, quàm quod quivis ali..s, nempe Jus ſolùm ab offenſione injuſta Sanctitatis. Sed per-

tinet

tinet iſtud dictum ad remiſſam petendi tranſitus neceſſitatem, quam Imperator à Principibus Inferioribus, non propter ſingularem inviolabilitatem; ſed propter reſervatum ſibi Dominium & Imperium ſupereminens in ſingulis Ordinum territoriis, petere non tenetur, ut nemo Dominus per ſuum liberè eundi veniam impetrare opus habet, *Dn. Strauch. d. l.* Nam quantumvis moderno Imperatoris poteſtas per A. B. & Capitulationes tanquam L. Regiam reſtricta ſit: Majeſtatem tamen verè & propriè in Ipſo, tanquam fonte atque origine omnium dignitatum & Regalium, repoſitam humiliter veneramur, adeòque Dominium Supereminens eodem modo in terris Ipſius hæreditariis, niſi publica obſtent pacta omnimodo & abſolutè; in Imperio pro ſubjectæ rei qualitate, partim abſolutè, partim cum conſenſu Statuum exercitum ſufferimus, ait Dn. Carolus Römer *in Diſſ. Inaugur. de Supremin. Domin. c. 4. n. 3.* Ad hoc Dominium Supereminens reſpexiſſe quoque videtur Imp. Matthias Glorioſiſſ. memoriæ in literis Francofurto die 1. Julii Anno 1612. ad Illuſtriſſ. Comitem Löwenſteinio-Wertheimenſem, Dn. Wolffgangum Erneſtum miſſis, dum in iis Conductum ſibi exhibere prohibet. Verba (cùm inde non parum lucis hæc noſtra capiat materia) integra adſcribemus: Matthias/ ꝛc. ꝛc.

Edler/ lieber Getreuer/ ꝛc. Demnach Wir auf nunmehro vollendten Wahl- und Krönungs-Tag/ gnädigſt entſchloſſen/ Unſere Reiß wiederum nach Unſerm Königreich Böheim fürzunehmen und nun an Unſerm Fortzug deine Jurisdiction und Territorium

rium wiederumen/ wie zuvor/ berühren werden/ Wir aber nicht gerne haben wolten/ daß ſowol bey dir/ als auch andern Fürſten und Ständen / deß Geleits halben irgend zu einer Ungelegenheit oder übrigen Unkoſten Urſach gegeben werden möchte / inmaſſen dann Wir auch nicht ſehen kunten/ warumen es gegen Uns/ als nunmehro erwehlt- gekrönt- und regierenden Römiſchen Käiſer / deß angedeuten Geleits bey einem und dem andern Stand / durch deſſen Gebiet Wir Unſern Durchzug nemmen werden / ſo faſt nöhtig ſeye. Iterum ſo iſt Unſer gnädiges Begehren an dich/ du wölleſt/ aus angeregten Urſachen/ das berührte Geleit für dißmal einſtellen / dargegen verſprechen Wir dir / daß dir ſolches an deinen Privilegien und Gerechtigkeiten in allweg unpræjudicirlich ſeyn ſolle. Wolten Wir dir / ꝛc. ꝛc. Dubium tamen movent verba. Dargegen verſprechen Wir dir / ꝛc. ꝛc. Ex iſtis enim elici poſſe videtur, nec Imperatori per Principum Territoria ante impetratam veniam, eundi Jus eſſe. Nam ſi Privilegiis & Juribus Principum metuendum aliquod præjudicium, ſi abſque Conductu permittitur tranſitus; ſequitur ad iſtud avertendum hunc eſſe exhibendum, ſive ante tranſitum petendam eundi veniam, eamq; à Principibus dandam; quod confirmare videntur literæ ab Imp. Rudolpho II. Anno 1595. itidem ad Illuſtriſſimos Dnn. Comites Löwenſteinio-Wertheimenſes exaratæ, quæ ita habent: Rudolph der Ander/ ꝛc. ꝛc.

Edle/ und liebe Getreue/ ꝛc. Uns hat Unſer und deß Reichs lieber Getreuer/ Zacharias Geitzkoffler/ von und zu Geilenbach/ Unſer Raht und Reichs-Pfennings-

meiſter

meiſter zu erkennen geben / was maſſen ihr Unſer in Niederlanden geworbenes Kriegsvolck / ſo neulicher Tagen in dem Feld-Läger in Hungarn hinab geführt worden / durch eure Gebiet nicht allein gutwillig und unverhindert paſſiren und fortziehen / ſondern auch durch Commiſſarien empfahen / allerdings koſtfrey halten / und den Obriſten / ſowol den Befehlshabern / viel Liebs und guten Willen erweiſen laſſen. Thun Uns derowegen gegen euch darfür gnädiglich hiemit bedancken. Und dieweil die Reuter nunmehr täglich auch erwartet werden / welche Wir Unſerm hierüber beſtellten Obriſten Quartier-Meiſter und lieben getreuen Hans Leonharden von Ihel zu begleiten und fortzuführen Commiſſion und Befehl aufgetragen. So erſuchen Wir euch / gnädiglich begehrend / ihr wollet nicht weniger / als mit dem Fußvolck beſchehen / auch den Reutern und jetztgenanntem ihnen zugeordneten Commiſſario alle erſprießliche Beförderung und Gutwilligkeit / Uns zu Ehren / und gemeinem Vatterland / zu deſſen Verſicherung dieſe Werbung gemeint und gebraucht wird / erweiſen. Das ſeynd Wir gegen euch hinwieder in andere Weg mit Käiſerlichen Gnaden und allem Guten zu erkennen wol gewogen. Geben / ꝛc. ꝛc. nec non ejusdem Imp. Rudolphi II. Epiſtola Anno 1602. Menſe Majo ad Illuſtr. Comitem Löwenſteinio-Wertheimenſem Dn. Ludovicum ſcripta, quæ ita ſonat: Rudolph der Ander / ꝛc. ꝛc.

Edler lieber Getreuer / ꝛc. Ob Wir Uns wol keinen Zweiffel machen / du werdeſt auf Fürzeigung Unſer Käiſerl. Patent, ſo Wir zu Werbung an den Niederländiſchen und Lottringiſchen Frontiren eines Regiments

giments Walloniſchen Kriegsvolcks von 3000. Mann
ſtarck zu Fuß/ wider den Erbfeind gemeiner Chriſten-
heit den Türcken/ auf Unſer lieben Getreuen/ Johann
Uſer Claes von Tilly und Marbais/ Unſern Obriſten
Wachtmeiſter/ ausfertigen laſſen/ neben andern Un-
ſern und deß H. Reichs gehorſamen Ständen jetztbe-
meldten Unſern Obriſten Wachtmeiſter zu Beför-
derung deſſelben gemeinnützigen und hochnöthigen
Wercks alle erſprießliche Hülff und Fürſchub erzeigen.
Dieweil Uns aber ſo viel und mercklich daran gelegen/
daß gedachte Werbung mit dem ehiſten ihren Fortgang
erreiche / ſo hat Uns für nöthig angeſehen / dich durch
diß Unſer ſonderbar Käiſerlich Schreiben derſelben
hiemit zu erinnern / mit dem gnädigen Geſinnen und
Begehren / du wolleſt bey den Deinigen die endliche
Verfügung thun und daran ſeyn / daß obbenannter
von Tilly / wie auch deſſen Haupt- und Befelch-Leut/
ſamt ihrem geworbenen und untergebenen Kriegs-
volck / oder ihr Quartier-Meiſter und Furier in Dei-
nem Gebiet zu Waſſer und Land nicht allein
frey ſicher paſſiren mögen ; ſondern ihnen auch
zu ſolchem Ende in ihren An- und Durchzügen/ gegen
leidenlicher Zahlung / mit Dargebung Proviant und
anderer Nothdurfft/ alle gute Hülff/ Fürſchub und Be-
förderung erzeigt werde ; hingegen hat offternannter
Obriſter Befelch/ darob zu ſeyn und Ordnung zu thun/
daß die Unterthanen und ſonſt männiglichs ohne ſon-
dere Beſchwerde gelaſſen werden ſollen. Solches/ ne-
ben deme es geliebtem Vatterland zum beſten beſchicht/
ſeynd Wir um dich in andere Weg mit Käiſerl. Gna-
den/ damit Wir dir wol wollen/ zu erkennen geneigt.
Geben/ &c. &c.

Verùm Reſp. Imp. Matthiam iſtâ clauſulâ
reſpi-

reſpicere vel ad diſpoſitionem A. B. ubi Electores jubentur conduci non solùm in itu ad locum Electionis; ſed etiam in reditu, eademque ſtatuitur pœna in negligentes hoc in caſu, ac in illo: Vel ad controverſias, quæ ſæpe circa Jus Conducendi oboriri ſolent, uti inprimis in Comitatu Wertheimenſi fieri conſuevit, cùm in multis locis Epiſcopus Herbipolenſis hoc Jus prætendat, quod tamen ipſi ſemper fuit negatum, & adhuc hodiè non ſine fundamento negatur: Notum enim eſt, Privilegio vel Juri alicujus non-uſu derogari, ne igitur hoc metueret Dn. Comes, ipſi hiſce cavere voluit Glorioſiſſimus Imperator. Nec eſt quod regeras: Nihil habuiſſe Comitem, quod metueret, cùm non neceſſe fuerit Imperatorem conducere. *Reſp.* Etiamſi non fuerit neceſſe ex parte Imperatoris, fuit tamen neceſſe ex parte Comitis, tum ut Imperatori debitum honorem & obſervantiam exhiberet, tam magnum Hoſpitem obſequiosè excipiendo; tum ut Jure ac Privilegio ſuo decenti modo uteretur. Ad cætera Exempla repono: nec hæc quicquam dictis noſtris derogare. Licet enim Imperator à Comite Wertheimenſi militibus ſuis petat permiſſionem tranſitûs, id tamen non facit ex quâdam neceſſitate; ſed ex ſingulari humanitate, ut ſcil. conteſtetur, ſe nolle ex Statuum Imperii Privilegiis quicquam decerpere, uti quemlibet decet bonum Principem. Nam quemadmodum lex Divini quippiam habet, tam ad obligandam, quàm conſervandam Civitatem, ut tradit Dn. Bœcler. *de Amneſt. ſ. in Thraſibul. Pacif.* §. 5.

præ-

pralim. Ita & Privilegium, quod ſub appellatione Legis venit, quamvis ab hac differat ratione ſubjecti obligati, quod hic eſt ſolus obſecuturus vel ſubditus; non etiam Legislator, niſi ſponte voluerit: Iſthic autem & Privilegiatus, in caſu ſcilicet Privilegii ſub conditione & ad certum finem conceſſi ad præſtandum illud: & is, qui dedit Privilegium, ad præſtandum Jus ſingulare favori vel odio innexum obligatur. *Vid. Andr. Thurov. in Diſſert. de Jur. Princ. in priv. ap. Dn. Fritſch. in Exerc. Jur. Publ. Exerc. 5. c. 1. n. 66. & ſeqq.* Deinde poſſet dici, Imperatorem non petere permiſſionem tranſitûs; ſed notificare tantùm adventum militum & ad officium faciendum adhortari Comitem.

Petitionem deductionis hujusmodi (deß Fürſten-Gleits) inſequitur præſtatio, quæ fit vel verbis liberum tranſitum promittentibus; vel nudâ patientiâ, non prohibendo tranſire; vel dato comitatu, uti plerumque fit honoris causâ, dum v. g. Princeps Principi per ſuum Territorium tranſire volenti ad iſtius fines (bis an die Gräntz) obviam procedit, illum ibidem accipit, ac Comitatu ſuo in Aulam ſuam ac deinceps per Territorium traducit; quâ de re Dn. à Seckendorff, im Teutſchen Fürſten-Staat/ *p. 3. c. 3. Regal. 3. n. 3.* ita: Dieſes aber iſt ein beſonders/ und bey Ankunfft oder Durchreiſe vornehmer Perſonen Hohes Standes annoch üblich / daß ſie an den Gräntzen deß Landes/ oder der Geleits-Straſſen / durch die Geleits-Bediente und die Beamte an den Gräntzen/ oder welche die Herrſchafft abſonderlich darzu befihlet/ mit Glückwünſchen und freundlichen Erbieten angenom-

nommen/ in die Reſidentz deß Landes-Herrn / oder wo ſie ſonſt ihre Einkehr im Lande nemmen/ geführet/ daſelbſt auf deß Geleits-Herrn Koſten mit Unterhalt verſehen / und ſo fortan / bis an das End deß Geleits gebracht/ und abermal mit höflichem Erbieten entlaſſen / ſolche Verrichtung auch in die Amts-Handels-Bücher und Protocollen zu künfftiger Nachricht eingeſchrieben/ und die Berichte davon in die Fürſtliche Cantzley geſandt werden ; Solches Recht wird das Leib-Geleit genennet / und ſind deßhalben vieler Orten groſſe Strittigkeiten obhanden / zuweilen auch ſonderbare Verträge aufgerichtet. Hæc ille. Vel denique duplomate præſtatur.

Quocunque autem modò peragatur hæc deductio, novam, uti ſuprà dictum, non confert Sanctitatem, ſed quam tranſiens Jure naturæ ſecum fert, traducens in ſuo territorio relinquit illibatam, quam violare, quamdiu hoſtili tranſitu non amiſſa eſt, nefas & contra jus naturæ eſt. *Dn. Strauch. d. Diſſ. 11. §. 3.*

Quær. autem : An denegans ejusmodi Deductionem ſeu tranſitum petenti innoxio, peccet contra jus naturæ & pacem Imperii publicam ? Reſp. Affirm. videtur enim minari violationem Sanctitatis Jure naturæ competentis Conſtitutioneq; de Pace Publica circumvallatæ, quò ſpectant verba Electoris Saxoniæ *apud Hordl. d. tr. lib. 4. c. 6.* Welcher Fürſt dem andern gebührlichen/ unſchädlichen und gewöhnlichen Durchzug oder Paß weigert / der kan für keinen Freund geachtet werden/ (*Conf. Num. 20. v. 21. & c. 3. v. 23. add. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 2. n. 13. Pufend. in Elem. Juriſpr. Univ. lib. 1. def. 5. n. 6.*) dieweil er

damit ſoviel zu verſtehen gibt / wo der ander darüber ſein Gebiet berühret / daß er unſicher ſeyn ſolle / ꝛc. Item *c. 5. ubi idem Elect. Sax.* Welcher Geleit / ſo zu Förderung deß Land-Friedens gehört / verſaget / der thut wider den Land-Frieden/ den er nicht hält. Hinwider ſagt es dieſelbe Rechts-Regul (*in L. ſcil. 121. ff. de R. J.*) in dieſem Fall noch klärer: Welcher thut/ was er nicht thun ſolle / der wird nicht angeſehen/ daß er das thue/ das er zu thun geheiſſen iſt: Welcher Geleit verſaget/ das zum Land-Frieden gehöret / der wird nicht angeſehen/ daß er den Land-Frieden halte; ſondern daß er darwider thue / und in dieſem Fall ſagen die Doctores, das **Nicht thun** heiſt ſoviel / als wider das thun / das er thun ſolt / und geben deß viel exempla &c. (*vid. Dec. Cagnol. Bronchorſt. Wiſenb. & alios ad tit. ff. de R. J. d. L. 121.*) denn es iſt nicht genug / daß er in dem Fall mit der That den Land-Frieden/ mit Fahen/Schlagen/Nehmen/ ꝛc. nicht gebrochen haben will; ſondern gehört auch darzu / daß er alles das jenige / das zu aufrichtiger Haltung deß Land-Friedens gehöret und vonnöthen iſt/ gethan habe. Non tamen violat Pacem Publicam, qui hoſti talem Conductum denegat, quod itidem innuit Elector Sax. *apud ſæpius cit. Hordled. d. lib. 4. c. 6.* ubi: Niemand aber iſt ſchuldig / ſeinem Feind und Widerwertigen Durchzug zu vergönnen / es verbindet ihne auch weder das geſchriebene Recht / noch der Land-Fried dahin / dann wiſſentliche Widerwertige ſeynd in allen Sicherungen ausgenommen. Qua de re infrà plura dicentur.

Hæc de Magnatum Conductu obiter monere placuit: videndæ nunc etiam cæteræ perſonæ, quæ ſunt vilioris conditionis, Securitatis,

ſive

ſive Salvi Conductûs indigæ: tales inprimis ſunt Mercatores; quibus ob favorem commerciorum, quæ velut ubera ſunt, ex quibus publicæ privatæq; res aluntur, foventur & ornantur. *Dn. Fritſch. de Reg. Nund. Jure, l. 6. n. 1.* plena exhibenda venit Securitas; Mercatores enim inſtar medicorum urbibus proſunt, juxta Senecam *lib. 4. de Benef. c. 12.* illorumque & Campſorum maſſa ſummum bonum eſt, gentiumque elementum, uti ait Baldus *Conſ. 348. vol. 1. add. L. 1. §. 20. ff. de exerc. act. L. 44. pr. de uſucap. L. 2. de Nundin.* Et quamvis exitioſi ſint, qui malis artibus, uſuris, fraudibus, & rapinis rem immanem in modum cumulant: Illi tamen, qui honeſtè & liberaliter mercaturam exercent, non vulgari commendatione digni ſunt. Nam quantum hoc Dei donum eſt, quod plerisque hominibus otii dulcedine illectis & in altiſſimâ rerum incuriâ verſantibus, excitarit alios acres & induſtrios, qui per maria, per horrentes ſcopulos, & monſtra quærant, quod Patriæ impendant. Quantum hoc lucrum eſt habere, qui ſunt totius in orbis hoſpitio, ut, quæ nobis ſuperflua ſunt, divendant, quæ neceſſaria, quæ utilia, quæ amœna, cibos, veſtes, medicinas, per tot pericula importent: Sic orbis unitur orbi, & fit omnis natura communis & mortalitatis noſtræ damna penſantur, uti docet Cauſinus *de Regno Dei Diſſ. 50. p. 163.* quem allegat D. Chriſtoph. Peller. *in Polit. ſcelerat. impugnat. c. 32. p. m. 327. Add. Dn. Schritsmeier. in Spec. Pol. quæſt. 37.*

Nec Judæis deneganda ejusmodi ſecuritas, per ea, quæ tradit Maul. *de Jure Conduc. tit. 3.*

num. 20. Sic Communitas Judæorum Wormatienſis ſingulis annis Conductum annuum à Sereniſſimo Electore Palatino redimit certæ pecuniæ quantitate, ab eâ undique confluentes Judæi chartulam ſigno impreſſam diverſo pretio, prout crebriùs regionis itineribus utuntur, comparant, & ſic nulli in illo diſtrictu pedagium ſolvere coguntur, ſecuriq; negotiantur, teſte Dn. D. Ehrmanno *in ſæpè cit. Diſp. Inaug. de hâc materiâ, th. 28.*

Quær. aliâs de his: An tolerandi ſint in Rep. Chriſtianâ. Negant quidam ex hiſce potiſſimùm rationibus: (1.) Quia Salvatorem noſtrum blaſphemant, ipſumq; nominantes ter exſpuunt, & in privatis collegiis ſemper addunt: *Deleatur nomen ejus.* (2.) Sacratiſſimam Virginem Θεότοκον fœtidô ſuo ore conſpurcant, ipſam appellantes *Hariam*, i. e. ſterquilinium. (3.) Quia infenſiſſimi Chriſtiani nominis ſunt hoſtes, eos enim quando ſalutant, dicere ſolent: *Sched vvilkom*, i. e. Diabolus te rapiat: marſupia illorum fœnore, vitales corporis facultates medicamentis exhauriunt, & experimenta per mortes agunt, omnibusque ſuis actionibus eò unicè collimant, ut Chriſtianos fallant, quod eorum proprium eſt, teſt. Gailio *2. Obſ. 33. n. 7.* imò extremè perdant. Hinc erga Judæos perfidiſſimos Chriſtiani nominis hoſtes nullâ humanitate utendum eſſe, vult Julius Clarus *in pract. crim. §. ult. q. 30. n. 14.* Affirm. (I.) de Jure Divino (1.) per Pſ. 59. v. 12. (2.) Matth. 13. v. 30. (3.) Quia non omnes Judæi ſunt deſperatæ ſalutis, cujus peculiarem habent promiſſionem Eſai. 6.

v. 13.

v. 13. 59. v. 20. Hoſ. 3. v. 4. *(ubi teſte B. D. Gerhardo in Quæſtion. Pol. dec. 9. q. 1. in* Chaldaico textu *habetur: Obedient. Meſſiæ, filio David.*) Sephon. 3. v. 6. & ſeqq. Luc. 21. v. 24. Rom. 11. v. 25. & ſeq. Ex quibus texx. quidam colligunt, ante Diem Noviſſimum eos ad Chriſtum convertendos eſſe. Sed audiamus B. Dn. Brentium *in Comment. ad Epiſt. Pauli ad Rom. alleg. c. 11. v. 25. & ſeq. p. m. 307. & ſeq.* ubi ita inquit: Apoſtolus antea admonuit Gentes de lapſu & caſu ipſarum. Nunc vaticinatur de converſione Judæorum; Tu excideris, inquit, illi autem inſerentur, quia excœcatio accidit Iſraëli, non ut univerſa gens omninò pereat, ſed accidit ei propter varias quidem cauſas, magnâ autem ex parte propter illam cauſam, ut dum plenitudo Gentium intraverit, hoc eſt, dum multi ex Gentibus conſequantur Salutem per Chriſtum, interea temporis aliqui etiam ex Judæis convertantur ad Chriſtum, & ſic omnis Iſraël, tam ex Gentibus, quàm ex Judæis collectus, ſalvus fiat. Videtur quidem Paulus hoc loco ſignificare, quòd poſtquam omnes illi (hæc enim eſt Gentium plenitudo) qui ex Gentibus ordinati ſunt ad æternam vitam, congregati fuerint ad Eccleſiam, tunc etiam omnes Judæi, qui reliqui ſunt, convertantur ad Chriſtum. Quod Dei beneficium tantum abeſt ut invideamus Judæis, ut etiam optemus. Sed exiſtimo præſentem rerum eventum explicare veram Pauli ſententiam, videlicet quòd ſentiat, Judæos non ita excœcatos, ut nullus prorſus ex ipſis convertatur ad Chriſtum, & conſequatur ſalutem, ſed potiùs

ut interea temporis, dum Gentes ſunt Eccleſia Dei, & fruuntur cœleſtibus beneficiis, aliquot etiam ex Judæis accedant ad Eccleſiam & fiant ſalvi, ut ita omnis Iſraël, videlicet Spiritualis, tam ex Gentibus, quàm ex carnali Iſraële collectus, unum fiat ovile, & unâ cœleſti gloriâ ornentur. Hæc ille. Ad text. Eſai. 59. v. 20. quem allegat Apoſt. Paulus *d. l.* ſcribit idem Brentius *ibid.* Quod Propheta futurum prædixit & Apoſtolus repetit, hoc jam inde ab eo tempore, quô Evangelion divulgatum eſt in Orbem terræ, impleri cœpit, & implebitur usque ad noviſſimum hujus ſeculi diem. Ex Judæis enim ſubinde alii atque alii convertentur ad Chriſtum, donec tandem omnes Iſraëlitæ, qui ad vitam ordinati ſunt, in veram Chriſtianiſmi viam redierint. (4.) Quia illuſtre iræ Divinæ exemplum in illis proponitur, quod ob oculis nobis verſans perpetuam pœnitentiæ concionem nobis exhibet. (II.) De Jure Civili Rom. *per t. t. & in ſpecie L. 14. C. de Judæis t. t. & L. 6. C. de pagan. Nov. 45. & 146. & Nov. Leon. 55.* (III.) De Jure Canon. *t. t. & in ſpecie c. ſicut Jud. 9. v. nullus extra de Judæis & Saracen.* (IV.) De Jure Noviſſimo per A. B. *tit. 9. §. 2.* Policey-Ordnung de anno 1534. *tit.* von Juden. & de anno 1548. *tit. eod.* & de anno 1577. *tit. 20. Vid. Rumel. ad Aur. Bull. part. 1. Diſſert. 8. th. 17. ibiq; Speidel. in Addit. Sprenger. in Jurisprud. Publ. cap. 11. p. m. 263. Decian. in Tract. Crim. lib. 5. c. 11. n. 4. & ſeqq. Quirin. Kubach. Cent. 2. Quæſt. Juridico-Polit. Dec. 1. q. 9. Schönborn. lib. 3. Pol. c. 36. Wehner. in Obſerv. Pract. verb.* Juden.

Dn.

Dn. Schritſmeier in Specul. Pol. quæſt. 16. Ego ſic ſentio: Aut quæſtio eſt de Judæis recipiendis, aut de jam receptis. Illo caſu rectiùs agere puto Principem, vel alium Magiſtratum, ſi eos non recipiat ob rationes ſuprà pro negativa adductas: Veriſſimum enim credo illud, quod Poëta neſcio quis hâc de re cecinit:

Ut damno absque caper nunquam retinetur in horto:
Sic ne Judæus ſine damno in plebe fovetur.

Nec multùm animum ipſorum, quem erga Chriſtianos ferunt peſſimum, mutabit, quascunque etiam receptionis Leges (*de quibus vid. Speidel. in Addit. ad Rumel. in A. B. cit. loc. Dn. Myler de Princip. & Statib. Imp. c. 60. n. 5. & 6.*) Ipſis præſcripſeris; Sunt enim & manent Chriſtianorum hoſtes, nec adduci poſſum, ut credam, hos ullam fermè inter præſcriptas Leges ſervare, quàm ſanctè etiam id promiſerint. Et licet pietàs Chriſtiana eos receptet: tamen iſti miſericorditer in noſtram familiaritatem admiſſi, plerumque nobis illam retributionem impendunt, quam (juxta vulgare proverbium) mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu ſuis conſueverunt hoſpitibus exhibere, inquit Innocentius III. P. *in c. Etſi Judæos 13. extra de Judæis & Saracen.* Ac exſtat memorabile reſponſum Sereniſſimi Wirtembergiæ Ducis Chriſtophori, quod quibusdam receptionem Judæorum ob immenſa, quæ hinc evenire poſſunt, lucra ſuadentibus dedit: Wann die verfluchte Leut mir wolten Geld vollauf geben / wolte ich ſie doch in-

meinem Fürſtenthum / weil ſie an meinem Bruder und Erlöſer JESU Chriſto treulos worden / und offentliche Zauberer ſeyn / nicht leiden. *Vid. Wurmſer. Exerc. Academ. 4. q. 18.* Hinc nec hodie recipiuntur, aut tolerantur in Ducatu Wirtembergico: Idem fit in Saxonia, & Bavaria. In Comitatu Limpurgico non ſolùm non tolerantur, ſed inſuper ſubditi, quando homagium præſtant, jurare tenentur, daß ſie mit keinem Juden nichts zu thun haben wollen. Hoc caſu, quando nimirum jam ſunt recepti, puto eos tolerandos eſſe, ſi pacificè ac ſecundùm Leges vivant: Ut enim Judæos recipere ab initio eſt libertatis; ita retinere eſt neceſſitatis, ac ſicut fidem Judæis dare ac tutelam promittere fas eſt; ita eandem frangere nefas eſt, *L. ſicut. 5. C. de O. & A. L. 6. C. de pagan. can. qui ſincera. diſtinct. 46. Dn. Myler d. l. n. 8.* Sed quoniam Judæi, ut dictum eſt, ſubleſtæ ſunt fidei, nec facilè promiſſa ſervare ſolent, ſuaſerim Principibus aliisq; Magiſtratibus, qui Judæos fovent, ne ipſis nimis fidant, (ſicuti alicubi fit, ut ipſe obſervavi) accuratiùs aliquantum in eorum actiones inquirant; nullus enim dubito, facilè nequitiam illorum apparituram. Nec malè ceſſurum judico, ſi conſilium iſtud Lutheri exaudiretur, quando alicubi ſcribit: Man müſſe ihnen das faule Schelmen-Bein aus dem Rucken vertreiben / Flegel / Axt / Kärſt in die Hände geben / und nicht hinter dem Ofen ſitzen / Birn braten / und der Chriſten darzu ſpotten laſſen / daß ſie wüſten / ſie wären im Elend und Gefängnus.

His prælibatis concludimus, odio habendum Judæum blaſphemum, uſurarium, & vitioſum,

ſum, tolerandum ut hominem, utpote Juris Gentium capacem. Et hinc quoque eſt, quod ipſis Securitas non ſit deneganda: Cùm enim Jure Gentium nitatur commerciorum libertas, hæc autem absque Securitate maximè reſtringatur, utique talis ipſis erit concedenda. Et hoc etiam vult privilegium Caroli V. Judæis conceſſum, & à Ferdin. I. Maximil. II. Rudolph. II. Impp. confirmatum de anno 1532. ubi: Sie (die Juden) ſollen auch in Städten / Flecken und Dörffern/ darinnen ſie jetzo ſeßhafftig ſeyn/ unvertrieben bleiben / und ihrer Nothdurfft nach im H. Röm. Reich und in Unſern Erb-Landen / Fürſtenthumen/ durch Städte/ Märckt/ Flecken und Dörffer/ zu Waſſer und Land unverſperret/ frey/ ſicher/ ohne Neuerung/ auf alle gewöhnliche Zölle wandeln und handeln / ohne männiglichs Verhindern. Imò Imperator ſe illorum rechten einigen Herrn und Beſchirmer in terris nuncupat. *Vid. d. Priv.*

Extraordinarius eſt Conductus, qui ipſis à Papenheimio in Imperii præſtatur Comitiis, quem quilibet Aureo Rhenano redimere tenetur, quod inter ejusdem fructus Jurisdictionales & Jura refertur à Sixto Sommero *apud Dn. Carpzov. de Leg. Reg. Germ. cap. 10. Sect. 6. tit.* **Juden Vergleitung.** ubi ita ſcribit: Zum andern hat auch der Erbmarſchall im Röm. und andern deß H. Reichs Zügen / auf dem Käiſerl. und Königl. Hof- oder Reichs-Tägen die Gerechtigkeiten / alle Juden zu vergleiten/ alſo wo er einen Juden am Hof oder auf den Reichs-Tägen betritt / der von ihme nicht Geleit genommen / mag er ihn gefänglich einziehen und ſtraffen/ und iſt ein jedweder Jude vor das Geleit

dem Erbmarſchall ſchuldig ein Gülden in Gold/ und dem Untermarſchall ein Ort eines Gülden. Wiewol nun Georg und Wolffen Erbmarſchalln / zu Regenſpurg Anno 1532. von Burgermeiſter und Raht daſelbſt viel Eintrag beſchehen / auch die Juden gefangen worden/ ſo hab ich doch Anno 1541. ſoviel mit ihnen gehandelt/ daß ſie ihres Verhabens abgeſtanden / und Wolffen Marſchalln die Juden vergleiten zu laſſen bewilliget. Hæc ille.

Quær. An Veſtitûs notam, quam aliàs gerere debent, *per c. in nonnullis extra de Judæis*, veluti certum pileum aut flavum annulum, *Reform. Pol. de Anno 1530. tit. 22.* etiam in viis publicis portare cogantur? Ita videtur, quoniam & tunc Judæi ſunt, adeòque à Chriſtianis dignoſci debent. Verùm contrarium obtinuit, *vid. Privileg. Carol. V. ſub dato 13. April. Anno 1544. §.* Wann Wir nun. *in fin. ibi:* Und ſollen mit Zoll und Mautgeld nicht höher oder weiter / dann von den vorigen Römiſchen Käiſern und Königen hievor auffgeſetzt und beſtimmet iſt/ beſchweret / geſteigert oder beläſtiget werden/ auch auſſerhalb der Städt / Märckt und Flecken / darinnen ſie geſeſſen und wohnhafft ſeynd / oder dardurch ſie zu reiſen haben / auf gemeiner Straſſen in ihrem Hin- und Widerziehen/ zu Waſſer und Land/ Jüdiſche Zeichen zu tragen nicht ſchuldig/oder verpflichtet ſeyn/ noch derhalben von jemand gerechtfertiget werden. Quod non ſine ratione ita eſt conſtitutum: Si enim ſigna Judaica etiam in viis publicis portare cogerentur, cujusvis petulantiæ eſſent expoſiti, adeòque non usquequaque ſecuri.

Indigni autem judicantur Securitate & Salvo Conductu: 1. Monopolia exercentes, *per Rec. Imp.* die zu Trier und Cölln *de Anno 1512. tit. 2.* §. und nach dem etwa ꝛc. *16. ubi:* Und nach dem etwa groſſe Geſellſchafften in Kauffmannſchafften / bey kurtzen Jahren / im Reich aufgeſtanden / auch etliche ſondere Perſonen ſind / die allerley Waar und Kauffmanns-Güter / als Specerey / Ertz / Wöllen-Tuch / und dergleichen / in ihre Hand und Gewalt allein zu bringen unterſtehen / Fürkauff damit zu treiben / ſetzen und machen ihnen zum Vortheil ſolcher Güter den Werth ſelbſt ihres Gefallens fügen damit dem heiligen Reich und allen Ständen deſſelbigen mercklichen Schaden zu / wider gemein beſchriebene Käiſerl. Recht / und alle Erbarkeit: Haben wir zu Forderung gemeines Nutz und der Nothdurfft nach geordnet und geſetzet / und thun das hiemit ernſtlich / und wollen / daß ſolche ſchädliche Handthierung hinfüro verbottē und ab ſeye / und ſie niemands treiben oder üben ſolle. Welche aber wider ſolches thun würden / deren Haab und Güter ſollen *confiſcirt* / und der Obrigkeit jegliches Orts verfallen ſeyn / auch dieſelbige Geſellſchafft und Kauffleut hinfüro / durch keine Obrigkeit im Reich geleitet werden / ſie auch deſſen nicht fähig ſeyn / mit was Worten / Meinungen / oder Clauſuln ſolche Geleit gegeben wären / *add.* R. A. zu Nürnberg *de Anno 1524.* §. Item dieweil durch unſer. 27. R. A. zu Speyer *de Anno 1526.* §. Item nachdem die Monopolien. 26. R. A. *de Anno 1529.* §. Item nachdem die Monopolien.

34. R. A.

34. R. A. zu Augſpurg *de Anno 1530.* §. Und nachdem etwa. 135. *ubi ex Receſſ. de Anno 1512. adducta iisdem verbis repetuntur:* R. A. zu Regenſpurg / *de Anno 1532. tit.* Policey / wucherliche Contract / Juden-Wucher und Monopolien betreffend ꝛc. Reformation guter Policey zu Augſpurg *de Anno 1548. tit.* die Monopolia und ſchädliche Fürkauff belangend. 18. Policey-Ordnung zu Franckfurt *Anno 1577.* gebeſſert *tit. 18. Confer Capit. Leopold. art. 20. Huc pertinet quoque* die weltliche Reformation Käiſer Sigismundi *apud Goldaſtum Tom. 1. Conſtitut. Imperial. p. 190. quâ monopolicæ ſocietates ut exitioſe damnantur hisce verbis:* Es ſeynd groſſe Geſellſchafften aufgeſtanden / die zuſammen ſpannen / und treiben groſſe Kauffmannſchafft / es geſchehe ihnen wol oder übel / ſie ſchreiben es je darnach / daß ſie nicht verlieren / das kommt aller Gemein in den Städten und auf dem Land übel. Man ſoll darwider ſeyn / daß ſolche Bündniß abgeſtellet werden / und nirgend mehr gefunden / weder von Edeln noch von Bürgern / wer aber ſich darüber in einig Kauffmannſchatz und Geſellſchafft verbünde / iſt er ein Bürger in einer Reichs-Stadt / ſo ſoll ſein Kauffmannſchatz ledig und verfallen ſeyn / und ſoll ihn darinn nichts beſchirmen. Iſt er edel / ſo ſoll er in deß Reichs Ungnaden / und ſein Kauffmannſchafft männiglich erlaubet ſeyn. Species ſiquidem Tyrannidis eſt, naturaliter injuſta, rerum ad vitam ſuſtentandam neceſſariarum uſum à paucorum nutu & arbitrio pendere, quo ſubſidiorum vitæ comparandorum

dorum via intercluditur aliis, atque rerum charitas introducitur contra proximi charitatem. *Dn. Fritſch in Comment. ad l. un. C. de Monopol. t. 5. num. 7. Conf. Melch. Jun. in QQ. Polit. p. 3. q. 102. p. m. 252.* quod Reip. pernitioſum eſſe quàm maximè, inſigneque detrimentum communi plebeculæ adferre, vel ex eo manifeſtum evadit, quòd hinc rerum omnium caritas in Remp. illico erumpat, Monopolæ ſoli ſaginentur. Imò ſolche Kauffleut thun gerad/ als wären die Creaturen und Güter GOttes allein für ſie geſchaffen/ und geben/ als mögten ſie dieſelben dem andern nehmen/ und ſetzen nach ihrem Muthwillen, uti præſtantiſſimum illud lumen, quod Deus in Eccleſiarum Germanicarum candelabro ſtatuerat, Lutherus inquit *in tr.* vom Kauff/ Handel und Wucher. Inde manifeſtum fit, ne Principibus quidem indiſtinctè monopolia eſſe exercenda. Principibus enim, quos fortuna, famaque omnium oculis expoſuit, maximè incumbit, non modò ab injuſtitia, ſed ab opinione quoque ejus abeſſe, quorum alterum in privato, alterum in Principibus requiritur: Hominibus non belluis imperant. Eaque eſt unica benevolentiæ ſubditorum veræ conſequendæ ratio, ſi hoc ipſis perſuaſum efficiant Principes, neque à volentibus neque ab invitis ſe quenquam eorum lædi, ut graviſſimè conſuluit Auguſto Livia, *apud Dionem lib. 55.* Huc facit aurea Galbæ oratio ad Piſonem *ap. Tacitum lib. 1. Hiſtor. 16. num. 6.* utiliſſimum eſſe ac breviſſimum bonarum malarumque rerum delectum cogitare, quid aut nolueris ſub alio Principe, aut volueris. Lædi autem ſubditos, & neceſſa-

neceſſariis vitæ ſubſidiis ſubtractis, ruere vindictæ cauſa in præcipitia ex Principum Monopoliis, docet Ferdinandus Neapoleos Rex, qui ex nullo alio capite omnium ſubditorum incurrit odium, quàm quod ſubditis commercia interdixerit, monopolium exercendo, *uti teſtatur Bodin. lib. 6. de Rep. c. 2.* Rectiùs Theodoſius Imperator ad uxorem: Cùm me Deus Imperatorem conſtituit, tu me mercatorem facere contendis? Scito autem mercaturam privatis hominibus eſſe conceſſam, ut eum tolerandæ vitæ modum habeant. Quod ſi nos præter Imperii opes, & mercaturæ emolumenta interceperimus, undenam ſubditi victum comparabunt. *Vid. Dn. Henric. Töbing in Diſp. de Nundin. ſub Præſidio Dn. D. Erneſti Gregelii Altorffi habita Th. 69. & ſeq. Itiner. Germ. Polit. p. m. 222.*

Verùm, rectè quidem & ſaluberrimè prohibentur monopolia, tam in Jure Civili Rom. *tit. C. de Monopol.* quàm Conſtitut. Impp. *ſupr. alleg.* Utinam autem haberemus Nomophylaces, i. e. Legum cuſtodes, qui exſequerentur juſtiſſima illius tituli (*& Conſtitutionum ſupra dictarum*) ſancita, non immeritò querimur cum Oldendorpio *Claſſ. 4. act. 1.*

(2.) Non debetur ſecuritas iis, qui merces illicitas important vel exportant. *Dn. Henricus Töbing in alleg. Diſp. de Nundin. Theſ. 65.* Sed utinam & hoc obſervaretur in Imperio noſtro contra importantes ejusmodi merces, quæ non ſunt vitæ; ſed delitiarum & luxuriæ fomenta, quales ſunt merces iſtæ Gallorum fucatæ & comptæ, ad ſplendorem factæ, ſed nullius aut exigui

uſûs

uſûs aut rationis, quibus Germanorum loculi exhauriuntur. Nam cum maximo noſtro noſtrorumque damno adhuc hodiè experimur, quàm immenſa emolumenta è Germaniâ noſtrâ tollantur, quantaque auri & argenti vis è ditionibus noſtris egeratur, veſtium luxu, quem barbara illa & deteſtanda novitas maximè fovet & alit, facultates noſtras planè abſorbente: nec ante ceſſatura videtur Germania ab exotico luxu, quàm planè ſit exinanita & exhauſta, uti olim prædixit Megalander noſter Lutherus, teſte Herm. Lathero *de cenſu lib. 2. c. 2. num. 67. & ſeqq.* Dann wie viel Geld freſſen die Franckforter Meſſen / da in einer jeglichen / wie geſagt wird / in die dreiſſig mal hundert tauſend Gülden aus Teutſchland hinweg geführet / wird / ich will der Leipziger Märckte und der andern geſchweigen / ait iterum Lutherus *in Commentar. ad Geneſ. cap. 47.* Profectò hodie ſatis depauperata noſtra Germania, ut publicæ, quas paſſim audire licet, teſtantur querelæ. Exhaſta ſunt æraria Principum, vacua ſcrinia ſubditorum, in omniũ loculis datur hodie vacuum, quod tamen aliâs rerum natura non admittit. Ita commerciorum uſus, vel potiùs abuſus, quos deberet reddere locupletes, ad incitas ferè redegit, inquit Dn. Fritſch. *in tract. de Reg. Nund. Jur. c. 6. num. 30.* Veriſſimum ergo eſt, quod olim Carolus M. teſte Aventino *lib. 4. Hiſtor.* (allegante Dn. Fritſchio *d. c. 6. num. 33.*) ad Germanos Gallico habitu incedentes dixiſſe fertur: O ihr Teutſchen / wie ſeyd ihr alſo unbeſonnen und unbeſtändig / daß ihr deren Kleidung / die ihr überwunden habt / derer ihr Herren ſeyd / annehmet? Iſt nicht ein gut Zeichen / bedeutet

tet nichts gutes / ihr nehmet ihnen ihre Kleider / ſo werden ſie euer Hertz nehmen / was ſollen dieſe welſche Flecken und Hadern / ſeynd weder für Hitze noch für Kälte gut/ für Regen noch für Wind. Verùm, laudamus Veteres, ſed noſtris utimur annis.

(3) Securitate non gaudent Mangones & Medicaſtri circumforanei. Quos tamen eâdem dignos judicat *Dn. Ehrmannus in ſæpius allegatâ Disput. Inaugur. de Jure Conducendi* θ. 23. ex hisce rationibus: 1. Quia illos nulla Lex excludit 2. Quia Judæi ſecuritate digni, cur ergò non & iſti? 3. Quia Objectum Conductionis non tantùm ſunt mercatores. E. etiam poſſunt eſſe Venalitiarii, *per l. 207. de V.S.* 4. Quia equi non ſunt merces prohibitæ: E. neque cæterorum medicamenta ſalubria. Verùm non video, quomodo rationes allatæ hanc rem ità reddant indubiam, ut opinio iſta pro verâ agnoſci poſſit. Nam quod attinet primam Reſp. eam Neg. Licet enim ejusmodi impoſturarum artifices expreſsè & nominetenus Lex non excludat: Id tamen facit implicitè. *Vid. Reformat.* guter Policey zu Augſpurg *de Anno 1548. tit. 16.* von den Schiff- und Fuhrleuten. Ubi Lex damnat adulteratores vini, quid autem impedit, quò minùs iſtam conſtitutionem extendamus & per conſequentiam producamus quoque ad hujusmodi Empiricos & Medicaſtros. *Confer Dn. Henric. Tobing in ſuprà alleg. Diſp. de Nundin.* θ. 66. 2. Prudentiſſimè conſtituit Fridericus Imp. ut nullus audeat in Medicinâ practicare, niſi (1) fuerit publico Judicio Magiſtrorum comprobatus, (2) licentiam medendi conſecutus

tus fuerit vel ab Imp. vel ab ejus Vicario. (3) Per quinquennium Medicæ Arti operam dederit. Nec tamen (*dicit Imp.*) poſt completum quinquennium practicabit, niſi per annum integrum cum conſilio experti Medici practicaverit. Eſt ne hoc Medicaſtros admittere? Nequaquam & rectè. Non enim ars per ſomnum inſtillatur; ſed aſſiduo ac diuturno labore eſt addiſcenda, nec Medici noſtri facilè credent, quod Jamlichus *de Myſter. cap. de Somniis* (*referente Dn. L.N.M. in annot. ad Relig. Medici ſect. 30.*) tradit: in Æſculapii templo (vel alibi) accipi ſomnia, quibus morbi curantur. In Montepeſſulanâ Academiâ ſi quis Medicum ſe mentiatur, mox rapitur in aſinum ſtrigoſum, & ſi invenitur ſcabioſum, tollitur ſublimis, averſus tota urbe circumducitur, ludibrio omnibus eſt, conſpuitur, vapulat, laceratur, ſordibus omnis generis conſpurcatur, ceu olim ſacra illa Maſſilienſium victimâ, poſtremò expiatâ urbe ejicitur, illuc nunquam rediturus niſi maximo ſuo malo. Utinam verò (exclamat Dn. Conringius *Diſſertat. 2. de Academ.*) & alibi paſſim id fieret! certe plures hodie viverent & impoſterum pauciores morerentur. *Vid. Dn. Bechmann. de Privil. ſtudioſorum c. 3. n. 13. & ſeq.*

Ad ſecundam Reſp. Judæos fraudum in commerciis excogitatores & impoſturarum artifices Securitate nequaquam gaudere; *Vid. Reformat.* guter Policey zu Augſpurg *de Anno 1530. Tit. 27.* Von Juden und ihrem Wucher/ *verb.* Wer den Juden. *Ubi:* Wer dann Juden bey ihm leiden will/ der ſoll ſie doch der-

maſſen bey ihm behalten/ daß ſie ſich deß Wuchers und verbottener wucherlicher Käuff enthalten / und mit ziemlicher Handthierung und Hand-Arbeit ernehren ꝛc. ꝛc. R. A. zu Regenſpurg *de Anno 1532. Tit. 7. verſ.* Und wo Juden ꝛc. *Reformat.* guter Policey zu Augſpurg *de Anno 1548. Tit. 20:* R. A. zu Augſpurg *de Anno 1551. §.* Dieſem zu begegnen *79. verb.* Doch ſollen den Juden die aufrichtige Handthierung und Commercien in den offenen freyen Meſſen und Jahrmärckten hiemit ohnbenommen ſeyn. Policey-Ordnung zu Franckfurth *de Anno 1577. Tit. 20. §. 1.* Cur ergo hos eâdem dignos judicabimus, qui diſcunt noſtris periculis, ac experimenta per mortes agunt, nihilque laudabile: ſed meras nugas & fraudes habent; quorum pollicitationes cupreſſis ſimiles ſunt, quæ pulchræ apparent & ſublimes, ſed nullos producunt fructus ac præter latratum, eruditionem ac doctrinam habent nullam. *Carpzov. p. 1. deciſ. 8. n. 8. vid. Dn. D. Ockel. in Diſput. Inaugur. de Conſil. eorumq; Jur. c. 2. θ. 6.*

Ad tertiam Reſp. Non ſequi: Si Objectum Conductionis non tantùm ſunt Mercatores, poſſe etiam illud conſtituere venalitiarios. Dictum enim ſuprà *in alleg. Diſput. ſuâ θ. 18. ab ipſo Dn. Ehrmanno:* Conductum eſſe exhibendum omnibus peregrinantibus inſontibus: Vix autem credimus, ipſum hujusmodi impoſtores & fraudum architectos (non intelligimus venalitiarios, qui à mercatoribus res licitas minutatim emunt, & rurſus incorruptè vendunt, lucrum captantes

non

non immodicum: novimus enim in quovis pago non poſſe conſiſtere Mercatorem) pro peregrinantibus inſontibus habiturum.

Ad quartam Reſp. Concedendo Medicamenta ſalubria non eſſe merces prohibitas. An autem hujusmodi vendant Medicaſtri, adhuc probandum erit à Dn. Ehrmanno: Nos enim talia ab ipſis nunquam emimus, nec apud eos reperiri poſſe facilè credimus: Nam quomodo Medicamenta conficerent ſalubria homines ejusmodi imperiti, ſolche leichtfertige Leut / die ſich Artzney unterſtehen / und die mit keinem Grund gelernet haben / juxta effatum Carol. V. Imp. *in Ordin. Crimin. art. 134.* qui plerisque ægrotis per remedia ſua mortis cauſam præbent.

Conſtituantur itaque ſecundùm monitum Platonis *lib. 3. de Legib.* in Republica non niſi explorati Medici; Errones verò & Circumcelliones, & Impoſtores exterminentur; cùm non vereantur in hominum vitas graſſari, atque, ut proverbio dicitur, in vaſis jacturâ artem figulinam exercere, ut Lemnius graviter monet *lib. 1. de occult. nat. mirac. c. 17.* & Lang. *lib. 2. Epiſt. 23.* Galenus *in lib. prænotionum* dicit, iſtos homines hoc uno à Latronibus differre, quòd cives intra mœnia, & non in montibus deprædentur. Monent quoque Politici, Medicos Judæos non eſſe ferendos, tùm (1) quia mortem appetere videtur, qui à Judæo ſanitatem exquirit: cùm ſine auxilio Chriſti Salvatoris ſanum ſe fieri poſſe opinetur, *can. ſine 7. Cauſ. 26. q. 2.* Judæo verò perſuaſionem ſolertiæ ſapientiâ Chriſtianorum ſuperioris quaſi ſuggerat. (2) Quia illi plerum-

que ex deſperatione ad medicinam accedunt, quando nimirum reliqua ſua bona decoxerunt; & (3) quia hanc in libris ſuis occultis habent regulam, quòd liceat impunè occidere *Goim*, i. e. gentem, ſ. Chriſtianum, *vid. Keckermann. in Syſtem. Pol. lib. 1. c. 8. p. m. 181.* Exemplo ſit Carolus Calvus Imperat. à Sedechia Judæo Medico venenô extinctus, *refer. Philipp. Melanchth. & aliis in vitâ Caroli Calvi*, ut & Johannes Bohemiæ Rex Caroli IV. Imp. parens à Judæo Ophthalmiæ curandæ peritiam jactitante ex cœcutiente cœcus effectus, *narrante Dubravio libr. 21. Hiſt. Bohem. quem allegat Joh. Wilhelm.* Greiner *in Diſp. Jurid. Anno 1664. Jehnæ ſub Præſid. Dn. D. Becchmanni de Jur. Aſylor. habitâ c. 6.* Joachimo, Electori Brandenburgenſi, cubitum ituro Judæus venenum in Malvatico miſtum propinavit, *teſte Calviſ. ad Ann. Chr. 1571.* Quod exemplum (*monente Dn. M. Obadia* Treu *Profeſſ. Altdorff. in Continuat. Poſtill. Walther. ad Domin. 24. poſt Trinit. §. 375.*) vel ideò diligenter notandum & ad deterrendum à Judæis vel unicum ſatis eſſe debebat, quòd Judæus ille Electori familiaris fuerit, & ſine dubio antea ſæpe feliciter, &, ut creditum fuerat, ipſum aut aulicos curaverit. Et ſi maximè (ut idem paucis interjectis ulteriùs ſcribit) mali nihil perpetrent; indignum tamen eſt Chriſtianis, nec parùm facit ad confirmandam illorum duritiem, ſi adhibeantur ad officia ſolis hominibus liberis, imò peculiariter privilegiatis competentia. Hæc ille.

Porrò excluduntur (4) Banniti & denunci-

ati Pacifragi. Bannum Imperii quid ſit, docet Gail. *lib. 2. de pace publ. c. 1. n. 20. & ex eo Dn. Strauch. Exerc. Exoteric. 6. θ. 17. Dn. Struv. de vindict. privat. c. 3. aph. 7.* nim. judicialis cenſura, quâ violatoribus Pacis Publicæ aquâ & igni interdicitur, ita ut à nemine in clientelam, fidem, & amicitiam recipi; tam verò in rebus, quàm in perſonâ ab omnibus impunè offendi queant, *per Ord. Cam. part. 2. tit. 9.* §. So jemand. Bann. vocabulum unde deſcendat, variæ variorum ſunt ſententiæ, Dn. Joh. Friderus Pöpping. *in Diſput. Inaugural. de Banno ceu proſcriptione Imperii Anno 1663. Heidelbergæ habitâ*, putat à Gallico *Ban*, quod proclamationem, quæ fit publicè per Præconem, ſignificat, aut à *Banniſſement*, i. e. exilium, profluxiſſe, & hinc eſſe *abandonner* pro derelicto habere, quaſi *donner à ban.* Gail. *dict. tract. de pace publ. c. 1. n. 12.* autumat vocab. Bann deduci ex voce Bahn/ quâ via publica vel territorium notatur, quòd bannitis hâc viâ uti non liceat, daß ſie deß H. Reichs Bahn und Straſſen nicht gebrauchen dörffen / *quâ de re ſupra c. 3. jam aliquid dictum.* Joh. Oetinger. *in tract. de Jur. & Controv. limit. lib. 1. c. 8. in not. lit. e.* exiſtimat, eſſe vocabulum antiquum Germanicum, & hodiè etiamnum Francis uſitatum & ſignificare edictum ſeu proclamationem per præconem, quam ſententiam & nos amplectimur. Banniti igitur ſunt illi, contra quos tale edictum eſt publicatum, ſive qui per præconem pro hoſtibus proclamati, welche für offenbare Aechter erklärt. Hi, uti diximus, Securitate non gaudent, *vid.* R. A. zu Worms *de An-*

no 1495. tit. Friedbrecher und ſolche Thäter. R. A. zu Augſpurg *de Anno 1500. tit.* die Friedbrecher ſollen kein Gleit haben. Erklärung deß Landfriedens *de Anno 1522.* §. Ob aber &c. R. A. *de Anno 1548.* §. Es ſoll auch. *Ord. Cam. p. 2. tit. 10. 12. Gail. lib. 2. de Pac. publ. c. 1. n. 13. n. 21. & ſeqq. junct. c. 10. Conf. Maul. de Jure Conduc. tit. 4. n. 11. & ſeq. Dn. Fritſch. de R. V. P. J. c. 7. n. 12.* Ratio eſt, quia hi licitè offendi poſſunt, cùm per ſententiam declaratoriam è protectione Imperii eximantur, uti patet ex formulâ banni: Nachdem Beklagte aus Urſachen dem Landfrieden zuwider gehandelt/derhalben denunciren und erklären Wir dieſelbe als offenbare Aechter in der Käiſerl. Majeſtät und deß H. Reichs Acht / ſetzen ſie aus dem Frieden in den Unfrieden/ und erlauben ihr Leib / Haab / und Gut jedermänniglich / von Rechts wegen. Unde nullum eſt dubium ſalvâ conſcientiâ poſſe hujusmodi bannitum, quem ob atrocitatem ſceleris è medio tolli vult Magiſtratus, ob bonum publicum occidi; concedendo enim talem facultatem, ut proſcripti publicè, vel banniti, vel diffidati poſſint à quolibet occidi, quivis conſtituitur quaſi miniſter Juſtitiæ, uti ex Filliuccii Quæſt. moral. *Tom. 2. tract. 29. c. 2. n. 23.* tradit Dn. Struv. *alleg. tract. de vindict. priv. c. 3. aph. 7. n. 3.*

5. Milites exauctorati vagabundi, qui ſub prætextu militiæ ruſticos exſugunt, & ab iis ſtipendium, vel victum colligunt, vel invitis extorquent, vulgo Gardende Knecht oder Gard-Brüder / *vid. Reform. Francof. Frider. III. de anno 1442. tit.* von reiſigen Knechten. *PP. Auguſt.*

1548.

1548. *tit.* von den Herrnloſen Knechten. R.A. zu Augſpurg *de Anno* 1555. §. Und damit. *ubi,* Und damit angeregte Vergadderung / Verſamlung / Aufwicklung / und Zuſammenlauffung der Knechte / deſto ſtattlicher vorkommen / und ehe ſie ſich häuffen / ihr nachtheiliger Vorſatz mit weniger Beſchwerd gebrochen / ſo ſollen alle und jede Stände in ihren Fürſtenthumen / Graffſchafften / Herrſchafften / Obrigkeiten und Gebieten / ꝛc. mit allem Fleiß beſtellen / und durch ihre Amtleut und Befehlshaber acht nehmen / wo einer oder mehr ſolcher umlauffenden gardenden Knecht in einiges Craiß-Stands / Obrigkeit und Gebieten / auf der Garde betretten würde / und über das Garden ſonſt weiter nichts mißhandlet / oder verſchuldet hätte / daß der- oder dieſelbige durch jeder Stände und Herrſchafften / Obrigkeit oder Gebiet deß Craiſſes / darinn er oder ſie mit dem Garden betretten / ſich deß Gardens nicht zu gebrauchen / mit der angehängten Bedrohung / wo er oder ſie darüber in eines oder deß andern ſolcher Craiß Obrigkeiten / und Gebieten / mit dem Garden weiter betretten / daß der oder ſie alsdann gefänglich angenommen / in das nächſt hoch ordentliche Gericht geführt / und gegen ihm oder ihnen als Meineidigen gehandelt werden ſolle. Würde ſich aber bey einem oder mehr befinden / daß ſie jemand mit Gewalt das Seine abgetrungen / oder in andere Weg wider Landfrieden vergwaltigt hätte / daß dieſelbe als offentliche Landfriedenbrecher und Nothtränger / vermög gemeiner

Rechten/ deß Reichs Conſtitutionen/ und Ordnungen geſtrafft werden. *Idem repetitur in Ord. Pol. Francof. de Anno 1577. ſub tit. 7.* von den Herrn-loſen und gardenden Knechten. *Conf. Gail. de Pace publ. lib. 1. c. 4. n. 36. & ſeqq.*

6. Et alii mendicantes validi, qui omni infirmitate corporis carentes oſtiatim mendicare & ex alieno vivere, quàm propriis laboribus & induſtriâ ſibi victum quærere malunt, uti eos deſcribit Dn. Fritſch. *in tract. de mendicant. valid. c. 8. n. 1.* ſecuritate ſunt indigni, nec in Republica tolerandi; (1.) ne prætextu Eleemoſynæ otioſorum hominum foveatur inertia. (2.) Ne panis à validis mendicantibus verè debilibus & infirmis auferatur. Nam uti graviter conqueritur Lutherus *Tom. 7. Jenenſ. fol. 382. alleg. Dn. Fritſch. d. tract. c. 13. n. 3.* Es ſind ſonderlich dieſe Zeit über alle maſſen viel böſe Schälcke/ die ſich arm/ nothdürfftig/ und betteliſch ſtellen/ und die Leute betriegen/ welchen man ſolte Meiſter Hanſen laſſen ſeine Allmoſen geben mit dem Strange und Sacke/ wann die Obrigkeit nicht ſo läſſig und faul wäre / und die Galgen ſo gar vergebenlich an die Straſſen ſetzen und feyren lieſſen. So ſeynd auch der ſtarcken Leut jetzt noch viel mehr/ die friſch/ geſund/ und ſtarck/ wol arbeiten/ dienen/ und ſich nähren könten/ verlaſſen ſich aber darauf/ daß die Chriſten und fromme Leut gerne geben/ und wo das Geben nicht reicht/ oder genug iſt/ ſo erſtatten ſie es mit Stehlen/ ꝛc. Hinc iterum monet idem Lutherus *in Comment. ad Geneſ. c. 43.* Es gebühret den Fürſten und weltlichen Regiment/ daß ſie im Lande und Städten ein fleiſſiges Einſehen hätten/ auf ſolche Triegerey und Rauberey der vielen Bettler/

Bettler/ und ſolten ſolche faule Schelme / die nicht arbeiten und doch immer freſſen wollen / ernſtlich ſtraffen/ denn dieſelben berauben uns / und nemmen den Armen/ die bey uns wohnen/ das Brod/ ſo ihnen gottſelige Leut geben wollen/ für dem Maul hinweg. Denn fromme gottſelige Leut wiſſen wol / daß GOtt haben will/ daß wir in der Gemeine GOttes milde und wolthätig ſeyn ſollen / gegen arme Leute / darum geben ſie auch den Armen Herberge/ Eſſen und Trincken/ Kleider und Schuhe/ ꝛc. Aber es iſt verlohren / und umſonſt/ wenn wir ſchon lange ſolche Vermahnung thun/ dieweil jetziger Zeit alle Zucht und Diſciplin aufgehaben/und die Leute ſo gar muthwillig und frech ſeynd/ꝛc. *Vid.* R. A. zu Augſpurg *de Anno 1500. tit.* von den Bettlern. *Reformat. Polit. 1530. tit.* von Bettlern und Müſſiggängern. *Reform. Polit. de Anno 1548. tit.* von Bettlern. *Ordin. Polit. Francoſ. de Anno 1577. ſub tit.* von Bettlern und Müſſiggängern.

7. Excluduntur ab ejusmodi beneficio ſubditi fugativi. Hi enim aut malo conſilio & prodendi animo patriam relinquunt, *juxta L. 19. §. 4. de captiv. & poſtlim. reverſ. Add. d. L. 19. §. 8. & L. 5. §. 5. de re milit.* aut conſcientiâ atrocis alicujus criminis, quod fugâ expiare ſatagunt, aut aliam ob cauſam, ex quâ ſecuritati ſuæ diffidunt, recedunt. Hinc Securitate non immeritò æſtimantur indigni. *Vid.* R. A. zu Trier und Cölln *de Anno 1512.* §. Und nachdem ſich / ꝛc. Käiſerl. Landfried zu Augſpurg *Anno 1548.* aufgericht / *ſub tit.* Friedbrecher und ſolche Thäter/ꝛc. §. Und nachdem ſich. *ibi*: Und nachdem ſich manigfaltiglich im Reich begibt/ daß

etliche leichtfertige Unterthanen um verſchuldete Sachen von ihrer Herrſchafft abtretten und raumig werden / dem Rechten zu entfliehen / oder ſich ſonſt unbilliger Weis wider ihre Herrſchafft oder Nachbauren empören und Unwillens fleiſſigen / ihre Herrſchafft oder deroſelben Unterthanen bedrauen / und um ihre vermeinte Forderung nicht ordentlich und billich Recht nemmen wollen: haben Wir denſelbigen zu begegnen geordnet und geſetzt / daß hinfüro niemands ſolche wiſſentlich enthalten / hauſen / herbergen oder geleiten / ſondern ſollen die Obrigkeiten / darunter ſich dergleichen Außgetrettene hielten / indem ſie ſolche Bedrauung vernommen oder verſtanden hätten / zu pflichten annehmen / ſich ordenliches Rechts von ihrer Herrſchafft begnügen zu laſſen / und thätliche Handlung zu vermeiden / darfür ſoll ihnen die Herrſchafft nothdürfftig Geleit für Gewalt zu Recht geben / auch förderlichs Rechtens geſtatten und verheiſſen. *Conf.* §. *ſeq.* Welche Obrigkeit aber / ꝛc.

8. Adulteratores monetarum, eorumq; occultatores, *Reform. Polit. Francofurt. de Anno 1442. tit.* von der ſilbern Müntz. §. Und wer der Vorbeſchriebenen / ꝛc. *ubi*: Und ſollen auch der oder die ſolches thäten / oder die gefährlich hauſeten / ihnen zulegten / oder ſie hinſchüben / keinerley Tröſtung / Fried und Geleit haben / an keinen Städten oder Enden / ſondern es ſoll und mag männiglich zu dem oder denenſelben Macht haben / ſie an Leib und Gut anzugreiffen / und daran nicht gefrevelt haben / glei-

gleicher Weis und in Maas/als ob ſie mit deß Reichs Hofgericht/oder andern zeimlichen Gerichten/Geiſtlichen/und Weltlichen/und mit rechtem Urtheil verachtet/und in die Acht gethan wären: Und darzu ſoll derſelben Leib und Gut niemands verantworten noch beſchirmen keinen Weg.

9. Zingari; fictitii enim illi Tartari ſeu Ægyptii (qui verè nihil aliud ſunt, quàm manipulus furum, & colluvies otioſorum & fraudulentorum hominum, ex variis nationibus, Mauris, Ægyptiis, Turcis, Dacis, &c. non ita remotis collecta) vulgò Turcarum emiſſarii, proditores, & exploratores patriæ habentur, Erfahrer/Verräther und Außſpeher/die der Chriſten Land dem Türcken und andern der Chriſtenheit verkundſchafften/ è ſocietate civili tanquam carcinomata & purgamenta rectè excluduntur. *Dn. Ahasver. Fritſch. in tract. de Zygevor. orig. vit. ac morib. membr. 4. Vid.* R. A. zu Augſpurg *de Anno 1500. tit.* von den Zügeunern/ *ubi hæc leguntur verba:* Der jenigen halber/ſo ſich Zügeuner nennen/und hin und her in die Land ziehen/ ſoll *per Edictum publicum* allen Ständen deß Reichs durch Uns bey denen Pflichten/damit ſie Uns und dem Heil. Reich verwandt ſeyn/ ernſtlich gebotten werden/daß ſie hinfüro dieſelben Zügeuner/nachdem man glaubliche Anzeigung hat/ daß ſie Erfahrer/ Außſpeher und Verkundſchaffter der Chriſten-Land ſeyn/ in oder durch ihr Land/ Gebiet und Obrigkeit nicht ziehen/ handeln und wandeln laſſen/noch ihnen ſelbſt Sicherheit oder Geleit geben. Und

daß ſich die Zügeuner darauf hinzwiſchen Oſtern nächſtkünfftig aus den Landen Teutſcher Nation thun/ ſich der entäuſſern / und darinnen nicht finden laſſen. Denn wo ſie darnach betretten / und jemands mit der That gegen ihnen zu handlen fürnehmen würde / der ſoll darinn nicht gefrevelt noch unrecht gethan haben / wie ſolches Unſer Mandat weiter inhalten wird. *Quæ ſaluberrima ſanctio, cum ſucceſſu temporis deſuetudine ferè, uti ſæpius fieri adſolet, obliterata fuerit, in ſeqq. Comitiis repetita eſt, vid. Rec. Imp. de An. 1530. tit.* von Zügeunern. R. A. zu Speyer *de Anno 1544.* R. A. zu Augſpurg *de Anno 1551.* §. Nachdem. *Ordin. Polit. Auguſt. de Anno 1548. d. tit. Ordin. Polit. de Anno 1577. tit. 28.* Nihil etenim in Republ. tam pernitioſum vulgò exiſtimatur, quàm otioſorum ac tenuium hominum huc illuc errantium multitudo, qui privatorum hominum bona diripiunt, & in everſione Reipubl. ſpem omnem fortunarum ſuarum poſuêre. Hinc qui ſcienter ejusmodi hominum catharmata fovent, eos contra officium boni Principis vel Magiſtratus, quod eſt ſubditos eorumq; bona contra injurias tueri, contraq; fidem, quâ Imperatori ac Imperio obſtricti ſunt, graviter peccare, nullum eſt dubium; imò damnum, deprædatione datum, ratione diſſolutæ negligentiæ & propriæ culpæ ex quaſi delicto præſtare tenentur, *per L. 2. C. de offic. Præfect. Prætor. Afric. L. 1. C. de litor. & itin. cuſtod. L. 1. C. de falſ. monet. c. Dominus noſter. XXIII. q. 2.* Cùm Magiſtratus in his, quæ ad officium ejus ſpectant, exactiſſimam

mam debeat adhibere diligentiam, *vid. Dn. Fritſch. d. tr. membr. ult.* Omninò (*ait Cicero libr. 1. Offic.*) qui Reipubl. præſunt, duo Platonis præcepta teneant: Unum, ut utilitatem Civium ſic tueantur, ut quicquid agant, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum: alterum, ut totum corpus Reip. curent, ne, cùm partem aliquam tuentur, reliquas deſerant. Ut enim tutela, ſic procuratio Reip. ad utilitatem eorum, qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa eſt, gerenda eſt. *Vid. Fernand. Vaſquius lib. 1. Controv. Illuſtr. Præfat. n. 103. & c. 1. n. 10.* Aſt mireris tam pertinacem ac ſupinam Magiſtratuum quorundam negligentiam atque erubeſcendam in tuenda Imperii ſalute ſomnolentiam, conqueritur Dn. Fritſch. *in tract. de mendic. valid. c. 12. n. 23.*

10. Decoctores (Bancorottierer / Falliten /) Securitate non gaudent, *vid. Reformat. Polit. Auguſt. de Anno 1548. tit.* von verdorbenen Kauffleuten. *Ordinat. Pol. Francof. de Anno 1577. eod. tit. ubi:* Als auch vielmals durch die Handthierer und Gewerbsleut / gefährlicher und betrieglicher Weis / im Schein Trauens und Glaubens / Geld und Wahr bey andern aufgebracht / entlehnet und genommen worden / fürter ihre Gewerb und Handlungen damit zu üben und zu treiben / welche zu Zeiten mit ihrem übermäſſigen Pracht / unordentlichem Weſen / Leben und ſonſt in andere Weg (ohne daß ihnen an ihren Leiben und Gütern einige Schäden / Gefängnus / Abſchatzung oder andere verderbliche Unfäll zugeſtanden) in

in Abnehmen und Verderbung kommen/ darnach außſtehen/außtretten/ſich in andere Herrſchafften begeben / und von denſelben wider ihrer Obrigkeit und der Kläger/ ſo ihnen Geld oder Wahr geliehen / und zugeſtellt haben/ Willen / aufgenommen / vergleitet / geherberget und fürgeſchoben werden. Dieweil ſolche betriegliche und ſchädliche Handlungen / die ſich einem Diebſtal wol vergleichen / dem gemeinen Nutz zu Nachtheil gereichen: So ſetzen/ ordnen/und wollen Wir/daß ſolche Handthierer und Gewerbsleut / ſo ſie fürſetzlicher oder betrüglicher Weis/und nicht aus kündlichem zugeſtandenen Unfall/außſtehen/Banckrott machen und außtrünnig werden / hinfüro von keiner Herrſchafft oder Obrigkeit aufgenommen / noch ohn Willen der Glaubiger vergleitet und gedultet; ſondern wo ſie betretten/zu Hafften angenommen / den Kläger zu Recht gehalten/ und nach Geſtalt der Sachen geſtrafft / auch ſo ſie wieder zu häuslichen Wohnungen komen/ alsdann zu keinen Aemtern oder Dignitäten gezogen werden ſollen: wären ſie aber aus kündlichen und ohnverſehenlichen zugeſtandenen Unfällen/ oder Schäden / in Verderben und Außſtand kommen / alsdenn mögen ſie aufgenommen und vergleitet/ Mitleiden mit ihnen gehabt/ und/ denen gemeinen Rechten nach/ gegen ihnen gehandelt werden.

11. Latro famoſus & publicus, cuivis enim ad quietem pacemque communem conſervandam, talem adoriendi (etiam ex inſidiis, *L. 1. §. 3.* de

de dolo mal.) opprimendi, necandi, liberrima datur facultas, ut is mortem, quam minabatur, (non ei tantùm, qui occidendo eam ſecuritatem impoſterum omnibus parit, ſed generaliter unicuique prætereundi) excipiat, & id quod intendebat, incurrat; *L. 1. L. 2. verb. pro quiete communi. C. qu. lic. unic. ſin. jud.* Reſpicitur namq; his caſibus periculum futuri mali ex dilatione pœnæ, ut ait Grot. *lib. 2. de J. B. & P. c. 20. n. 17. Vid. Dn. Struv. alleg. tract. de vind. priv. c. 3. aph. 5. Conf.* R.A. zu Augſpurg *de Anno 1559. §.* Und haben Uns demnach/ *& ſeqq.*

12. Nocturnus populator agrorum, ſcil. qui nocte agros vaſtat, ſegetes accendit, vites incidit, arboribusque damnum infert. *vid. d. l. C. qu. lic. unic. ſin. jud. &c.* nam hic perinde ut latro à quovis ob publicum bonum occidi poteſt. *Vid. Dn. Struv. d. c. 3. aph. 6.*

13. Hoſtes tam proprii, quàm confœderatorum. *Vid. Capit. Imp. Leopoldi art. 13.* Ratio, cùm enim hi ſecuritatem publicam contra fas & Jura Gentium turbare ſatagant, meritò & ipſi tali frui non debent, indigni ſiquidem ſunt Legum beneficio, qui id negligunt, *L. fin. §. 12. C. de Jur. delib.* Et ſicut cum bello pax, utpote è diametro illi contraria, ſtare non poteſt, *L. 12. pr. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* ita nec cum hoſtilitate, ſecuritas, *L. 19. §. 3. ff. d. t.* cùm pax & ſecuritas individuæ ſint comites, *L. 2. §. 4. ibi: in ſecuritate & pace provinciæ. C. de Præfect. Præt. Afric.* & altera alterius auxilio increſcat. *Becht. de Salvo Conduct. c. 89.*

Ex

Ex dictis patet, nec commerciorum, (utpote ſecuritatem omninò exigentium) Jure gaudere hoſtes, *per L.1.2.C. quæ res export. non deb. l.2. C. de commerc. L. un. C. de lit. & itin. cuſtod. XII.* nec integrum ſubditis loca hoſtilia adire citra autoritatem Principis, nunciúmve aut literas eò etiam juſtâ de causâ mittere, cùm res valdè ſit ſuſpecta & de genere prohibitorum, *L.1. L.2. ff. ad L. Jul. Maj. Becht. d. l.* Hoſtibus quoque aſſimilantur, qui cum Turcis aliisve Chriſtianorum aut Imperii hoſtibus conſilia nefanda miſcuiſſe probantur, ob id ab Imperio proſcriptionem omniumque bonorum confiſcationem merentes; *Ord. Cam. p.2. tit. 20. §. Weiter.* Item deſertores, qui tempore belli abſunt à ſignis, *L.1. C. de deſertor. add. L.3. L.6. L.10. & penult. ff. de re milit.* Exploratores, qui ſecreta hoſtibus aperiunt, *L.38. §.1. ff. de pæn. L.6. §. exploratores. 4. ff. de re milit.* Hi enim omnes ut Securitatis publicæ turbatores ac inimici communi Securitatis beneficio propriô factô ſeſe privant. *Vid. Dn. Fritſch. d. tract. de Reg. Viar. Publ. J. c.7. n.8. & ſeqq.*

Quær. hîc: Num & hoſtium Legatis ad alias Regiones tendentibus Securitas deneganda? Dn. Ehrmannus *in ſæpius alleg. Diſſ. Inaug. th. 26.* diſtinguit: Num mittens, & ad quem mittuntur, Domini viarum aperti hoſtes ſint, nec ne? Priori caſu Affirmat. Poſteriori verò Negat. Nos quamvis concedamus faciliùs priori iſto caſu Securitatem hoſtium Legatis denegari poſſe, quàm poſteriori, non tamen credimus Viarum Dominum Hoſtis Legato etiam ad

non

non hoſtem tendenti tranſitum concedere teneri; ſed putamus iſtum ob juſtam ſuſpicionem ad ſuos domum remitti poſſe. Si enim in rebus civilibus juxta ſuſpicio futuri damni jus dat ab amicitiæ Legibus nonnihil abeundi, *juxta Dn. Conring. in Diſp. de Legat. θ. 65.* quî fiet, ut talis, quæ contra hoſtem ſemper adeſt, ſecurum tranſitum, qui ſecundùm Leges amicitiæ debetur, hoſti præſtandum ſuadeat. *Conf. Grot. de J. B. & P. c. 18. n. 5. Dn. Cellar. lib. 2. Pol. ſuccinct. c. 9. n. 7. Richard. Zuch. p. 2. Jur. fetial. ſect. 4. quæſt. 18.* Veniam ergo petat, neceſſe eſt, Legatus hoſtis alienum Territorium transire volens, caveatque nihil hoſtile contra Dominum viarum apud Principem velRempublicam, ad quam tendit, ſe moliturum, & facili negotio transitum impetrabit, nec enim hoc modo caventi Securitatem denegare fas eſt.

Hæc, quæ dicta ſunt de Legatis hoſtium, obtinent quoque in Legatis, qui clanculariè & quaſi furtim atque extra viam proficiſcuntur. *Vid. Dn. Conring. d. Diſput. de Legat. θ. 63. circa fin. Nobiliſſ. Dn. Strauch. Diſſ. Exoteric. 12. theſ. 2. & ſeqq.*

Sed quid, ſi Legatus impetratâ veniâ per alienum tranſeat Territorium, ibique contrahat vel delinquat, anne eo nomine iſto in loco poterit conveniri?

Quantum ad Contractus Reſp. Julianus *in L. 25. ff. de Judic.* quod ſic. Ex hâc ratione, quoniam aliàs Legatis daretur poteſtas res alienas domum auferendi. Verùm hunc textum Dn. Melchior Jungkher *in eleg. Diſſ. de Legationi-*

bus θ. *133.* nequaquam intelligendum eſſe putat de noſtris propriè dictis Legatis, ſed provincialibus aut municipalibus. Aſt quicquid ſit, explorata tamen Juris ratio facit Jus idem etiam majoribus Legatis commune, uti rectè ſtatuit Zucheus *alleg. loc. quæſt. 20. Conf. Dn. Conring. d. Diſp.* θ. *72.* Nec obſtat: Quod hoc modo Legato non plena conſtet Securitas; Nam ut hâc perfectè, ſecundùm tacitam pactionem permisſione tranſitus quaſi factam, gaudeat, omne jus, omnem Actionem, ſeu Poteſtatem, ut vocant, Coactivam à Legato abeſſe debere. Reſp. enim diſtinguitur inter Actionem, ſeu Poteſtatem Coactivam, quâ læditur ejusmodi Securitas Jure Naturæ Legato competens; & inter illam, quâ non læditur. Iſta à Legati perſonâ omninò abeſſe debet; non hæc; Hinc contra Legatum, ſalvâ ejus Securitate, inſtitui poteſt actio ex contractu in itinere celebrato, coram Magiſtratu loci, nec iſte de læsâ Securitate queri poteſt. Siquidem nihil ampliùs à Domino loci, conceſſione Tranſitus, tacitè promiſſum eſt, quàm Securitas à vi injuſtâ, qualis non infertur actione ad præſtandum id, ad quod Legatus ſponte ſuâ ſe obligavit. Eâ tamen moderatione omnia fiant, ut ſalva ſemper maneat Autoritas Mittentis, & ne lite iſtâ ipſius Legationis negotia impediantur, in quem finem adhiberi priùs poterit modus præſcriptus à Grotio, *alleg. c. 18. num. 9.*

Delicta quod attinet, poterit ſtricto jure puniri Legatus, ubi deliquit. Quoniam Princeps ſe ſuosque ante omnia tenetur præſtare tutos. *Dn. Conring. d. Diſput.* θ. *69.* Si enim Legati quomodo-

modocunque delinquentes, aut quidvis machinati perpetuò impunè recedere poſſent, eô ipsô, quod nihil pœnæ metuere haberent, ad hujusmodi maleficia malitioſi propenſiùs proſilirent. Principes autem, vel populi, ad quos Legati mittuntur, fidei publicæ prætextu decipi minimè debent. Quinimò Privilegium amittit, qui conceſsâ abutitur poteſtate, ne Privilegii velamento flagitiorum creſcat autoritas, aut publica convellatur, ac vacillet utilitas; *vid. Jacob. à Comite ad Jus Hollandic. Commentar. c. 27. alleg. Dn. Jungker. d. Diſſert.* §. *134.* Ob reſpectum autem aliquem civilem ſatiùs ita proceditur, ſi delicta leviora diſſimulentur, propter atrociora verò, quæ principaliter in privatorum vergunt injurias ac damna, Legatus remittatur ad eum, qui miſit, cum Elogio & poſtulato; ut vel puniatur, vel dedatur; propter ea verò, quæ directò Statum aut Dignitatem Imperantis lædunt, puniatur ab ipſo Principe, per cujus Territorium tranſit. *Vid. Dn. Ziegler. in not. ad Grot. d. c. 18. n. 4. Conf. laudatus Dn. Jungker in d. Diſſ. de Legationibus* §. *134. cum multis ſeqq. ubi pleniùs hanc controverſiam pertractat.*

Diximus ſuprà, Conductum noſtrum præſtari vel vivis, vel mortuis. De vivis nunc vidimus: antequam igitur finiamus hoc caput, dicendum aliquid reſtat de cadaveribus humanis, ſicubi per alienum Territorium exportanda. De conſuetudine quorundam locorum, *v. g.* in Hollandia, Holſatia, & Brunsvigæ, cadavera defunctorum ob æs alienum arreſtare licet; ſed talem conſuetudinem inhumani quid ſapere, nec

facilè alibi imitandam cenſemus. Impedire enim, ne corpora humana terræ mandentur, Livius (*lib.8.*) ſævitiam vocat ultra humanarum irarum fidem. Hinc nec vectigal pro defuncti corpore exigendum arbitramur, cùm & hoc favori ſepeliendorum cadaverum refragetur, quibus injuriam aut ſepulturæ impedimentum fieri, jus noſtrum omninò vetat, *L. 1. §. 4. & 6. ff de injur. & fam. lib. L. 8. in pr. L. 38. & L. 43. ff. de Relig. & ſumt. fun. L. fin. C. eod. L. 6. C. de ſep. viol. Nov. 60. c. 1. Nov. 115. c. 5. §. 1.* Putamus ergo ad nudam denunciationem liberum his per Territorium concedi debere tranſitum, quæ permiſſio hoc caſu inſtar Conductus erit. *Vid. Beſold. in Theſ. Pract. voc.* Durchführung der Verſtorbenen. Idem ſtatuimus de proceſſionibus religioſis. *Vid. alleg. Laud. Heilbronnenſ. in Cauſ. Pal. d. l.*

CAPUT V.

De modo præſtandi Securitatem, ſeu Salvum Conductum.

Præſtari poteſt Conductus commeantibus poſt requiſitionem, (quæ omninò præcedere debet, tam à Magnatibus, *c. 1. A. B.* quàm ab inferioris ſortis peregrinantibus, *R. Imp. de Anno 1548. §.* Ferner zu mehrerer / *ibi:* auf Anſuchen) vel diſciplina Reip. vel autoritate Imperantis, Adminiſtrantisve; vel armis ſeu armatâ tutelâ. *Dn. Bæcler. in Conduct. Carolin. p. m. 18.* Diſci-

Diſciplinâ Reip. juxta laudatum modò autorem Securitas conficitur, ubi vel ſenſus, vel ſermo ille verè obtinet. Per limites mei Imperii aut Adminiſtrationis, nemini iter facienti periculum eſt, didicerunt mei vi abſtinere, pacem publicam revereri. Imperantis Adminiſtrantisve autoritate fit Conductus, cum miniſter publicus, e. g. buccinator aut alius conducendo additur; non qui vim propulſare manu; ſed conſpectu & ſignificatione autoritatis ac poteſtatis heri ſui, paratus inſtructusque ſit. Quibusdam in locis ut Sileſia, Thuringia, Franconia, &c. ſtipendiis non exiguis aluntur equites miſſarii, vulgo Land-Reuter / Stallbrůder / Einſpenniger ꝛc. ad hoc deputati, ut viarum curam habeant, und das Gleit bereiten můſſen / *teſte Dn. Fritſchio in tr. d. Reg. Nund. J. c. 6. n. 41. Add. Dn. à Seckendorff.* im Teutſchen Fürſten-Staat / *ſuprà alleg. p. 3. c. 3. Regal. 3. n. 4. ubi ita ſcribit:* In den Landen / wo wichtige nutzbare Gleite ſind / werden an den vornehmſten Orten Gleits-Hauptleute / oder Ober-Gleits-Hauptmänner beſtellet. Denn hin und wieder etliche Neben-Geleitsleute / Mautner / Zöllner / und dergleichen Perſonen / dem Ober-Gleitsmann auch einen oder mehr Gleits-Schreiber / Zoll-Schreiber / und etliche Gleits-Reuter / Auffſeher / und Nachgeher / zugeordnet / deren jene die tägliche Einnahme deß Zolls verrichten / und die Rechnung führen můſſen / die andern aber fleiſſig die Straſſen mit angehängten Wapen oder Gleitsbüchſen deß Landes-Herrn / bereiten / daß keine Kauffmannſchafften / oder andere zollbare

Waaren/ auſſer der Gleits-Straſſen / und ohne Entrichtung deß Zolls/ durchgeführet werden/ oder ſonſt Frevel und Unordnung auf der Straſſen / oder Verderbung und Verminderung derſelben vorgehen / oder in den Zoll-Städten / an den Ufern und Anfuhrten Unterſchleiff und Gefährde entſtehe. Hæc ille. Idem de literis ejus, qui Securitatem præſtare vult, nomen, aut ſigillum, aut utrumque, præferentibus, item de Bulletis vel literis tractatoriis de guidagio vel pedagio perſoluto teſtantibus, Gleit-Zettul/ Zoll-Zeichen/ ſentire ac dicere fas eſt. Quò & alia ſymbola cippos, pilas, picturas, eodem ſignificatu præſtare ſolita retuleris, *Laud. Dn. Bæcler. d. l.*

Armati Conductus inter Gentes uſus eſt, vel ubi probabiliter non deſunt, qui ab injuriâ commeantium, niſi vim metuant, temperare vix ſolent; quod pro ingenio nationum locorumque facilè dijudicatur; quò pertinet Conſtitutio *Rec. Imp. Colon. ſecundi de Anno 1512. §.* Und als eben zur ſelbigen Zeit / *cum 2. ſeqq.* vel ubi ex magnitudine negotii certioris præſidii cauſa, ſive ad majorem ſecuritatem, quaſi ex abundanti, aut honoris etiam cauſâ armati conductores adjunguntur, *Vid. Dn. Bæcler. d. l.*

Ratione temporis præſtandus eſt Conductus tempore diurno, non nocturno, niſi in negotiis momentoſis. *Dn. Ehrmann. in Diſput. de hâc materia θ. 27. vid. Ref. Francof. de Anno 1442. Tit.* wie man gleiten ſoll. Cùm enim tenebræ ad delinquendum aptiores ſint, *juxta L. 1. §. 10. ff. de inſpic. ventr.* & malè agens fugiat lucem

lucem, ſecundùm effatum Salvatoris, *Joh.3.v.20.* vix aberit à ſuſpicione noctu iter faciens, adeóque nec conducendus venit, niſi rationem itineris hujusmodi nocturni exponat, omnemque à ſe amoveat ſuſpicionem.

Ratione loci præſtari debet Conductus non in aliis, quàm in viis Regiis, nec ulteriùs, quàm usque ad ſigna & columnas indices. Die ſeynd gewöhnlich ſteinerne Creutz / daran der Gleits-Herren Wappen / ſamt der Jahrzahl / und das Wort GELEJT / gehauen. Bisweilen ſetzt man an die Gleits-Gräntzen hohe Stein / oder ſteinerne Seulen / oder höltzerne Bildſtöck / daran ebenmäſſig der Gleits-Herren Wappen gehefftet / die heiſſt man Gleit-Seulen / *vid. Oeting. de Jure ac Controv. limit. l. 1. c. 17. n. 27. & ſeq. Add. laudat. Laudum Heilbronn. in Cauſ. Palat. pronunciatum, d. l. ubi ita concluditur, ut non in aliis, quàm in Viis Regiis Conducentibus exerceatur: Quando autem, quæ illæ habendæ ſint, nondum ſatis apparet, tam æquum erit, quàm ad tranquillitatem atq; concordiam faciet, certas illas conſtitui atque definiri, juxta terminum à quo, & per, & ad quem conducitur deſignari, neceſſe erit propediem ab utraq; parte peritos locorum nominari, per eos deſignationem viarum, quæ pro publicis hactenus habitæ fuerunt, vel habendæ ſunt, talem fieri, juxta quam impoſterum iſtud Jus Palatini exerceant, eâ tamen ſub lege, ut mutuò per Territorii Dominos curetur, ne tranſeuntes Conducendi aliâ viâ tendant, quàm ubi ad certa loca iſtius per vicinalem divertendi neceſſitas fuerit.*

Quid, ſi nulla adſint certa ſigna; ſed alter Principum oblatâ occaſione Conducendi ad illam metam ſibi deberi Jus Conducendi aſſerat, alter verò neget? Reſp. Cautelam eſſe, ut ſi convenire nequeant comites, Princeps, qui conducitur, in primâ cohorte ſuos mittat equites, poſtmodum concertatores ſubſequantur, ita ut actus neutri præjudicet. *Vid. Wehner. Obſerv. Tract. voc.* Gleit. *alleg. Oetting. d. tract. cap. 9. num. 35.*

Si quæſtio in Jure vertatur in Camerâ quandoque inhibitio decernitur., *quâ de re in cap. ſeq. plura. Vid. Oettinger. d. l. ubi ita ſcribit:* Es werden aber deß Vergleitens halb / welches ein Herꝛ in fremder Obrigkeit hergebracht / heutiges Tags viel hefftige und gefährliche Strittigkeiten erwecket / in dem einer die Gleitliche Obrigkeit an dieſe / jener an ein ander Grenz-Ort zu erſtrecken unterſtehet / alſo daß man offtermalen am Käiſerl. Cammergericht Mandata inhibitoria, wegen angemaſter Gerechtigkeit deß Vergleitens erkennt. Wenn aber Chur- und Fürſten durch anderer Potentaten Land reiſen / und von den Gleits-Herren begleitet werdē / an den Gränz-Orten / da das Gleit ſtrittig iſt / und man ſich deß Vergleitens halber nicht vergleichen kan / ſo läſt der Fürſt / welchen man begleitet / ſeine Reiſigen im erſten Hauffen vorher ziehen / darauf folgen alsdenn die ſtrittige Gleits-Herren / alſo daß der Actus keiner Parthey nachtheilig und præjudicirlich iſt. Hæc ille.

Si ſigna ſive columnæ ſeu lapides concidant, præſen-

præſentibus & conſentientibus partibus, quæ ab utraque parte Jus Conducendi obtinent, rurſus eriguntur, hanc in rem allegatus Joh. Oettinger. *d.c.17.n.27.* ita ſcribit: Solche Herzlichkeit (deß Gleits) wird mit ihren ſondern Steinen angedeutet/ aber nicht durch die Untergänger vermarckt / ſondern die intereſſirte Herrſchafften vergleichen ſich ſelbſt miteinander/ und laſſen mit geſamter Conſens, ihre gewiſſe Gleit-Stein aufrichten ꝛc. Hinc, als im Jahr 1595. der eine Gleit-Stein bey Freudenberg (in Comitatu Wertheimenſi) auf Kirſchfurter Seiten/durch das groſſe Waſſer abgeriſſen worden/haben Ihr Gnaden von Löwenſtein mit und neben Churf. Mäintziſchen Beamten Freytags den 25. Apr. dergeſtalten ſolchen wieder aufrichten laſſen/ daß der alte Stein/ſo in Anno 1527. geſetzt/unverruckt deß liegenden durchbohrten Steins / wiederum in daſſelbe Loch aufgeſtellt/und umher ein ſo ſtarcker Fuß / ſo hoch ungefährlich das Waſſer kaum erreichen mag/ von gehauenen Steinen gemacht / und mit eiſern Klammern gefaſſet worden. Bey welcher Verrichtung wegen deß Ertzſtiffts Mäintz der Centgrav und Schultheiß zu Burſtadt / und aus Löwenſteiniſcher Anordnung wegen Wertheimb / weiland Michael Köhler/der Zeit Amtmann/ und Caſpar Kauffmann/ Schultheiß zu Freudenberg / ſich befunden haben; *ſcribit Aut.* deß **Wertheimiſchen gründlichen Gegenberichts** *cap. 12. p.m. 322.*

Licet etiam ſigna Juris Conducendi in proprium præjudicium, abſque alterius, mutare, vel coarctare; quemadmodum & vectigalium ex uno loco in alium translationem, ſi ſine ullo præjudicio & intereſſe aliorum, qui gabellas

pendere tenentur, hæc fiat, licitam eſſe, tradit Dn. Fritſch. *ſæpius alleg. tract. de R. V. P. J. c. 9. n. 22. Diſſ. Dn. Tinctorius in Diſp. quâd. de Vectigal. Heidelberg. ſub præſid. Dn. D. Chunon. p. m. An. 1668. habit. θ. 10. circa fin. Vid. tamen Dn. Georg. Tobias Oelhafen in Diſp. Inaugur. de Jur. Vectig. θ. 121. & ſeqq.*

CAPUT VI.

De Effectibus Juris Conducendi primis in percipiendo commodo & ferendo onere conſiſtentibus.

EFfectus Juris Conducendi ſunt vel primi, vel ex primis orti. Illi conſiſtunt vel in percipiendo commodo, vel ferendo onere ſeu incommodo.

Ad Commodum pertinet perceptio guidagii, deß Gleit-Gelds/ vel pedagii, deß Weg-Gelds/ vel etiam vectigalis, deß Zolls. Sed quæritur hîc: An conceſsô Jure Conducendi, conceſſum etiam cenſeatur jus percipiendi pedagium, vel vectigal?

Pro Affirmativâ facit: (1.) hoc Arg. Cui onus reddendi itinera tuta incumbit, is etiam commoda viarum habere debet. Atqui Domino Juris Conducendi hocce incumbit onus. E. Conſeq. Maj. probatur: quia conceſsô aliquô Jure oneroſo, conceſſum quoque cenſetur commo-

modum iſtud, ſine quo tale jus commodè expediri non poteſt. *Vid. Roſenth. cap. 5. de feud. concl. 14. n. 6. ibiq; addit. lit. g. Klock. de Contribut. cap. 1. n. 295.* (2.) Naturali æquitati eſt conſentaneum, ne cui officium ſuum ſit damnoſum: Jam autem ſæpius eſſet damnoſum, ſi magno ſumtu Securitas eſſet præſtanda, viæ reparandæ, & alia onera ferenda, nec tamen eô nomine aliquid exigere liceret. *Vid. Grot. de Jure Bell. & Pac. lib. 2. c. 2. n. 14. ibiq; Dn. Caſp. Ziegler. in not. & animadverſ. Dn. Joh. à Felde itid. in annot. ad d. loc. ubi ita;* Non injuſtè videtur aliquid peti quandoque pro uſu communi: accidit enim interdum damnum ex eodem inferri, *v. g.* ſi multi Territorium noſtrum transeant, fit, ut oriatur annonæ caritas, & ita ad inhabitatores damnum porrigatur. Hinc meritò pecuniam, quæ damnum ex uſu communi tranſitu ſcil. illatum æſtimat, meritò transeuntes ſolvunt; ne fruſtra aliorum gratiâ curam reparationis viarum & præſtandæ Securitatis habeant incolæ.

Pro Negativâ pugnat: Quod officium boni Principis exigat, curare ut pacata & quieta Provincia ſit, quam regit, utque malis hominibus careat, *juxta L. 13. ff. de Offic. Præſid.* adeòq; peregrinantes ſecurè per itinera poſſint commeare. Et quamvis ad eum, cui præſtantur pedagia, Conductus quoque pertineat, cùm hæc duo ejusdem ſint generis & ipsâ vocis ſimilitudine ſub unum jugum redacta, *juxta Coler. conſil. 33. n. 45.* non tamen vice versâ is, qui gaudet Jure Conducendi, ſemper jus quoque perci-

piendi

piendi pedagia habet. Nos diſtinguendum putamus: An Literis Tractatoriis, durch Geleit-Zettel / vel adjunctis miniſtris publicis, mit Geleits-Reutern / Securitas præſtetur, an ſaltem diſciplina Reipublicæ? Priori caſu omninò guidagium exigi poſſe cenſemus, & de iſto Affirmativa intellecta non erit rejicienda. Quemadmodum poſteriori caſu Negativam pro veriori agnoſcimus. Et ſic non obſtat nobis ſententia Maulii *in tr. de Jur. Conduc. tit. 3. n. 17.* ubi dicit: Niſi Dominus Juris Conducendi privilegio Cæſareo vel ex præſcriptione habeat Jus exigendi Guidagium & cogendi Mercatores & peregrinantes ad redimendum Salvum Conductum, ipſos ad id cogi non poſſe, *per R. I. de An. 1548.* §. Ferner zu mehrer beſtändiger ꝛc. Nam, non negat d. Autor exigi poſſe guidagium, ſi vi Juris Conducendi legitimè competentis Securitas allegatô modô præſtetur; ſed hoc tantùm negat, poſſe Principem, ſeu Dominum Territorii eô nomine nullo privilegio vel præſcriptionis Jure munitum Mercatores vel alios peregrinantes etiam Judæos, ad petendum, ut Securitas uno ex iſtis modo præſtetur, vel ad Conductum certâ ſolutâ pecuniâ redimendum cogere, quod & nos concedimus. *Add. alleg. Maul. d. l. n. 18. & ſeqq.*

Alia eſt Quæſtio: An pro ſolo Tranſitu per vias publicas Territoriorum Domini aliquid exigere poſſint? Pro Affirmativâ facit L. 21. pr. ff. de don. inter vir. & uxor. 2. Quia prohiberi quis poteſt, ne alienum Territorium ingrediatur. Ergò multò magis pro ingreſsûs vel tranſitûs

tûs permiſſione pedagium aliquod exigi poterit, *arg. L.3. §.1. ff. de A.R.D.* Negativa (niſi (1.) Dominus Territorii hoc Jus exigendi ſpecialiter habeat vel ex conceſſione, vel legitimâ præſcriptione. (2.) Judæi ſint, qui tranſeant Territorium, ubi non tolerantur, cùm enim horum absque Conductu nulla ſit ſecuritas, meritò ad impetrandam Tranſitûs permiſſionem Securitatis literas (Schirm-Zettel) redimere tenentur.) videtur verior *per L.11. C. de ſervit. & aquâ.* 2. Quia ceſſat ratio Juris exigendi vectigal. E.& Jus ipſum. Nam ſimplex Tranſitus vias non deteriorat, ſicut vectura mercium. *Vid. Rumelin. ad A.B. p. 1. Diſſ. 8. th. 24. Maul. d. tit. num. 15. & ſeqq. ubi latè hanc quæſtionem pro & contra ventilat. Add. Dn. Chriſtian. Henel. in tract. de Ærar. c. 3. n. 5. ubi diſtinguit inter id, quod fieri poteſt regulariter ſemper ac ordinariè, & inter id, quod per accidens, extraordinariè & certis tantummodo caſibus, puta quoad hæc vectigalia, ut dictum eſt, vel propter viarum reparationem, vel ſecuritatis præſtationem. Nam naturale eſt maximè, ad eum cujusq; rei pertinere commodum, ad quem ejus ſpectat incommodum.* Hæc ille.

Ad incommodum ſive onus ſpectat (1) Reparatio viarum publicarum, cui Princeps vel alius Territorii Dominus ſe ſubtrahere non debet: Plurimum enim ipſius intereſt tritas & commodas debitâque latitudine (quæ juxta tenorem Vet. Jur. Provinc. Germ. Cæſar. ad minimum 16. debebat eſſe pedum, 16. Schuh weit/ vel, ſecundùm quorundam locorum conſuetudinem,

dinem, trium perticarum, drey Ruthen weit/ quamvis via etiam vel latior, vel anguſtior conſtitui queat, à Domino Territorii, dummodo per eam vehiculum ire, &, ſi neceſſum fuerit, alteri cedere poſſit. *Vid. Oetting. de Jur. ac Controv. limit. lib. 1. cap. 11. n. 2. & 3. Dn. à Seckend.* im Teutſchen Fürſten-Staat *alleg. p. 3. c. 3. Reg. 3. n. 3.*) conſtantes in Rep. ſua habere vias. Nam ut tradit Neglinus *Tract.* vom Bürgerlichen Stand *c. 16. apud Maximil. Fauſt. in Conſil. pro Ærario, alleg. Dn. Fritſch. de R. V. P. J. c. 14. n. 4.* Zu beſtändiger Fortbringung der in allen Städten nohtwendigen Kauffmannſchafften und Handthierungen/ iſt viel daran gelegen/ daß die Weg und Straſſen im Bau und Weſen erhalten / die Städte fleiſſig gepflaſtert/ die Brücken ſteiff und wol unterſetzt / und die tieffe / ſumpffige oder von Waſſergüſſen zerriſſene Weg um jede Stadt wol ausgebeſſert werden : In Betrachtung/ daß/ wo die Zu- und Abfuhr/ ſo wol das Wandeln zu Roß und Fuß etwas unbequem / bald auch hierdurch die Gewerbe ſelbſten darnider ligen müſſen. Si enim viæ non reparantur, ab extraneis quoque parùm vel rarò uſurpantur, quô ipsô Vectigalium reditus minuitur, hoc ergò Jus qui habent, inprimis hanc in curam incumbere debent, ut viæ & pontes debitô modô reficiantur, uti monet Imp. Fridericus II. *in Conſtit. de Anno 1236. apud Goldaſt. in Conſt. Imp. tit. 1. c. 4.* ibi: Alle die Zöll nehmen auf Waſſer und Land/ die ſollen den Wegen und Brücken ihr Recht halten/ mit Machen und Beſſerung/ und von denen ſie die Zölle nehmen/ ſollen ſie beleiten nach ihrer Macht/ als ferne ihr Gewalt gehet / daß ſie nichts verliehren/ wer diß bricht/ der Zoll ſoll dem Reich ledig ſeyn. In

In mari & fluminibus navigabilibus inprimis majoribus, prohibenda ea, quibus navigationis uſus redditur deterior, *v.g.* ne ædificetur in fluminibus vel mari, jactis in id pilis, *L. 3. §. 1. ff. ne quid in loc. publ. L. 24. de damn. inf. L. 1. §. ſi in mare. de flumin.* Magna ſiquidem navigationis eſt utilitas, hæc enim non ſolùm omnium terrarum commoda inter ſe permiſcet, ſed & Societatem humanam, quâ nihil ſuavius in vitâ, nihil naturæ convenientius, perpetuò conſervat, unde Cicero *libr. 2. de Nat. Deor.* Navigiorum curſibus, inquit, ſuppeditantur omnes undique ad vitam copiæ, plurimisque rebus maritimis fruimur atque utimur, propter nauticarum rerum ſcientiam. (2) Talis navigatio confert ad celebritatem famæ & gloriam, quam longè meliùs faciliùsque hujus, quàm aliûs cujuscunque rei ope, non modò adquirimus, ſed & conſervamus, uti exempla tam vetera, quàm recentiora abundè teſtantur. (3) Et cultiores redditæ ſunt gentes, ſi non per eam ipſam, occaſione ſaltem ejus artis, ſicuti Indorum comprobat exemplum. Poſtquam enim navibus ad eos iri, commerciaque inſtitui cum ipſis cœperunt, factos eſſe meliores, nemo fermè ignorat: Nimirum artes & ſcientias pro ſeipsâ poſtulat, alias invenit, alias jam inventas alia in loca transportat navigatio, *Vid. Dn. Cramer. in Diſp. Inaug. de Navi & Navigat. Claſſ. 2. th. 6.* Hanc igitur navigationem qui impedit, utilitati publicæ reſiſtit, quod ferendum non eſt; ſed modis omnibus prohibendum; Faciendaq; contrà omnia, qui iſtum promovent, *v.g.* loca periculoſa tonnis notanda,

quæ

quæ ancoris ſuſtinentur; & ſupremâ parte rotundæ & latæ ſunt, inferiore graciles pice inunctæ, quæ maximam partem ad dextram jacent in enavigando, ad ſiniſtram in redeundo: & ſi periculum alicubi ab arenis eſt, ibi albæ locandæ tonnæ. Ubi ancoræ commodè dimitti poſſunt, ibi ſignum ſtatuendum ancoræ. Ubi cœci ſcopuli vitandi, ibi ſignum crucis apparere ſolet & debet. *Vid. Dn. Strauch. de Imp. Mar. c. 7. n. 5.*

Quær. hîc: An in reparationem viarum quis teneatur plus impendere, quàm ex vectigalium reditu percipit? Hæc quæſtio videtur quodammodo eſſe fruſtranea, ne dicam Domitiana: Experientiâ enim diſcimus alicubi locorum longè pluris vectigalium nomine exigi, quàm unquam in refectionem viarum impenditur. Sicuti hâc de re conqueritur Eitel Friderich von Herden in der Grundfeſte deß Heil. Römiſchen Reichs *p. 3. c. 8. num. 5.* ubi ita ſcribit: Obwol im Frieden-Schluß / *art. 9.* wie nicht weniger in der jüngſten Käiſerl. Capitulation / *art. 21.* wegen Abſchaffung deren aus eigenmächtiger Autorität eingeführten unrechtmäſſigen Zöllen / Impoſten und Licenten / wordurch die Stände einander / meiſtens aber Einer deß Andern arme Unterthanen / wider GOttes Gebot / die Chriſtliche Lieb und alle Billichkeit / ausſaugen / beſchweren / und verderben / Verſehung geſchehen: Dieweilen aber ſich täglich deßwegen mehr Klagen vernehmen laſſen; ſo wäre denn auch einſt würcklich nachzuſetzen / die alte Zöll zu erniedrigen und ad æquitatem zu reduciren / deren Menſur dann darinnen beſtehet / daß nicht vielmehr Zöll zu erfordern / als was man etwan auf Reparir-

und

und Verſicherung der Oerter / worvon derſelbe zu geben nothwendig / und in Warheit verwendet. Hæc ille: *Add. Dn. Warmundus à Fridberg. in Not. Rer. Illuſtr. Imp. Rom. Germ. p. 3. diſc. 12. num. 4. ubi circa fin. ità ſcribit: Non parùm intereſſet ad commercia communia Germaniæ bono promovenda, ut hæc ſalutaris Conſtitutio (Inſtrum. Pac. & Capit.) in bonum uſum veniret; & vetera vectigalia moderarentur, & ad æquitatem reducerentur. Cæterùm privatum commodum in multis hic communi hodiè prævalet.*

Verùm notanter diximus: *Alicubi locorum.* Nam ſunt adhuc Status Imperii, qui privilegiis ſibi conceſſis contenti intra ſuam pelliculam, uti in proverbio dicitur, ſeſe continere novunt, de his q. quæſtio non eſt fruſtranea: Putamus autem tales non teneri ad faciendum majores in viarum reparationem impenſas, quàm quantùm ex vectigalium reditu percipiunt; *arg. L. 10. ff. de R. J. cap. 55. de R. J. in 6. ubi add. Dyn. n. 2. clem. 1. de cenſib. L. un. §. 4. C. de caduc. toll.* Naturalis enim ratio, quòd is, qui commodum ſentit, etiam ſentire debeat incommodum, ſicut Vectigalium perceptoribus hocce onus non immeritò imponit: Ita ex eâdem naturali ratione, ceſſante commodo, iſti eodem onere rurſus liberantur; ſiquidem naturæ adverſum commodis deſtitutum oneribus premi & affligi; *per dd. texx.* adeòque mutua & correſpectiva oneris commodiq; ratio eſt & æqualis determinatio, inde meritò vectigalium reditus & impenſæ in reparationem viarum fa-

ciendæ conferuntur, & iſtis adæquantur, quod enim onus reguletur ſecundùm commodum, quod eſt oneris cauſa, tradunt Bartolus, Baldus & Alexander *in L. plane. 34. §. ſi duobus. ff. de Legat. 1.* Siquidem quod ob cauſam fit, ſecundùm illam determinari debet; limitatâ quippe cauſa limitatum producit effectum, *L. 16. ff. de A. R. D. Vid. Otto in Dialect. Jur. c. 3. Reg. 3. & c. 7. Reg. 3.* Hinc diminuto commodo, diminuitur quoque onus, *arg. L. 35. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* Nam mutua repromiſſio & obligatio ad conſervationem & reparationem viarum aliter non poteſt intelligi, quàm cum reſtrictione quâdam ad commodum vectigalis, vel pedagii: Generalis enim & indefinita diſpoſitio, promiſſio, ſive obligatio reſtringitur per rationem ſecundùm ſuam cauſam, *arg. L. 77. §. 20. ff. de Leg. 2.* Et dicta multò magis locum inveniunt eô caſu, quô jus percipiendi vectigal vel pedagium unà cum Jure Conducendi, vel conjunctim cum eô, per conceſſionem feudalem pro beneficio, commodum & emolumentum afferente, quis habet, ſicut Illuſtriſſimi Domini in Limpurg de ejusmodi Juribus ab Imperatoribus inveſtiti ſunt, & dicto modo per aliquot centum annos illa exercuerunt, hodieq; exercent, idque quantum ad Lineam Gaildorffianam, non ſolùm in propriô, ſed etiam in alienô Territorio, ſimultaneè ſcil. cum vicina Imperiali Civitate Hallenſi, in certo inq; Inſtrumento Inveſtiturali determinato diſtrictu: Nam quemadmodum beneficia feudalia ex augmentis & imminutionibus ratione ſervitiorum præſtandorum æſtimanda,

& eâ

& eâ quidem ratione vaſallus ultra feudi fructus nihil præſtare Domino tenetur, ut Feudiſtæ communiter docent: *Vid. Joh. Ruding. in Method. Jur. feud. lib. 1. c. 18. n. 29.* Ita, ſi onus imponatur, habito reſpectu ad reditus, ut ſit in ſervitiis vaſalliticis, diminuitur & augetur id ſecundùm facultates redituum, *cap. quanti. circa fin. de Cenſib. in 6.* ſi verò hi non ſufficiant, cujusque Territorii incolas ad reparationem absque ullo perſonarum diſcrimine (*arg. L. ad inſtructiones. 7. C. de SS. Eccleſ. Nov. 131. c. 5.*) pro ſua quaq; facultate obligari ſtatuimus cum Dn. Fritſchio *d. tr. c. 14. n. 23.* & Dn. Struvio *Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 45. th. 75.*

Sed quid ſi duo Jus Vectigalium alicubi commune habeant, alter autem ſine conſenſu alterius plus in viarum refectionem impendat, quàm reditus iſtius importat, an eo nomine contra alterum actionem habebit? Negativa, ex jam antè dictis videtur expedita. Nam ſi vectigalium perceptores plus in viarum reparationem impendere non tenentur, quàm ex illorum reditu percipiunt, ut ſuprà demonſtratum, facilè ſequitur, ſi tale Jus pluribus ſit commune, & alter inſcio & invito Con-Domino majores ſumtus faciat, eo ipſo huic nihil poſſe præjudicari, ſed iſtius liberalitati id adſcribendum eſſe. Cæterùm pro Affirmativâ facit, quòd certi Juris ſit, ſocium, ſocio etiam invito, rem communem ad deſtinatum uſum reficere poſſe, & facere id, ad quod res parata eſt, *per L. 6. §. 4. d. D. R. L. 52. §. 10. & 12. ff. pro ſoc. L. 12. ff. comm. divid.* ſive ſit ad hoc deſtinata à principio ex

conventione, *ut in caſ. d. L. 52. §. item Mela. 13. ff. pro ſoc.* ſive ita ſimpliciter tacitè appareat de deſtinato uſu rei, in cujus communionem incidimus ex naturali habitu, *vid. L. 4. ff. de ſervit. leg. Antonium Teſſaur. Deciſ. 41. n. 1. ubi n. 2. dictam aſſertionem ampliat, ut procedat, etiamſi refectio ejusmodi prohibendi noceret, arg. L. 24. §. 12. L. 26. ff. de damn. infect. Conſ. Sprenger. de Jur. ædif. c. 11. p. m. 103.* Et quòd hoc caſu ſocius quoque invitus cogatur contribuere in expenſis refectionis ſeu reparationis rei communis, luculenter patet ex L. 32. ff. de damno infect. L. 4. C. de ædific. privat. adeò ut ſi ſocius noluerit rem communem reficere, poſſit privari commodo; & ſi ceſſet ſolvere pro parte ſuâ ſumtus in refectionem factos intra quatuor menſes, dominium partis ſuæ amittat, quæ ſocio reficienti applicetur, *d. L. 52. §. 10. ff. pro ſoc. L. 4. C. de ædific. privat. Vid. alleg. Anton. Teſſ. d. Deciſ. n. 3. Capoll. in tract. Cautelar. cautel. 85. Idem de ſervit. Urban. præd. cap. 59. n. 8. Sprenger. d. tract. c. 4. p. m. 16.* Verùm Negativa opinio verior, cùm ſocius invitô ſociô in re communi ædificare vel aliquid facere non poſſit, *L. Sabinus 28. ff. comm. div. add. Gail. de Pignorat. Obſerv. 20. n. 4. & ſeq.* nec reducere rem communem in meliorem ſtatum quàm priùs fuit, *L. 8. ff. de ſervit. prædior. urban.* quod Baldus *in d. l.* exemplis illuſtrat & declarat, ſi fortè ſocius velit ingroſſare murum, ut poſſet eò magis onerare, & concludit, quòd invitô ſociô non poſſit. Item & hunc caſum *per d. L. 8.* decidit Baldus: Quòd ſcil. ſi unus ſocius ex habenti-

bentibus molendinum velit imponere molas meliores repugnante alterô, hic non teneatur ad expenſas. *Vid. Capoll. d. tract. de ſervit. urb. præd. cap. 58. n. 7. & ſeq. Anton. Teſſaur. d. deciſ. 41. n. 9.* Textus ſunt in hanc rem expreſſi: Reficere ſic accipimus, ait Ulpianus *L. 3. §. 15. ff. de itin. act. priv.* ad priſtinam formam iter & actum reducere, h. e. ne quis dilatet, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret, aliud eſt enim reficere, longè aliud facere. Idem Ulpian. *in L. 1. §. 2. de via publ. & itin. publ. ref.* Si quis in ſpecie refectionis deteriorem viam facit, impunè vim patietur, propter quod neque latiorem, neque longiorem, neque altiorem, neque humiliorem viam ſub nomine refectionis is, qui interdicit, poteſt facere; vel in viam terrenam glaream injicere, aut ſternere viam lapide, quæ terrena ſit, vel contra lapide ſtratam terrenam facere. Adeò forma antiqua rei communis & ſubſtantia immutari non poteſt, præſertim ſi multo tempore in eâ formâ ſteterit. *Anton. Teſſaur. d. l.* Ad rationes pro Affirmativa adductas Reſp. quòd iſtæ concluſiones tum demum procedant, ſi neceſſitas reficiendi reparandiq; ſubſit & de eo liquidò conſtet: *Vid. laud. Teſſaur. d. deciſ. n. 14.* Deinde ſi non propria autoritate, inſcio ſocio refectio fiat, ſed hic priùs interpelletur & ad contribuendum requiratur, is autem factâ requiſitione & interpellatione contumax & obſtinatus ſit & communia negligat, *Capoll. d. tract. c. 59. n. 8. Cyn. in L. 4. C. de ædif. priv. Rebuff. Conſ. 156. in fin. Tib. Decian. Conſ. 20. num. 6. vol. 2. Joh. Petr. Surd. Conſil.*

Conſil. 43. n. 19. lib. 1. Joſeph. Ludov. in Commun. concluſ. 53. n. 20. Vincent. Carot. Deciſ. 92. n. 7. & ſeq. Franciſc. Viv. Deciſ. 317. n. 5.

2. Incumbit Territorii Dominis, ſeu iis, qui Regale viæ publicæ & fluminis habent, ut curent ea, quæ ad ſecuritatem hujusmodi viæ & fluminis ſpectant, quò videlicet à malis hominibus purgetur, & ne à latronibus, plagiariis, prædonibus, & furibus infeſtetur; *L. 3. in fin. L. 13. ff. de Offic. Præſ. L. 7. ff. de incend. ruin. naufr.* ſed liber tutusq; omnibus Viarum publicarum & fluminum ſit uſus: Nam publicè utile eſt ſine metu & periculo per itinera commeari, ſemperq; ea loca, per quæ vulgò iter fit, ſecuritatem habere debent, *L. 1. §. 1. & 2. ff. de his, qui effud. vel dejec.* & ex hoc agnoſcendus eſt Princeps, ſecundùm dicterium Philippi Haſſiæ Landgravii, laudatiſſimi Principis: Man ſoll einen Fürſten erkennen bey reiner Straſſen / guter Müntz / und Haltung beſchehener Zuſage.

Hinc Juri Conducendi annexum eſt Jus indagandi, perſequendi, & conquirendi depopulatores agrorum ac graſſatores per vias publicas fluminumque infeſtatores, das Recht deß Straiffens / *vid.* R. A. zu Augſpurg *de Anno 1555. §.* Nachdem ꝛc. *86. ubi*: Ein jeder Churfürſt / Fürſt und Stand / ſein Chur- und Fürſtenthum Land und Gebiet / auch Straſſen rein / und darzu nohtdürfftige ſtreiffende Rotten zu erhalten / und die Verſehung / damit ſich nicht muthwillige Leut in ſeiner Obrigkeit zuſammen ſchlagen / und andere beſchädigen / zu thun ſchuldig. R. A. zu Augſpurg *de Anno 1548. §.*

Fer-

Ferner zu noch mehrerer 20. *ibi:* Daß ein jede Obrigkeit im Heil. Reich Teutscher Nation in ihren Fürſtenthumen/ Landen und Gebieten/ bey den Ihren Fürſehung thun ſoll / daß die Straſſen frey und rein gehalten/ darauf auch niemands gefangen/ geſchlagen/ beraubt/ hinweg geſchleifft/ſeiner Güter ausgehaben/hinweg geführt / oder anderer Geſtalt beſchweret werde/ ſondern das einem Jeden / an Orten es herkommen/ ohne Weigerung/ auf ſein Anſuchen ein frey/ ſicher/ genugſam Gleit gegeben/ und alſo männiglich zu Beförderung deß gemeinen Nutzens allenthalben frey/ ſicher handeln und wandeln möge. Und darüber jemand auf der Straſſen angegriffen/ und obbeſchriebener Geſtalt beſchädiget würde / ſo ſoll nach Gewohnheit eines jeden Orts an die Glocken geſchlagen/und jeder Obrigkeit Amtsleut und Unterthanen/ ſo ſie deß ermahnet/oder mit ſich ſelbſt gewahr werden/dem Thäter nachzueilen ſchuldig und pflichtig ſeyn. Hâc de re Laudum Heilbronnenſe *d.l.* ita diſponit: Quando autem ex Privilegiis apparet ad Securitatem & Cuſtodiam viarum Jus Conducendi Electoratui Palatino conceſſum eſſe, virtute ejusdem competit Inſpectio viarum pro illo fine, das Bereiten der Weg/ und Haltung der Gleits-Reuter/ indagatio & perſecutio latronum, prædonumque, & ſimilium,per quos viæ publicæ infeſtantur,quod vocamus, das Recht deß Angreiffens / talium , qui in ejusmodi viis reperiuntur , abductio & punitio. Ut tamen,quicquid eo nomine fit , intra terminos Viæ Regiæ conſiſtat, ab eo Cuſtodiæ Viarum

præpoſiti non deflectant, nec Vicinis provincialibus moleſti vel oneroſi ſint, ſed ſuis ſumtibus ſine horum impendio & onere iſta omnia expediant. Quod ſi, dum fit ea Perſecutio, malefici à Via Publica per vicinales vel alia loca vicina territorii perfugerint, perſecutoribus quidem licitum ſit perſequi etiam, in fugâ ſiſtere & apprehendere, non verò abducere, ſed trahendi ſunt ad carcerem, in quorum locis capiuntur, ab iis puniendi. *Hæc illud.*

Quòd ſi tanta eſſet latronum aut militum vagantium, qui prædonum more Securitatem hancce violarent, copia, ut iſtis tam facilè reſiſti non poſſit, fas eſt Magiſtratum vicinum ejusque ſubditos in auxilium vocare; *Vid. d.* §. Ferner 2c. *ibi:* in welchem auch eine jede Obrigkeit der Andern / deßgleichen eines jeden / deß andern nächſtgeſeſſenen Unterthanen zu Hülff kommen ſollen / damit die Thäter zu Handen gebracht / und den Beſchädigten das Ihre erſtattet werde. *Confer* R. A. *de Anno* 1559. §. Wofern aber 2c. *ubi clarius hoc exprimitur his verb.* Wofern aber die Nacheiler und Beſchädigten diſſfalls berührte Thäter und Beſchädiger niderzuwerffen/ und Hand zu haben/ ſelber nicht mächtig noch ſtarck genug wären/ alsdenn mögen ſie die nächſtgeſeſſene Obrigkeit oder dero Amtleut und Befehlshaber/ mit Erzehlung/ warum die Nacheil beſchicht/ um Hülff und Handhabung / auch mit Taſtung oder Einziehung der Thäter und Beſchädiger anruffen / und ſoll dieſelbig Obrigkeit / oder dero Amtleut und Befehlshaber verbunden und

und ſchuldig ſeyn / ihrem beſten Vermögen nach alsbald den Anruffenden zu Roß und Fuß zu Hülff zu kommen / und im Fall es die Nohtdurfft und Gelegenheit wolte erfordern/ den Sturm und Glockenſtreich zimlicher maſſen angehen/auch immittels alsbald von einem Flecken/ Dorff oder Weyler in das ander/warum ſolches beſchicht / mit Vermahnung den Thätern oder Beſchädigern mit helffen nacheilen/ berichten laſſen ꝛc. Hæc autem præſtatio ſubſidii non debet operari ultra intentionem imperantium. Et ſi hic modus videatur minùs idoneus,poterit implorari auxilium Circuli. *Vid.* R. A. *de Anno 1555.* §. Sofern aber ꝛc.

Cùm autem non magis in ditione continentis, quàm maritimâ neceſſum ſit curare, ut malis hominibus purgetur , *juxta d. l. 3. ff. de Offic. præf.* in mari quoque & fluminibus habere naves exploratorias & excurſorias, Auslaag-Schiff/ Securitatem maris & fluminum explorantes, tutantesque, convenit, utilitasque publica exigit, ne commercia maritima ad ſuccurrendum indigentiæ humanæ primitùs inventa & hactenus non ſine fructu uſurpata aliquid detrimenti capiant. Eorum enim primam originem & inevitabilem quaſi neceſſitatem ſi conſideres , facilè in eo mihi præbebis aſſenſum , nec hodie Genus Humanum , niſi maximo rerum pretioſiſſimarum laborare velit, defectu iis carere poſſe. Nam cùm pauci adhuc eſſent homines in terris , una eis regio tametſi parva ad alimenta resq; neceſſarias facilè poterat ſufficere ; Verùm poſtea ubi numerus ipſorum augebatur, non modò non a-

lere illos, ſed ne capere quidem omnes poterat: neceſſum igitur tunc fuit, ut non ſolùm novis ſedibus extra ſolum patrium trans mare & flumina, (quæ quò minùs ad iſtas perveniri potuerint, obſtabant, quæque ob memoriam recentis adhuc per Diluvium acceptæ cladis ac exinde conceptum metum ingredi non audebant homines) quærendis animum intenderent; ſed etiam iis ſingulari DEI Providentiâ (dum animos ipſorum vi quâdam arcanâ atque ineffabili ad cupiditatem hujus rei accendit, *uti docet Dn. Cram. in d. Diſp. Inaugur. de Nav. & Navigat. Claſſ. 2. 6.5.*) inventis atque occupatis commutationi rerum ſtuderent; Cùm enim multa ad ſuſtentandam vitam nobis ſint neceſſaria, non omnis autem ferat omnia tellus, juxta Virgilium, adeoque fiat, ut quod ego ad neceſſarium victum deſiderem, mea non ferat tellus, & quod alter, neque in ſuo reperiat ſolo, excogitandum erat aliquod medium, vectura ſcilicet, quâ invicem tam mari quàm terrâ humanæ indigentiæ poſſit ſuccurri, & quorum inopiâ laborat Regio, ea mediante navigatione abundanter ad eam transvehi queant. Hinc ſecuritate quàm maximè opus eſt, ut navis ſalva & incolumis, ſarta tectaque, &, mediante hâc, perſonæ & merces de loco in locum commodè deferri & apportatione mercium extranearum ſæpiculè dictæ indigentiæ humanæ ſubveniri poſſit. Sine Securitate enim navigatio planè eſſet inutilis, nec dignè rerum neceſſariarum poſſet ſuccurri inopiæ.

Quær. hîc, An Hoſtiles Naves perſequenti in alieno portu invadere liceat? Intereſſe putat Dn.

Dn. Strauch. *de Imp. mar. c. 6. n. 9.* an quæratur de Jure perſequentis adverſùs hoſtem, an de jure ejus, cujus portus eſt. Priori ſenſu perſequi licitum putat eodem jure, quo delinquentem in alterius Territorium fugientem ibidem in continenti apprehendere licet, quod vulgò Nacheil vocari ſolet, *per R. I. de Anno 1555.* §. Würde ſich aber bey einem. *36. & §. ſeq. R. I. de Anno 1559.* §. Und haben uns demnach. *22. ibi:* Segen/ ordnen/ und wollen/ da hinfüran obgemeldte gefährliche Reiſigen und Fußknechte/ Räuber oder Mörder/ einer oder mehr/ in der Oberherrlichkeit und dem Gebiet/ darinn er oder dieſelbige argwöhnlich befunden/ jemand wider Unſere und deß Heil. Reichs *Conſtitution* und gemeinen Frieden/ auch derwegen hiebevor ausgangene Mandat/ thätlich angegriffen/ beſchädiget/ oder einiger boshaffiger Handlung ſich unterſtanden hätten/ und in ſolcher Ober-Herrlichkeit und Gebiet/ darinn dieſe Angriff und Beſchädigung beſchehen oder fürgenommen/ nicht betreten/ ereilet/ oder ergriffen werden könten/ daß die jenigen/ ſo beſchädigt/ zu Roß und Fuß zimlicher Weiſe und nach Gelegenheit der Macht oder Stärcke/ auch Rüſtung deſſen oder deren/ ſo ſolchen Angriff und Beſchädigung gethan/ oder zu thun unterſtanden hätten/ den oder dieſelben von einer Obrigkeit an die Ander/ auch einem Crais in den Andern/ jedoch ihnen den Obrigkeiten und Craiſen ohne Entgelt/ nacheilen und ſie niderwerffen mögen. Poſteriori caſu non licere autumat, cùm is, cujus portus eſt, habeat jus prohibendi.

Ali-

Aliquando latronibus vel prædonibus comprehendendis imponuntur pretia. Quo caſu obiter Quær. An ſi ejusmodi latro, vel pirata, in cujus caput certum conſtitutum eſt præmium, ultrò ſe ſiſtat, hoc ipſe mériturus, jure iſtud exigere poſſit? Neg. per L. 4. §. ult. in fin. ff. de condict. ob turp. vel injuſt. cauſ. Sed indicium accipere non eſt turpe, *d. l. 4. §. ult. & l. 15. ff. de præſcript. verb.* adeoque nulla accipientis verſatur turpitudo. Ergò condictio non videtur locum habere: Si condictio non habet locum, juſtè ſolvitur hoc nomine aliquid: ſi juſtè ſolvitur, juſtè, ſive de Jure debetur. Verùm Reſp. Hoc in tertio innocente verum eſſe, non in ipſo malefico, qui ſe ſociúmve indicando non exercet actum ad irrogandam pœnam directum. Indicii enim finis eſt indicati pœna. Ergo Actus tendens ad pœnam non poteſt operari in eodem ſubjecto præmium. *Vid. Dn. Strauch. dict. Diſſert. de Imp. mar. cap. 9. num. 3. ubi habet exemplum.*

Ulteriùs Quær. An quis teneatur indicare piratam? Negant Dd. *in L. Civile eſt 5. C. de furt.* Putarim tamen contrarium ex dicta Lege faciliùs poſſe probari, quòd & iſti videntur agnoſcere non tantùm quoad forum Conſcientiæ, *per c. 4. extr. de furt.* ſed & in ſubditis, qui in criminibus enormibus tenentur indicare, & puniuntur, niſi indicent. *L. utrum. cum Gloſſ. & LL. ſeqq. ff. ad L. Pomp. de parricid. Vid. laudat. Dn. Strauch. d. c. 9. n. 4. Add. Dn. Brunnem. in Commentar. Cod. ad d. L. 5. Dionyſ. Gothofr. in not. ad ſupr. alleg. L. 4. §. ult. ff. de condict. ob turp. vel injuſt. cauſ. lit. i.* Quam-

Quamvis ſuperiùs dictum ſit, Juri Conducendi adnexum eſſe Jus Indagandi, Perſequendi, & Conquirendi viarum fluminumque Infeſtatores, das Recht deß Streiffens. Sciendum tamen, id eſſe nihilominùs jus ſeparatum, quod per ſe poteſt ſubſiſtere; nihilque invicem commune habere cum Salvo Conductu, Jurisdictionem Criminalem, vel Jus Gladii, quod ſe exſerit per Inquiſitionem in latrones, graſſatores, & fures famoſos. Hinc poteſt aliquis iſtud Jus habere, cui tamen Jus Conducendi nequaquam competit: v. g. Imperii Civitatibus, Norimbergæ, Privilegio Caroli IV. Imp. de Anno 1355. à Succeſſoribus Imperii confirmato, & Memmingæ Privilegio Friderici III. extra Territorium Perſecutio Facinoroſorum, captura atque reductio indulgetur, eas tamen exinde, vel ex unicô hôc fundamentô etiam Jus Conducendi ſibi arrogare, nondum audivi, nec facilè credo. Quamvis enim hæc Jura videantur connexa, tamen eorundem connexio non eſt omninò individua, & inſeparabilis, ita ut alterum ſine altero ſtare nequeat, ſed talia ſunt connexa, quæ ſub uno generali quidem jure aliquando comprehenduntur, ut tamen ratio unius ſine alio diſcerni poſſit. Unde in Jurisdictionalibus & Regalibus communis eſt regula: Quòd extenſio ab uno ad alterum non habeat locum, ſeu, quòd ex conceſſione unius alterum non rectè inferatur, cùm ſtrictiſſimi ſint Juris. *Conf. Noe Meurer in Tract.* vom Jag- und Forſt-Recht *p. 2. ſub rubr.* Ob der Hohen Obrigkeit die Forſtliche anhange? *fol. mihi 55. ubi:* Ob es wol bey vielen darfür will

gehal-

gehalten werden/ als ob hohe Obrigkeit/ Forſtlich⸗und Gleitliche gemeiniglich einander anhangen und connexa ſeyn / ſo mag doch ſolch Argument nicht allweg beſtehen. *Bart. Bald. & Jaſon. in L. Imperium. ff. de Juriſdict.* Denn gleich geſetzt/ daß jemand durch die Käiſerliche Majeſtät mit hohen und nidrigen Gerichten/ aller Obrigkeit/ dieſen und dergleichen Worten und gemeinen Clauſuln belehnt würde/ ſo folget nicht darum nohtwendig / daß auch Forſtliche Ober⸗und Herrlichkeit und alle andere Regalia mit erlangt / ex ſeparatis nihil infertur, nec contingit hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, darzu gibts den Verſtand neben der Erfahrniß/ daß Gleitliche von Malefitzen und andern Ober⸗und Herrlichkeiten wol mögen geſondert/ eine ohne die ander gebraucht oder nicht gebraucht werden / alſo diß kein ſchließlich Argument ꝛc. Hæc ille.

Sed Quæſt. de Jure Centenæ, an is, qui hoc gaudet, habeat quoque Jus Conducendi? Diſtingu. videtur cum Dn. D. David. de Neufuiſſe *Amico & Commilitone quondam noſtro, in Diſp. Inaugur. de Jure Centenæ* §. 17. *junct.* §. 31. inter Centenam univerſalem, ſeu pleniorem, quando ſcilicet quis habet omnium omninò, etiam leviorum criminum, coërcitionem, eaque quæ ad eam expediendam faciunt, peragendi Jus: & particularem ſeu minùs plenam, quæ ipſi eſt poteſtas animadvertendi in certa quædam crimina, plerumque & regulariter in alterius Territorio, ubi ad alterum pertinet Vogtheya, competens. Illa enim, cùm ut plurimùm juxta d. Au-

d. Autor. ſententiam exerceatur conjunctim cum Jure Territoriali, & ſi reperiatur ab hoc ſeparata, per accidens id ſaltem contingat, utique & noſtrum Jus Conducendi poſt ſe trahet, licet hæc idem non faciat. *Conf. Oetting. de Jure ac Controv. limit. lib. 1. c. 9. p. m. 197. & ſeq.* Verùm rectiùs forſitan cum Authore deß Wertheimiſchen gründlichen Gegenberichts / *c. 12.* ſimpliciter negatur, cùm Jus Conducendi ſit ſeparatum Jus, diverſæque naturæ & ſingularis indicina Superioritatis; quod ipſum laudatus Dn. de Neufuille *in θ. ſeq. 18.* innuit, dum ita inquit: Diximus autem univerſalem & plenam Centenam *ut plurimum* conjunctam eſſe cum Territorio. Nam & quandoque Centena plenior eſt aut univerſalis, etſi cum Territorio conjuncta non ſit. *Hæc ille.* Hinc licet fortean quis iſto caſu, quando ſcilicet Centena univerſalis & plenior conjuncta eſt cum Territorio, gaudeat etiam Jure Conducendi, id tamen non Juri Centenæ, ſed Territoriali potiùs adſcribere poterit. Cùm hæc duo ſint Jura diverſa diverſos producentia effectus, *v. gr.* Sereniſſimus Elector Palatinus Centenam Schriesheimenſem cum Jure Conducendi, Vectigalium, aliisque Regalibus & Territorio attribui ſolitis Juribus in Hembsbach / Sultzbach und Laudebach / *teſte laud. Dn. de Neufuille d. l.* exercet. Hæc tamen poſteriora Jura non habet vi iſtius Juris Centenæ, tanquam effecta hujus, ſed potiùs vi Juris Territorialis, quod conjunctim cum iſtâ Centena ibi locorum obtinere dicit d. Author θ. 10.

Ulteri-

Ulteriùs Quær. Si delictum in viâ Regiâ, vel flumine publico ſit commiſſum, ad quem ſpectet cognitio & coërcitio, an ad eum, qui in Territorio merum & mixtum imperium habet, an verò ad illum, qui gaudet Jure Conducendi? Prius videtur affirmandum: Cui enim in univerſo Territorio conceſſum eſt merum imperium, cur non idem in ejus parte, viâ nimirum vel flumine publicô competet; Quod enim diſponitur in toto, in qualibet ejus parte diſpoſitum intelligitur, ſeu, quod juris eſt in toto quoad totum, idem juris eſt in parte quoad partem, *L. quæ de tota. 76. ff. de R. V. L. 82. ff. de adquir. vel omitt. hæred. L. 7. §. 6. ff. de pact.*

Pro Negativâ pugnat: Quòd poſſeſſor Regalium viam ſartam tectam atque ab obſidionibus latronum vix tutam præſtare poſſit, niſi illi actus Jurisdictionales in ea exercere permittatur. *Vid. Oettinger d. tract. lib. 1. c. 9. n. 27. Dn. de Neufuille ſæpius alleg. Diſp. θ. 20. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 2. num. 16. & num. 39. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 9. θ. 46. Quirin. Kubach. quæſt. Illuſtr. cent. 1. Dec. 6. q. 4. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. num. 400. & ſeqq. Brunnem. de Proceſſ. Inquiſit. c. 3. n. 20. ubi n. 21. addit: Si in pago velCivitate in via publicâ delictum ſit commiſſum, pertinere cognitionem & punitionem ad Dominum loci,* der die Straſſen-Gerichte hat / *Borch. ad cap. un. quæ ſint Regalia. n. 25. ubi itidem n. 26. limitat hanc ſententiam, ut procedat, modò totum corpus in viâ publicâ reperiatur proſtratum, non autem ſi caput extra iſtam conſpiciatur, hoc enim caſu*

ſu pertinere cognitionem ad illum, in cujus Territorio caput jacet, per L. cum in diverſis. 44. ff. de religioſ. & ſumt. ſun.

Nos putamus diſtinguendum eſſe, an delictum in viâ vel flumine publico ſit commiſſum in ipſo actu deß Gleitens/ an extra eum. Si in ipſo actu deß Gleitens commiſſum eſt, utique cognitio & coërcitio ejus pertinebit ad Dominum Juris Conducendi, & ita intelligo Autores, proximè allegatos. Si autem extra actum Conducendi, nullam cognitionem & punitionem iſte ſibi poterit arrogare. *Vid. Rumel. ad A. B. p. 1. Diſſ. 2. th. 8. Dn. Myler de Princip. & Statib. Imp. c. 59. n. 13. Maul. de Jur. Conduc. tit. 10. n. 6.* niſi ex conventione vel præſcriptione id Juris ſpecialiter acquiſierit, quod, qui allegat, in dubio probare debet. Si quis enim intra fines Principis vel Comitis ſe quaſi poſſeſſionem Jurisdictionis habere contendit, & adversùs eum, qui Dominus eſt, agit, titulum ne dum in petitorio, ſed & in poſſeſſorio probare tenetur, cum absq; titulo nulla Jurisdictionalia poſſideri queant, *ex Menoch. remed. retin. 3. n. 590. & recup. rem. 15. n. 469. & Maſcard. de probat. concl. 1371. n. 70. tradit Aut.* deß Wertheimiſchen wolgegründeten Gegen-Berichts *d. c. 12. p. m. 316.* Hinc ſi poſſeſſio ſit violenta per impreſſionem Præfectorum & Officialium adquiſita, (wie dann die tägliche Erfahrung zu erkennen gibt / daß die Potentiores und deren Beamte den Jurisdictionalien mit ſolchem Ubergreiffen hefftig nachtrachten/ und die Schwächere ſich deren allgemachſam zu begeben nöhtigen/ uti loquitur Caſp. Klock. *in Conſil. tract.*

de Contribut. annex. 3. p. m. 46.) nil juris tribuet. *Vid. Petr. Heig. 2. Quæſt. 40. n. 144.* Hâc de controverſiâ in Laudo Heilbronn. *d. l.* talia leguntur: Delinquentium dum Conductus præſtatur tam eorum, qui conducuntur, inque eorum comitatu ſunt, quàm qui conducunt, coërcitio & pœna ex Jure Conducendi eſto Sereniſſimi Electoris. Quicquid autem ultra hæc jurisdictionis, ſeu civilis, ſeu criminalis eſt, ex cauſa Conductus non competit, ſed iis, quorum vel Jus Viæ Publicæ, vel circa hanc Territorii eſt, quibus & in viâ delinquentium punitio, ut & cadaverum ablatio ſine impedimento relinquatur, deq; eo ſtetur literis Inveſtiturarum & Privilegiorum, è quibus illud impetratum fuit: His nullis exiſtentibus conſuetudini & poſſeſſioni, quæ hactenus fuit, donec ſuper eo aliud pleniùs in foro competente deductum eſt, & ſententia pronunciata erit.

Porrò quæritur, ſi delictum *v. g.* homicidium, in confinio & quaſi centro, Mitten auf der Marck-Scheidung duorum Dominorum Territoriorum ſit commiſſum, ad quem pertineat cognitio? Alii ei tribuunt iſtam, in cujus Territorio caput occiſi repertum fuerit, cum caput ſit membrum divinum propter cerebrum, in quo eſt ſenſus & intellectus, *arg. L. 44. ff. de relig. & ſumt. fun.* Alii ei, cujus terram pedes preſſerint, in loco delicti eum interemtum ſtetiſſe præſumentes: alii ei, in cujus Ditione cor inventum fuerit, cum cor habeatur pro fonte vitæ: alii ei, in cujus Territorio homicida ſteterit, fundationem Jurisdictionis à committente crimen

crimen pendere exiſtimantes. Nullius opinio ſatis ſolida. Neque enim ex membri dignitate fundatur Jurisdictio, ſed ex loco, ubi crimen commiſſum, *per L. 1. C. ubi de crim. ag. L. fin. ff. de accuſat. Nov. 134. c. 5.* Vid. Decian *in tract. crim. lib. 4. c. 17. n. 1.* neque pedes ſatis tutè indicant, ubi delictum commiſſum, cùm inflicto jam vulnere lethali præ irâ & dolore ſæpe quis in altum ſe moveat locum & alterius premere poſſit terram, vel ab ipſo homicida iſtuc loci deferri, vel in fuga trajici; neque ex delinquentis perſonâ ſolâ, ſed patientis præcipuè tali in caſu delictum æſtimatur. Optima nobis videtur opinio Kubachii *d. Cent. 1. Dec. 6. q. 3.* diſtinguentis: An caſus, de quo quæritur, ſit liquidus & clarus, *h. e.* an manifeſtè conſtet in utriusque Territorio crimen eſſe admiſſum, quod inter alia exinde patere poteſt, quando *v. g.* cadaver utrumq; attingit, ſanguineq; polluit, annon? Priori caſu extra dubium utriusque erit cognitio, termini ſiquidem de utraque Territorio participant, *juxta Everh. in Loc. Legalib. loc. ab extremis.* Poſteriori verò caſu intererit, an corpus occiſi ſit adhuc integrum, an in partes diſſecatum. Si integrum, licet hujus Territorio hæreant pedes, in alterius verò caput reperiatur, nihilominus indiſtinctè utrique deferenda veniet cognitio. De duorum enim Jure ſi dubitemus ita facienda interpretatio, ut utrique quid in illo attribuamus, ne fortè id totum & uni attribuamus, cui non debetur, & alteri, cui debetur, contra L. 11. ff. de R. J. detrahamus. *arg. §. fin. Inſt. de vulg. ſubſt. L. 40. ff. de hæredib. inſtit.* Ita tamen utri-

 usq;

uſq; eſt cognitio, ut alter alterum cadaver judicialiter tollendo, particulam vel de corporis vel ejus veſtis parte ſanguinolenta, Stich- und Wunden-Maß/ auferendo præveniri poſſit. *Conf. Dn. D. de Neufville d. Diſp. de Jure Centenæ* θ. *40.* Si in partes ſecatum, & pars una hîc reperiatur, alia alibi, tunc illius erit cognitio, in cujus agris caput eſt inventum, cum caput ſit membrum principalius, *per d. L. 44. ff. de relig. & ſumt. fun. ibiq; Gothofred. in not.*

Quid ſi in uno Territorio inchoatum, in altero verò perpetratum ſit delictum? Itidem utrique Territorii Domino cognitionem attribuimus *per L. 1. C. ubi de crim. ag. op. ibiq; notata à Dn. Brunnem in comment.*

Has quæſtiones de delicto in via & flumine publico commiſſo excipit alia de Inſula in flumine nata, quâ de quæritur, cui illa adquiratur? Si Jus Romanum inſpicimus, vicinis agris iſtam adjudicari videmus in §. 22. Inſt. de R. D. L. 7. §. 3. ff. de A. R. D. L. 30. §. 2. eod. L. 1. §. 6. ff. de fluminib. ubi JCtus diſtinguit inter agros limitatos & non limitatos, ita ut dicta procedant in agros non limitatos habentibus, *conf. L. 16. ff. de A. R. D.* Si Jus Imperii evolvimus, videtur inſula eſſe de Regalibus & pertinere ad Principes ſeu alios Regali fluminum gaudentes. *Vid. Dn. Myler. de Princip. & Statib. Imp. c. 66. n. 9. Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 3. n. 29. ubi allegat præjudicium Camerale.*

Ita Adolphus Naſſovius Imp. ſingulari Conſtitutione, in Curia Norimbergenſi Anno 1293. ad requiſitionem Reinaldi Geldriæ Comitis promul-

mulgatâ, Domino, Jus Teloniorum & Conductus in flumini habenti, Inſulam attribuit.

Quamvis autem alicubi locorum in Imperio noſtro hoc ita obſervetur & obtineat, nihilominus plerisque in locis Jus Civile quoad Inſulas in flumine publico natas adhuc vigere tradit Oettinger *de Jur. ac controv. limit. lib. 2. c. 3. n. 10. & ſeqq.* ubi ita ſcribit: Hierbey aber iſt zu gedencken/ daß zu unſern Zeiten an etlichen Orten die Inſuln und Wörder in den Flüſſen nicht den nächſten am Geſtad ligenden Gütern zugeeignet/ ſondern von der Hohen Obrigkeit eingezogen werden/ wie dann in der Chur-Pfaltz bräuchig / daß man die Wörd / ſo ſich am Rhein anhängen/ die man auch einen Sand oder Au nennet / einem Pfaltz-Grafen handhebt / der dieſelbe zu nutzen/ zu beſetzen/ zu bauen oder zu verleihen/ und ſonſt niemand ſich deren zu gebrauchen und zu unterziehen hat. Welches ohne Zweiffel von Käiſers Adolphi Conſtitution oder Satzung herrühret / da er geordnet: Wann eine Inſul in dem Rhein/ oder in einem andern Fluß in einer Grafſchafft entſtehet / daß ſelbige dem Reich und Grafen/ der in ſolchem Fluß den Zoll und das Geleit hat/ zugehörig ſeyn ſolle. Aber dieſe Verordnung iſt nicht in die Reichs-Abſchied kommen / und weil ſie dem Gemeinen Recht der Völcker und der Billichkeit zuwider laufft / für keine durchgehende Reichs-Satzung und von ſolchen Kräfften zu halten / daß ſie die aus der Vernunfft und rechtem Verſtand herflieſſende Geſetz / welche den Benachbarten die Inſulen der Flüß zuſchreiben/ aufgeben könne/ wie dann dieſelbe im Röm. Reich an mehrerntheils Orten in ihrem Vigore und üblicher Obſervanz verblieben / und zwar auſſer ſtattlichen und der Ver-

nunfft gemäſſen Urſachen / weil die Benachbarte die Geſtad in ihrem Koſten verwahren / und den Gewalt deß anlauffenden Waſſers/ auch andere Gefährlichkeiten/ ausſtehen müſſen. Zu deme werden die Wörd von dem Grund und Boden der benachbarten Güter / ſo das Waſſer nach und nach darvon abträgt und hinweg nimt/ zuſammen getragen und angelegt. Deßwegen ihnen billich die Nutzung derſelbigen zu einer Ergetzlichkeit zugelaſſen iſt/ welche doch nimmermehr den Schaden / der von dem Auslauffen und Ergieſſungen der Flüß offtermals entſtehet/ erſetzen kan. *Hæc illa.*

Diverſa hæc de Inſulis jura non ineleganter conciliare nititur Simon van Lewen *Cenſ. Forenſ. Theoret. Pract. lib.2. c.4. n.12.* dum ſcribit: Quid moribus harum, vicinarumq; Regionum de Alluvionibus Juris ſit propter conſuetudinem & rerum judicatarum diverſitatem quibusdam dubium videtur: Quorum alii concedunt alluviones & ſequelas & appendices fluminum eſſe ſolius Fiſci, alii contra negant, ut videre eſt apud Grotium *introduct. lib. 2. c. 9. v.* in Holland. Quâ in re diſtinguendum nobis videtur inter Inſulas in flumine ſeorſim ſeu ſeparatim ab agris natas, quas quidem ejusdem Juris eſſe cum ipſis fluminibus certum eſt, *L.1. §.7. ff. de fluminib.* ac proinde cùm flumina publica Principis dominio adſcripta interq; Regalia relata ſint, conſequens etiam eſt, ejusdem incrementa ad Principem ſive Fiſcum pertinere, aut ad eos,qui Jure ſibi à Principe conceſsô gaudent, aliâs verò alluviones & agrorum adjacentium acceſſiones etiamnum nobis & rei noſtræ *juxta §.20. & 21. Inſt. de R.D.* adquiri nihil vetat. Atque

que ita interpretanda & diſtinguenda ſunt, quæ legimus apud Grotium *Introduct. lib. 2. c. 9. & de J. B. & P. lib. 2. c. 8. Chriſtin. vol. 4. d. 64. n. 7. Cipæum notit. Jur. Belg. tit. de Jur. fiſci. verſ. Res communes. Perez. ad Cod. tit. de alluv. n. 8.* Hæc ille: quem laudat Dn. Struv. *in Juriſpr. Romano-Germ. Forenſ. lib. 2. tit. 1. n. 35.* Et rectè Superiores iſtiusmodi inſulas ſibi vindicare poſſe, cùm ille modus adquirendi ex conceſſione populi, ad quem flumen ſpectat, ad privatorum vicinorum commodum introductus, licèt in genere rationi ſeu æquitati naturali & communi hominum ſive gentium utilitati conveniens, non tamen ab ipſo naturæ jure præſcriptus ſit; adeòque à Principe abrogari atque ærarium eo augeri queat, quod neminem reddit pauperiorem, putamus cum modò laudato Dn. Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. Exerc. 41. th. 30. & Syntagm. Jur. Feud. c. 6. aph. 7. n. 9.* Egregiè huc applicantur, quæ habet Grotius *d. l. 2. de Jur. Bell. & Pac. c. 8. n. 5.* ubi: Falluntur, inquit, quæ hæc ita putant naturalia, ut mutari nequeant: Sunt enim naturalia non ſimpliciter, ſed pro certo rerum ſtatu, *i. e.* ſi aliter cautum non ſit. Germaniæ autem populi cum Principibus & Regibus bona quædam eſſent adſignanda, unde dignitatẽ ſuam ſuſtinerent, ſapienter exiſtimarunt, ab illis rebus incipiendum, quæ ſine damno cujusquam tribui poſſint, cujusmodi ſunt res omnes, quæ in dominium nullius pervenerunt. *Hæc ille.* Contrarium defendit Petrus Heig. *p. 2. quæſt. 40. n. 58. & ſeqq.* ubi Jus Civile adhuc obſervandum eſſe putat, cum quo facit Dn. D. Ehrmann. *in*

Diſp.Inaug. §. *31.* Verùm horum ſententia tunc demum, quando Inſula cum decremento vicinorum agrorum nata, æquitatem habere ſtatuimus cum Dn. Struvio proximè citatis locis: ubi inſuper addit attendendam hâc in re cujusque loci conſuetudinem.

CAPUT VII.

De Effectibus ortis, ſeu Remediis ratione Juris Conducendi competentibus.

VIſis nunc Effectibus primis, ſequuntur ex iis orti.

Hi ſunt actiones ſive Juris Remedia competentia vel Dominis Conductoribus, vel in Conductu peregrinantibus.

Dominis Conductoribus competunt remedia vel judicialia, vel extrajudicialia. Illa ſunt vel poſſeſſoria, vel petitoria.

Poſſeſſoria inſerviunt hujus Juris quaſi poſſeſſioni vel conſervandæ ſeu retinendæ, vel recuperandæ.

Pro conſervandâ poſſeſſione vel quaſi agi poteſt, 1. ex Conſtitutione litigioſæ poſſeſſionis ab Impp. Maximiliano, Carolo V. & Ferdinando I. in Comitiis Treviro-Colonienſibus, Wormatienſibus, & Auguſtanis, Anno 1512. Anno 1521. Anno 1548. & Anno 1555. promulgatâ, reviſâ & ampliatâ, quando videlicet inter Sta-

Status aut Nobiles immediatos Imperii (nam inter mediatè ſubjectos non obtinet , niſi bona ſub diverſis Jurisdictionibus ſituata, *vid. Ordin. Cam. p. 2. tit. 21. §. 2. Schvvanmann. in Proceſſ. Cam. lib. 1. c. 16 num. 2.)* vel eorum Officiales (cùm quicquid Officiales Præfecti faciunt , hoc ipſum jubente , ſciente & adprobante Domino facere præſumantur, & ad Præfectos ſpectet, ut jura ſuorum Dominorum defendant , *Klock. de Contribut. cap. 19. n. 112. & ſeq.)* de poſſeſſione vel quaſi Juris Conducendi lis vertitur, & uterque litigantium contendit ſe poſſidere, alter verò præ altero juſtiorem allegat poſſeſſionem, hæcque ex juſtis cauſis dubia eſt , & præſens armorum tumultus, aut vis alterius & timor adeſt, *vid. d. Ord. Cam. p. 2. tit. 21.* (quod in ſupplicatione narrandum eſſe monet Petr. Frider. Mindan. *de Proceſſ. cap. 45. in pr.* cum aliâs ſimplex tantum deduceretur turbatio vel ſpolium , quô caſu alia patent remedia, ut Mandata de non offendendo, actio unde vi , vel fractæ Pacis Publicæ) tunc enim Camera (quæ de armorum metu, partiumque procinctu ſaltim ſummariiſſimè v. g. ex Epiſtolis inſtrumento inſertis, vel ex ſcientiâ propriâ certior eſſe debet. *Denais J. C. tit. 221. n. 7. Conf. Klock. d. tract. de Contribut. cap. 19. n. 119. & ſeqq.)* eſt Judex competens, utpote cujus Jurisdictio (cùm privilegium primæ inſtantiæ hîc non habeat locum) immediatè fundatur ex hâc Conſtitutione , in tribus caſibus ibidem expreſſis , maximè tamen hæc obtinet in caſu §. fin. Ord. Cam. d. tit. 21. vi cujus iſta utrique parti ex officio , vel alterutrâ parte poſtu-

lante, inhibere, vel locc inhibitionis poſſeſſionem ſequeſtrare ſolet tantiſper, donec ſummariè cognoſcatur, utri momentanea poſſeſſio adjudicanda ſit, *teſte Gail. lib. 1. Obſ. 5. n. 2. Denaiſ in Jur. Cam. d. tit. 221. §. 4.*

Notanter ſupra dixi: Hæcque ex juſtis cauſis dubia eſt. Nam ſi certum ſit, alteram partem poſſidere, & alteram poſſidentem turbare, tunc Judicem Mandatis pœnalibus vel aliis competentibus remediis vim fieri prohibere & poſſidentem in poſſeſſione ſuâ tueri, & ſi ad falſa narrata inhibitio vel ſequeſtratio facta ſit, proceſſus caſſari & cauſam principalem ad Judicem Ordinarium remittere debere, *per L. 1. §. illud. ff. uti poſſid.* tradit laudatus Gail. *d. Obſ. 5. num. 5. & 6. Conf. Obſerv. 147. n. 1. & 2. Coler. de Proceſſ. executiv. p. 1. c. 2. n. 112. Bender. de reviſ. Concluſ. 20. n. 134. & ſeqq.*

Proceſſum quòd attinet, in Camera Imperiali ſuper Conſtitutione litigioſæ poſſeſſionis utrique parti terminus præfigitur, in quô compareant & jura ſua poſſeſſoria ſummatim per articulos proponant: Alterutrâ autem parte in morâ exſiſtente, Judicio interlocutione contumaci injungitur ut præfixo alio die jura ſua producat cum nominibus teſtium hoc modo: In Sachen ausgangener inhibition und momentaneæ poſſesſionis deß Vergleitens ſich enthaltende zwiſchen Mævio Klägern und Titio Beklagten/ iſt erkennt/ daß gedachter Beklagter in Zeit zweyer Monat/ ſo ihme van Amtswegen darzu angeſetzt/ ſeine angemaſte Gerechtigkeit der quaſi poſſeſſion deß Vergleitens in denjennigen Orten in Articul geſtellet/ auch die Benennung

nung der Zeugen/ ſo darüber zu verhören/ Inhalt ausgangener Proceß an dieſem Käiſerl. Cammergericht fürbringen ſoll/ und er thue das oder nicht/ alsdenn in der Sachen zu geſchehen was Recht iſt. Exhibitis verò hinc inde articulis poſſeſſoriis factâque nominatione Commiſſariorum & teſtium, quæ nominatio unà cum articulis exhibetur, nulla fit partibus exhibitorum communicatio, copiæ non decernuntur, reſponſiones ad articulos non exiguntur, lis nulla conteſtatur, non juratur de calumnia, nominati Commiſſarii deputantur, Commiſſio in communi forma decernitur, & certum tempus pro qualitate perſonarum & cauſæ pro omni dilatione aſſignatur. Teſtibus examinatis & Rotulo expedito atteſtationes utrinque producuntur, harum nulla fit publicatio, ſed in cauſa ſtatim concluditur, & porro ſuper momentaneo poſſeſſorio tantùm in favorem melius probantis pronunciatur: ſalvo ordinario ſive plenario poſſeſſorio & petitorio coram Judice competente inſtituendo, *per clem. ſæpè contingit. d. V. S. L. 14. C. de agricol. & cenſit. ibi: celeri reformatione ſuccurri. Quæ tamen verba non ad poſſeſſorium ſummarium; ſed ad quodvis poſſeſſorium referri poſſe cenſet Dn. Brunnem. in Comment. ad Cod. d. l.*

Circa Proceſſum hunc porrò notandum (1) Advocatos cautè debere concipere & formare articulos, iisque reſectis ambagibus illud tantùm inſerere, ad poſſeſſionem quod ſpectat, & ad cauſam neceſſariò pertinet. Nam articulos non neceſſarios, impertinentes, prolixos, ſuperfluos, altiorem indaginem requirentes, dominiúmve

ûmve ſive titulum concernentes,hoc judicium prorſus reſpuit: Juſtificatio enim tituli in hoc ſummariiſſimo non admittitur, ſed ad judicium proprietatis rejicitur, *L. 2. C. quor. bon.* (2) Cavendum eſſe, ne quis adſeveret, ſe ſpoliatum fuiſſe. Nam ſimile eſt Interdicto uti poſſidetis, ut non detur niſi poſſidenti, *L. 1. §. 2. & 4. ff. uti poſſid.* (3) Fidem teſtibus, ſtante tergiverſatione Adverſarii, etiam nulliter examinatis tribui. (4) Sufficere, probaſſe nudam inſiſtentiam: Cùm enim in poſſeſſorio ſummariiſſimo quilibet prætendat eſſe in poſſeſſione, & ſic uterque fungatur Actoris & Rei partibus,jus metiendum eſt ex melioribus probationibus circa detentationem ſaltem adparenter, & quoad ultimum ſtatum temporis, ſcilicet quo facta fuit turbatio, patefactam. Neque enim is vincit in hoc judicio, qui juſtiorem habet poſſeſſionem, ſed qui inſpecto ſtatu præſenti adparentiùs & meliùs actualem ſuam probat poſſeſſionem: aliàs verò ſi veritas poſſeſſionis & juſtitia in hoc judicio examinaretur, jam plenarium eſſet poſſeſſorium,nec differret ab interdicto uti poſſidetis. (5) Sufficere, ut agens in poſſeſſorio ſummario & ſummariiſſimo doceat de poſſeſſione unius anni præteriti. *Vid. Klock. de Contribut. d. c. 19. n. 96. usq; ad n. 105. add. n. 93.*

Forma pronunciandi talis eſt. In Sachen momentaneæ poſſeſſionis das Gleit in Orten in ausgangenen Proceſſen beſtimmt / belangend / ſich haltend zwiſchen Mævio an einem und Titio anders Theils / iſt nach allen beeder Theil fürbringen zu Recht erkennt / daß gedachtem Mævio die poſſeſſion vel

quaſi

quaſi libertatis & facultatis einzugeben / und beede Theil an berührten Orten einander zu vergewaltigen und zu turbiren / bis zu Austrag deß Rechtens in poſſeſſorio vel petitorio , daß ihnen hiemit Vermög der Ordnung vorbehalten ſeyn ſolle / zu enthalten ſchuldig: Alſo auch und dergeſtalt die ausgangene Inhibition / gegen beyden Theilen aufzuheben und zu confirmiren ſey / als wir hiemit alles von Amtswegen reſpectivè ingeben / verpieten / aufheben / confirmiren / und die Gerichts-Koſten derhalben aufgelauffen aus bewegenden Urſachen gegen einander compenſiren und vergleichen *Vid. Gail. d. lib. 1. Obſ. 6. ex quâ ſuperius dicta potiſſimùm excerpſimus.*

Notanter dicitur in Sententia : Daß die Inhibition gegen beeden Theilen aufzuheben und zu confirmiren ſey. Tollitur enim reſpectu victoris, ne pendente judicio ordinario poſſeſſorio fructu ſuæ poſſeſſionis carere teneatur, *per c. 1. extr. ut lit. pend.* Confirmatur autem reſpectu victi, ut victor in ſuâ poſſeſſione quietè tueatur, donec in poſſeſſorio ordinario aliud cognoſcatur & decidatur, *per L. exitus. ff. de adquir. poſſ. L. ſi duo. §. hoc interdictum ſufficit. ff. uti poſſid. & c. cum veniſſent. extr. de Inſtitutionib. laud. Gail. d. Obſ. 6. num. 6. Conf. Obſerv. 147. num. 1. & ſeq.*

Quæritur hîc (1) An Conſtitutio litigioſæ poſſeſſionis etiam locum habeat in interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis ? Pro Negativâ facit text. in Ord. Cam. d. t. 21. §. 1. & fin. Affirmativam tuetur ſæpe citatus Gail. *in alleg. Obſerv. 5. n. 8.* ex hâc ratione, quia finis d. Conſtitutionis eſt conſervatio Pacis Publicæ, cui ratione poſ-

ſeſſio-

ſeſſionis adquirendæ , quam uterque armatâ manu apprehendere vult,non minus periculum metuendum , quàm ſi de retinenda controvertatur. Ergo idem quoque remedium , quô naſcenti malo & impendenti ſcandalæ maturè & celeriter obvietur, adhiberi poſſe, ſtatuit.

Quæritur (2) An Sequeſtratione poſſeſſio litigioſa amittatur? Diſt. Gail. *d. Obſ. 5. n. 10. & Obſ. 148. n. 9. & tr. de Arreſt. Imp. cap. 12. num. 1.* inter voluntariam & neceſſariam Sequeſtrationem. De illa affirmat : de hâc negat : Et ad hanc refert diſpoſitionemConſtitutionis noſtræ. Sed verior fortean erit opinio eorum , qui nec voluntariâ ſequeſtratione poſſeſſionem litigioſam amitti contendunt,niſi hoc ſpecialiter inter partes convenerit,*per L. 39. ff. de A. P. vid. Treutl. vol. 2. Diſp. 21. θ. 4. lit. F. Dn. D. Joh. Frider. Bæckelm. olim Conſil. Palat. & Profeſſ. in Academ. Heidelbergenſi,nunc Lugd. Batav. celeberr. Præceptor quondam noſter perpetim colendus in Diſp. ad Pand. 5. tit. Depoſ. θ. 2. Dn. D. Struv. in Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 21. θ. 53.* Ratio eſt, quia per traditionem nunquam tranſit poſſeſſio ſine titulo , ſed in dubio potiùs cenſetur factâ causâ cuſtodiæ, *L. 6. ff. depoſiti.* Sequeſtratio autem ſive neceſſaria ſive voluntaria non eſt titulus ſufficiens. Deinde non eſt veroſimile, poſſeſſorem commodum poſſeſſionis ſuæ velle amittere , cui ad uſucapionem poſſeſſio non procederet. Unde tantùm cuſtodiæ causâ ſequeſtrata res dicenda , niſi aliud apertè comprobatum fuerit, poteſt enim pars ſuo juri præjudicare, *d. l. 39. ff. de A. vel A. P.* quô modo accipienda l.

da l. 17. in f. ff. depoſ. in verbis: Sed & poſſeſſio, niſi apud ſequeſtrum depoſita eſt, nam tum demum ſequeſter posſidet, depoſitâ ſcilicet poſſeſſione, *h. e.* dimiſsâ penes eum hoc animo, ut poſſideat, *vid. Zoes in Comment. ad Pandect. tit. Depoſ. n. 35. Dn. D. Schrot. in Not. ad Suth. Diſſert. ad Inſtit. 13. θ. 53. & latiùs Harprecht. ad Inſtit. §. 3. quib. mod. re contrah. obl. num. 155. & ſeqq.*

2. Competit remedium ex Conſtitutione Pignorationis.

Eſt autem Pignoratio poſſeſſionis turbatio, quam alter alteri poſſeſſionis invertendæ, & ſibi novi juris adquirendi causâ captis perſonis vel rebus infert, *Roding. lib. 1. cap. 10. Pandectar. Cam. p. 2.*

Conſtitutionis in Comitiis Auguſt. Anno 1555. promulgatæ ſumma hæc eſt; Immediatus ſi immediatum ejúsve ſubditos ullâ ex causâ, (criminis causâ exceptâ) pignoraverit vel ceperit, Camera Imperialis pignorato officium Judicis imploranti mandata pœnalia S. C. de faciendâ in continenti reſtitutione vel relaxatione, ſub ſolitâ cautione non ulciſcendi, ſeque rurſum, ſi judicatum ſic fuerit, ſiſtendi, decernat, *Ord. Cam. p. 2. tit. 22. in princ. Joh. Beliz. in Proceſſ. Cam. Tab. 2. circa fin.*

Ut igitur proceſſus ſuper hac Conſtitutione obtineantur, requiritur 1. ut tam pignorans quàm pignoratus immediatè ſubſit Imperio, *propter verba Conſtit. in Ord. Cam. p. 2. tit. 22.* Da einer/der dem Reich ohne Mittel unterworffen/durch ſich ſelbſt oder die Seine/ einen

nen andern/der dem Reich gleicher Geſtalt unterworffen / oder die Seine pfänden oder fahen würde/2c. 2. Ut pignorans novi alicujus juris, (quod expreſsè in ſupplicatione eſt ſpecificandum) in re alienâ adquirendi gratiâ, vel ipſe, aut per alium, juſſu, asſenſu aut ratihabitione ipſius, quod in libello ſupplici disſertis verbis narrari debet, (ſufficere tamen ad extrahendos proceſſus ſimpliciter narrare, pignora per Officiales Domini capta, cùm talibus narratis ſtetur, donec contrarium probetur, *tradit Gail. de Pignorat. Obſ. 5. n. 10.*) pignus abſtulerit, 3. ut res alia tam propria, quàm commodata, locata, vel ſimilis, in qua uſumfructum ſive aliud quoddam jus habemus (*Gail. dict. tract. c. 4. n. 4.*) pro alia, & ſic tertia atque innocens, nihil commune habens cum re aut jure controverſo, & in quâ nec jus controverſum, nec ejusdem fructus vel uſus conſiſtit, ſive in loco controverſo, ſive in alieno vel proprio Territorio pignoratoris, in continenti, vel ex intervallo (*Gail. dict. tractat. Obſ. 10.*) ſit capta, ſeu alius pro alio gravetur, quod fit quando, *v. g.* ſubditus vel Officialis Titii, vel ejus bona (nam conſtitutio hæc utroque caſu locum habet tam in rebus pignori ablatis, vel ſaltim incluſis, quàm captis perſonis, *Gail. d. tract. c. 4. & c. 9.*) ad adquirendam ſibi quaſi poſſeſſionem Juris Conducendi, quam alter tenet, capiuntur.

Quid enim ad ſubditum (*officialem*) innocentem, ſi Dominus cum vicino ſuo de JureConducendi obſtinatè contendat? Non enim habet rationem, alium quidem eſſe debitorem, alium

verò

verò exigi: ſed nec alteri moleſtum eſſe pro altero quodam tanquam invaſionem aut injuriam committentem: & alium quaſi vicarium exſiſtentem cædi aut injuriam ſuſtinere, & aliquid pati, quòd omninò non competit, pro alio: & absque legitimâ occaſione quamlibet perferre calumniam: *vid. Nov. 52. c. 1.* 4. Ut pignoratus ſit in poſſeſſione ejus loci & juris, in quo & ubi facta eſt pignoratio, & hoc modo iniquè turbetur. Non tamen requiritur, ut præcisè & locum & jus in loco poſſideat, ſed ſufficit, ſi quis in poſſeſſione juris ſit, etiamſi alius, Dominus ſcilicet, ſit in poſſeſſione loci, *vid. L. 1. naturaliter. §. nihil commune. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. L. 1. §. hujus autem interdict. ff. uti poſſid. §. retinendæ. Inſt. de Interdict. L. inter litigantes. ff. de Judic.* Sic poteſt quis habere Jus Conducendi in alieno Territorio vi Servitutis Jurisdictionalis, uti ſuprà dictum: & uſus talis juris pro poſſeſſione habetur, *arg. L. pen. ff. de Servit. L. ſervitutes. ff. de ſervit. urban. præd.* Qui igitur in tali jure turbatur, aut jure ſuo uti prohibetur captis pignoribus, utili interdicto, uti poſſidetis ex conſtitutione Imperii de pignorationibus rectè agit. 5. Ut cauſa, ob quam pignoratio facta, Civilis ſit non Criminalis, hanc enim Conſtitutio nuncupatim excipit: Allein Maleſitz-Sachen ausgenommen. Nam Reip. intereſt, ne delicta maneant impunita, *L. ita vulneratus. §. quod ſi. ff. ad L. Aquil. L. ſi operis. C. de pœn. vid. Schvvanmann. in Proceſſ. Cam. lib. 1. c. 12. Gail. 1. Obſ. 8. & lib. de Pignorationib. Obſ. 3. Denais in Jure Cam. tit. 183.*

O In-

Inprimis autem notandum, narrata ſupplicationis quodammodo verificanda eſſe, *per Rec. Imp. de Anno 1654. §.* Alle Supplicanten. *ibi:* Sollen ihre *narrata* zugleich etlicher maſſen beſcheinen/ aliâs enim Proceſſus denegantur.

Proceſſus ex Conſtitutione Pignorationis bipartitus eſt, Mandati ſcil. & Citationis.

In cauſa Mandati ita proceditur: Pignorator per mandatum ſine clauſulâ, ſub certâ pœnâ ipſi inſertâ, injungitur, ut in continenti pignora ablata integrè pleneque reſtituat, aut captivum ſub ſolitâ cautione non ulciſcendi, ſuique rurſum, (ſi ſic judicatum fuerit) ſiſtendi, ſine ſuo ſumtu, ohne Entgelt/ (*vid. R.I. de Anno 1566.* §. Als auch im *127.*) relaxet, adjectâ citatione ad docendum de verâ paritione.

Adveniente termino per mandatum conſtituto, pignoratus, ſeu is, qui proceſſus impetravit, (qui in hoc puncto mandati, non habito reſpectu ad originem cauſæ, ut infrà dicetur, meritò judicatur Actor, *vid. Klock. d. cap. 19. n. 260.*) comparet & mandatum legitimè intimatum reproducit, & paritionem doceri vivâ voce petit. *Nicol. Wineus in Proceſſ. Method. Cam. Imp. p. 1. tit. 30.* Pignorator verò aut etiam comparet, aut contumaciter emanet: Si in præfixo termino etiam compareat, & mandato obtemperaverit, paritionem per inſtrumentum aliquod publicum à Notario confectum, aut aliud documentum, nimirum cautionis à pignorato ſive capto præſtitæ docet, aut contra mandatum exceptionem nullitatis ex defectu Jurisdictionis, quando nimirum alteruter litigantium non eſt

principaliter ſub imperio, vel ex defectu mandati, ut ſi Præfectus vel Officialis Domini ſine ejus mandato pignoraſſet. Item maleficii, non verò ſubjectionis, quæ exceptio, quamvis olim locum habuerit, hodiè tamen paritionem non impedit, per tradita Gailii *d. tr. Obſ. 15.* opponit & cauſas affert, quare mandato parere non teneatur, *laud. Win. loc. cit. Gail. d. tr. Obſ. 14.*

Si una vel altera harum exceptionum oppoſita ſit, Procurator pignorati adversùs illas repetit narrata mandati & arctiores proceſſus cum refuſione expenſarum petit, *idem Wineus dict. loc.*

Judex (cui incumbit accuratè perpendere, ne malitiosè differendæ paritionis ergo hujusmodi exceptio opponatur) ſi exceptiones illas quodammodo relevantes eſſe animadverterit, procuratori pignorati per ſententiam injungit, ut adversùs exceptiones illas in ſpecie, quod agendum eſt, agat. *Id. ibid.*

Si verò pignorator neque comparuerit, nec mandato obtemperaverit; nec exceptiones relevantes opponere amaverit; pignorato contumaciam adverſarii accuſante ad declarationem pœnæ proceditur; & ſtatim alius terminus parendi non docenti de paritione in primo termino ſub eventuali declaratione, ſi perſona ſit capta, præfigitur hoc modo: Wo der Beklagte in ſolcher angeſetzten Zeit nicht gehorſamen würde, daß er jetzt als denn / und denn als jetzt in die Pön der ausgangenen / verkündten und reproducirten Mandat einverleibt / hiemit declarirt ferner Proceß auch erkennt ꝛc. aut finalis comminatio, ſi pigno-

ra ablata, ſecundo termino paritionis adjicitur ſententiæ hoc modo: Wo der Beklagte in angeſetzter Zeit nicht gehorſamen würde / daß alsdenn der gebettenen declaration Pön halber auf deß Gegentheils ferner Anruffen endlich ergehen ſoll / was Recht iſt. *Vid. Gail. d. tr. Obſ. 13. n. 5. & ſeqq.*

Sin autem pignorator mandato quidem paruerit, ſed non plenè, pignoratus contra paritionem excipit & plenariam reſtitutionem aut relaxationem pignoranti injungi petit, nuncupatim tamen oſtendere & docere debet, in quibus mandato non ſit paritum, *teſte Gail. d. tr. Obſ. 16. n. 9.*

Hæc de proceſſu in cauſis Mandati ex Conſtitutione Pignorationis.

In cauſa Citationis ita proceditur: Pignorator ſeu citatus in termino citationis comparere & cauſas pignorationum articulatim deducere & in libello narrare debet, quòd jus pignorandi in tali loco ſemper habuerit, atque etiamnum habeat, deducendo actus pignoratorios & proinde in poſſeſſione vel quaſi juris pignorandi ſe defendi petit. Quod ſi autem in termino Citationis articulos pignorationis non exhibuerit, pars adverſa, nimirum pignoratus, qui citationem obtinuit, ad præcluſionem viæ probandi vel impoſitionem perpetui ſilentii procedi petit: Et Judex in contumaciam pignoratori terminum congruum & competentem ſub tali comminatione peremptoriè vel finaliter præfigere poteſt hoc fortè modo. In Sachen Mævii Klägers / wider Titium Beklagten / iſt Sempronio deß Beklagten Anwaldten Zeit eines Monats articulirte

Urſa-

Urſachen deß Pfändens fürzubringen angeſetzt / mit dem Anhang / wo er ſolchem alſo nicht nachkommen wird / daß ihme alsdenn der Weg ſolches zu thun hiemit benommen / oder ein ewig Stillſchweigen auferlegt ſeyn ſolle. *Gail. d. tr. Obſ. 21. n. 3.*

Circa verba hæc finalia de impoſitione perpetui ſilentii, quomodo intelligenda, variant Dd. Mynſinger. *2. Obſ. 85.* putat in cauſis pignorationum injuncto pignoranti perpetuo ſilentio, id referri ſolùm ad præſentem pignorationem, & tantum operari, ne reſtitura pignora poſſit repetere pignorans. *Klock. d. tr. de Contribut. c. 19. n. 266. & multis ſeqq.* exiſtimat, impoſitionem hanc perpetui ſilentii referri ad totam cauſam, ita ut is, cui jus ſuum perſequendi per ſententiam impoſito ſibi perpetuo ſilentio abrogatum, & via id ampliùs in jure deducendi præcluſa eſt, ſuper eodem jure non ampliùs admittatur ad diſceptationem in poſſeſſorio ; ſed à viâ facti etiam arceri debeat, niſi aliâs novi juris gratiâ fiat pignoratio, cùm ſilentium id ſit, quod excitari non poteſt, *juxta Bald. in L. generaliter. n. 3. C. de revoc. donat.* & perpetuum dicatur non habens certum finem, *ſecundùm Bart. in L. Juris peritos. 33. ff. de excuſ. tut. n. 2.* Et huic ſententiæ nos quoque ſubſcribimus. Quomodo enim perpetuum erit ſilentium ſuper eo jure decretum, quod confeſtim repetitâ viâ facti reſuſcitari poterit? Imò cui bono non ſolùm perpetuum imponeretur ſilentium; ſed via etiam poſtmodum prætenſum jus in jure deducendi præcluderetur, ſi repetitâ pignoratione, ſuper eodem jure denuò deberet audiri pignorans?

Si autem articuli pignorationis ſive Cauſales exhibiti ſunt, pignoratus ad illos ritè reſpondere ſeu Exceptiones peremptoriales ſive Defenſionales offerre tenetur; aliâs hujuſmodi articuli in contumaciam non reſpondentis pro confeſſis acceptantur. Negatis itaque articulis ad probationes pervenitur, *de quibus vid. Gail. d. tr. Obſ. 22.*

Ex dictis facilè patet in hoc puncto Citationis non eum, qui priùs ad judicium provocavit, eſſe Actorem, cùm hoc eo caſu locum habeat, ſi origine & naturaliter is eſt Actor. Nam, an Actor vel Reus quis ſit, naturalis origo cauſæ, non autem accidentalis, & ob id non conſiderari oportet, quis prior vocatus ſit, vel compareat, ſed cauſa ſaltem originaria & petitio principalis, *L. qui habet. pr. ff. de tutel. L. non cogendum. §. fin. ff. de procurat.* At turbans vel pignorans alium, quoniam ejus proprium eſt, prætenſum Jus Pignorandi tanquam fundamentum intentionis ſuæ deducere & probare, ſanciente id ipſum Ordinatione Camerali *dict. p. 2. tit. 22. verſ.* **Und denn weiter ſeine Gerechtigkeit der Pfändung in Recht/ wie ſich gebührt/ fürzubringen und darzuthun ꝛc.** Origine Actor: turbatus vel pignoratus autem, cui incumbit ad pignorantis productos Cauſales Exceptiones peremptoriales ſive Defenſionales, uti dictum, offerre, quod utique propriæ qualitatis Rei eſt, cùm Exceptio ſit actionis ab Actore intentatæ excluſio, *L. 1. ff. de Except.* Reus eſt & provocatus præſens judicium inſtituit. Licèt igitur hic ex accidenti priùs ad judicium provocet, non tamen propter-

ea

ea immutatur naturalis cauſæ origo, ex quâ poſterior formatur eventus, *L. un. C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10.* Ac quamvis impetrantes etiam in puncto Citationis ad vitandam confuſionem Actores appellentur ; Nihilominus ad naturam cauſæ, quàm ad ſimplicem intitulaturam vel denominationem magis reſpiciendum eſt, *arg. L. quæro. in pr. L. ſi uno. in pr. ff. locat. laud. Klock. d. tr. de Contrib. c. 19. n. 247. usq. ad num. 262.*

Forma definitivè pronunciandi in cauſis pignorationum non probatô jure pignorandi talis eſt: In Sachen Mævii Klägers/ wider Titium Beklagten Mandati der Pfändung/ iſt/allen Fürbringen nach/zu Recht erkennt/daß ſie Verſtrickte in actis benennt/ ſich wiederum einzuſtellen nicht ſchuldig/ ſondern von angezogener Verſtrickung zu abſolviren und zu erledigen ſeyen; Als wir ſie auch davon hiemit abſolviren / erledigen / und daß gemeldtem Beklagten nicht geziemet / noch gebühret / geklagter maſſen den Kläger zu turbiren und zu pfänden / ſondern daran zu viel und Unrecht gethan habe / auch deſſen hinfüro ſich enthalten ſolle/ und derhalben dieſem Käiſerlichen Cammergericht gebührliche Caution zu thun ſchuldig ſey / als wir ihn auch darzu condemniren und verdammen. *Vid. Gail. d. tr. Obſ. 23.*

Quid de cauſis pignorationum eorumque Proceſſu in Noviſſ. Imperii Receſſ. de An. 1654. ſit conſtitutum, vide ibidem §. *138. & ſeq.*

Quær. 1. An, ſi captus Officialis ſit ſubditus capientis, locum habeat conſtitutio pignorationis? Pro Negativâ facit, quia videtur habuiſſe jus pignorandi, vel capiendi , quod quidem

concedimus, ſi ratione bonorum, quæ in capientis Territorio poſſidet, obque onera de hisce debita pignoratio fiat. Sed ſi iſthæc fiat novi alicujus juris, *v. gr.* Conducendi &c. causâ, affirmativam veriorem putamus. Cùm is hâc in parte ſit innocens.

Quær. 2. An rebus pignoratis pretio redemtis ad reſtitutionem hujus agi poſſit? Affirm. per Rec. Imp. de Anno 1566. §. Da auch die. 128. *Vid. Gail. de pignor. obſ. 11. Denais in Jur. Cam. tit. 183. n. 6.*

Tertium remedium poſſeſſorium pro retinendâ poſſeſſione Juris Conducendi nonnulli conſtituunt Interdictum uti poſſideris utile. *Vid. Thom. Michaël. de Jurisdict.* θ. *pen. lit. c. Ming. de S. T.* θ. *85.* Sed diſſentit Dn. Ehrmann. *in. d. Diſſert. Inaug.* θ. *33.* per tradita Bronchorſtii 2. Ἐναντιοφ. 2. Priorum tamen opinionem veriorem putamus, *per L. 1. §. 6. 8. L. 8. §. Ariſto. Si ſervit. vind. L. fin. ff. uti poſſidetis. Vid. Dn. Carpzov. Jurispr. For. p. 2. Conſt. 7. def. 11.*

Eſt autem Interdictum uti poſſidetis actio extraordinaria contra eos, qui turbant nos in poſſeſſione, quam habemus, ad id, ut à turbatione deſiſtant & nobis quietam poſſeſſionem relinquant, competens. *Vid. L. 1. pr. §. 1. & ſeqq. ff. uti poſſid. §. 4. Inſt. de Interdict.* Non autem eſt actio realis, uti ſtatuit Dn. Juſtus Fridericus Cramerus, Amicus noſter, *in Diſſ. Inaug. de Remed. petitor. & poſſeſſoriis, Claſſ. 2. ſect. 2.* θ. *1.* ſed perſonalis. Quâcunque enim actione non moveo alteri controverſiam de re aliquâ, ſed ago cum illo, qui mihi obligatus eſt, ea non realis

eſt,

eſt, ſed perſonalis. Atqui interdicto uti poſſidetis, ſicut omnibus aliis retinendæ poſſeſſionis, non moveo alteri controverſiam de re aliquâ, ſed ago cum illo, qui mihi obligatus eſt. E. Major conſtat ex §. 1. & 2. Inſt. de Act. junct. L. 25. de Oblig. & Act. Minor probatur: quia agens interdicto uti poſſidetis, tenet poſſeſſionem, nec præſtare ſibi eam, niſi abſurdè ab alio petit, ſed hoc tantùm vult, ut, qui hactenus turbas fecit, in poſterum deſiſtat. Cauſa igitur proxima in iſto eſt Obligatio ex turbatione & facto illicito nata. *Vid. Dn. Jacob. Born. JCtus Lipſ. Præceptor quondam noſter fideliſſimus in Diſp. Inaug. de Jur. in re act. real. produc. c. 4. n. 8.*

Competit hoc Interdictum omni poſſidenti, qui in poſſeſſione ſua turbatur; ſive in totum, ſive pro parte, ſive civiliter, ſive naturaliter, per ſemetipſum, ſive per alium quemcunq; poſſideat, *§. 5. Inſt. de Interdict. L. fin. C. de adquir. poſſ. L. 1. §. 1. ff. uti poſſidet.* Nec refert juſtè vel injuſtè, i. e. vi, clam vel precariò, modò non ab ipſo adverſario (rem corporalem) poſſideat, *§. 4. Inſt. d. t. L. 1. pr. ff. Uti poſſid.* Nihil enim refert in hoc interdicto, juſta an injuſta adversùs cæteros poſſeſſio ſit, qualiscunq; enim poſſeſſor, hôc ipſo, quod poſſeſſor eſt, plus Juris habet, quàm ille, qui non poſſidet, *L. 2. ff. d. t. Vid. Dn. Ludvvell. p. m. in Diſp. de Jure Poſſeſſ. th. 115. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 45. th. 119.*

Hæredi autem defuncti in ſua poſſeſſione turbati, antequam ipſo facto, *i. e.* apprehendendo rerum hæreditariarum poſſeſſionem, hære-

ditatem adiit, regulariter hoc interdictum non accommodatur, etiamſi ſuus ſit, (non obſtat L. 30. ff. ex quibus cauſis major. ex quâ non ſatis intellecta uſum forenſem patriæ ſuæ (*Gallia*) tanquam imperitè ſumtum & natum damnat Cujacius *in recit. ad Paul. Edict. lib. 12. h. l.* loquitur enim de continuanda uſucapione à defuncto cœptâ, utpote ad cujus effectum poſſeſſio tranſit, *add. L. 40. ff. de uſurpat. & uſucap.* modò res uſucapienda interim ab alio poſſeſſa haud fuerit, *L. nunquam 31. §. vacuum. 5. d. tit. Dn. Conring. in Diſp. Inaugural. de Interdictis in Genere & in Specie de interdict. retin. poſſeſſ. th. 23.*) Exſiſtentia enim ſui hæredis facit quidem aliquem hæredem, ſed non poſſeſſorem, *Gail. lib. 2. Obſ. 129. n. 3.* (aliud obtinere in feudalibus, ubi poſſeſſio patris in filium abſque ullo corporeo actu interveniente migret & transfundatur, quidam ſtatuunt *per 2. F. 26. §. Inter filiam. verſ. defuncto.* id tamen exinde ſolidè non probari dicit Eckhart. Lubren. Patricius Hildes. *in Diſp. Inaugur. Cent. controv. exhib. Anno 1610. Helmſtadii habitâ. th. 6. Conf. Joh. Fichard. p. 1. Conſ. 9. num. 12. & p. 2. Conſ. 140. num. 18.*) Nemo enim poteſt retinere, quod non habuit, nec perdere, quod nunquam poſſedit, *per L. 208. ff. de R. J.* In hæredem autem poſſeſſio niſi naturaliter apprehenſa non tranſit, *L. 32. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. Achill. Perſonal. tract. adipiſc. poſſ. n. 178.* mortuo namque poſſeſſore, neceſſe eſt extingui poſſeſſionem, quæ facti & animi eſt, ſeu quod in detentione cum animo ſibi habendi conſiſtit; adeòque ita deti-

detinente mortuo, & ipſa detentio, quæ factum perſonæ eſt, perit, *L.1.§.15. Si quis teſtam. lib. eſſe juſſ. Vid. Gail. dict. loc. Dn. Struv. Exerc. 42. θ. 17. Dn. Ludvvell. d. Diſp. θ. 118. Ubi ex Menoch. remed. retin. 3. num. 57. quatuor addit limitationes ſuperioris aſſerti: 1. Niſi ſtatuto vel conſuetudine poſſeſſio ipſo jure, ſine apprehenſione in heredem transferatur, uti in Galliâ & quibusdam in locis Italiæ. 2. Niſi motâ jam lite defunctus deceſſerit, quia tunc actiones in heredem transeunt. 3. Niſi dolo turbatoris turbatus impeditus ſit contra ipſum turbatorem experiri. 4. Niſi jacente hereditate turbatio facta, quia tunc hereditas eſt loco Domini & Poſſeſſoris, arg. L. 18. §. 5. ff. quod vi aut clam. Sed duas poſteriores tanquam Juri non convenientes rejicit cum Bachov. ad Treutl. vol. 2. Diſp. 21. θ. 4. lit. A. add. laudatus Dn. Jacob. Bornius in Diſp. Inaug. de Jur. in re act. real. produc. c. 4. n. 3. ubi dicit aſſertum iſtud: Poſſeſſionem non niſi praviâ corporali apprehenſione tam ad ſuum quàm extraneum heredem pervenire, L. 23. in pr. L. 30. §. 5. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. in tantum verum eſſe, ut, ſi quidem veritatem theoreticam ſpectes, (nam in praxi aliud obtinet) ne ſtatuto quidem tranſitio poſſeſſionis, quæ fiat ipſo jure, introduci poſſit; cùm in genere ſuo impoſſibile lex, vel Statuum fingere nequeat, §. minorem. 4. Inſt. de Adopt. L. 2. §. 1. ff. de Uſufr. ear. rer. L. 4. ff. de Offic. Aſſeſſ. L. ſed addes. 19. §. fin. ff. locat. ubi Gothofred. in not. L. 16. ff. de Adopt. L. 14. ff. Locati. ubi iter. Gothofred. L. 3. §. 5. ff. de adquir. vel amitt. poſſ.*

Tunc

Tunc autem res incorporalis (ut ſunt jura) dicitur apprehenſa, quando rem corporalem, cui illa cohæret, apprehendimus, vel ſi eſt in alienâ re corporali adquirendâ, quando iſtiusmodi Juribus utimur, adeòque ita actus poſſeſſorios exercemus: qualis actus in juribus negativis eſt prohibitio aut contradictio, cui prohibitus, aut is, cui contradictum, adquieſcit. *Vid. Dn. Struv. d. Exerc. θ.16.*

Datur hoc interdictum, ſeu loco illius, actio adversùs quemvis vi, ſeu de facto, nobis controverſiam de poſſeſſione vel quaſi, quò minùs quietè illâ uti poſſimus, moventem, etſi contendat ſe quoque poſſidere, *L. 1. §. 3. verſ. ſed ſi inter ipſos ff. uti poſſid. L. 3. §. 2. L. 11. ff. de vi & vi armat.* Per mera autem verba, etiamſi ſint diffamantia, ſi modò turbatio ceſſat, non impeditur poſſeſſio, niſi fortè ſint minæ atrociores profectæ à Potentiori, qui eas exſequi ſolet, & poteſt. Minæ enim licet ſint verba, ſunt tamen turbativa. *Conf. Weſemb. ad tit. ff. Uti poſſid. n. 5.*

De turbatione in rebus incorporalibus, quomodo ſcil. fiat, traditur generalis regula: Quotiescunque impeditur aliquis actus, per quem probatur poſſeſſio vel quaſi, toties quis dicitur turbari in poſſeſſione & competit interdictum Uti poſſidetis, ſive quis turbetur per ipſum Reum, ſive per alium, nihil intereſt, *arg. L. 3. in pr. ff. quod vi aut clam. Schneidevvin. ad §. 4. Inſt. de Interdict. n. 41. Conf. Dn. Struv. d. Exerc. θ.30.* Imò ſolam negationem poſſeſſionis per ſe eſſe turbationem ex Menochio & Ma-

ſcardo docet Klock. *d. tract. de Contrib. d. c. 19. n. 190.*

Petitur hâc actione extraordinariâ, (1) Ut turbator à turbando deſiſtat, & actor declaretur poſſeſſor, iſte verò injuſtus turbator, *L. 1. §. 1. & 4. ff. Uti poſſid.* (2) Ut hic condemnetur, intra annum inſtitutâ actione, in id, quod intereſt poſſeſſoris, turbatam poſſeſſionem non fuiſſe: *d. L. 1. pr. L. 3. §. fin. ff. eod.*

Modus procedendi peti poteſt ex Rosbachio, Ummio, Fibigio, & aliis, qui ex profeſſo Proceſsûs materiam pertractarunt. Nobis ſequentia ſaltem notaſſe ſufficiat:

Actor igitur, qualis in hoc interdicto (quod duplex eſt, adeòq; uterque litigator in eo actor & reus eſt, uterque ſibi poſſeſſionem ſuam vocat, uterque ſe magis poſſidere affirmat, adverſarium autem poſſidere negat, *L. 2. in pr. ff. de Interdict. L. 1. §. inter litigatores. ff. uti poſſidetis,* unde uterque etiam poſſeſſionem probat, *L. 2. L. 5. ff. de probat.*) eſt qui prius ad Judicium provocavit, *per L. 2. in fin. ff. comm. divid. L. 13. ff. de Judic.* narrat poſſidere ſe Jus Conducendi *v. g.* aliamve rem incorporalem, & in eâ ſibi controverſiam & vim fieri ab adverſario, petitq; à Judice declarari ſe poſſeſſorem, ſibiq; condemnari adverſarium, ut is tum deſiſtat à turbatione illa, tum præſtet quanti ſuâ intereſt, quietam retinuiſſe poſſeſſionem, in quo continentur fructus & damna. *Vid. Hænon. in Diſp. quadam de Interd. θ. 10. lit. b.*

Notandum tamen hîc propter diverſitates factorum & turbationum, quæ fiunt, libellum modum

modum turbationis in ſe continere debere, ut ſciat Judex petitionem ſeu concluſionem rectè ſequi ex narrato facto, cùm præſertim in rebus incorporalibus turbatio valdè obſcura eſſe poſſit. Cautè itaque factum ſuum enarrare & ſibi cavere debet actor; ne ita narret, ut videatur compulſus & expulſus deſiiſſe poſſidere, per quod ſeipſum excludat, *L. 5. ff. de vi armat. Dn. Conring. alleg. Diſp. Inaug. θ. 29.*

Exceptiones contra Actoris narrata Reus opponit vel communes, vel ſpeciales.

Communes ſunt pacti, transactionis, *&c.* Specialiter quoad turbationem ipſam objici poteſt præſcriptio perpetua, quia rei perſecutoria actio eſt, *L. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* vel quod agens vi clam vel precariò poſſideat à Reo, *L. 1. §. fin. ff. uti poſſid. Ibiq́ Weſemb. in paratit.* vel tandem quod Rei nomine poſſideat. Exceptio verò Dominii regulariter opponi non poteſt, quoniam hoc interdictum eſt de retinenda poſſeſſione, in quâ nemo turbari debet, ne quidem à Domino. Ratione intereſſe verò factæ turbationis opponi poteſt exceptio annalis præſcriptionis. *L. 1. ff. d. t. Vid. Dn. Ludvv. alleg. Diſp. de Jure poſſeſſ. θ. 125. & ſeq.*

Ad fundandum hoc interdictum duo ſubſtantialia & principalia requiſita Actori ſunt deducenda; (1) Enim probare debet ſe litis conteſtatæ tempore poſſediſſe, §. 4. *Inſt. de Interdict.* (2) In poſſeſſione à Reo, qui non poſſidet, nec jus habet, turbatum eſſe, quod etiam præſumi tradit Dn. Struv. *d. Exerc. 45. θ. 121.* ſi ſecundùm Jus Canonicum probetur antiquior poſſeſſio & alter

alter hancce præſumtionem non elidere poſſit oſtendendo juſtam poſſesſionis ſuæ cauſam, *per c.9. extra de probat.* Verùm diſcrepantiam inter Jus Civile & Canonicum, ſalvâ tanti Viri autoritate, hâc in parte cum Dn. Ludvvello *ad Inſt. §.4. de Interdict. n. 9.* & laudato Dn. Jacobo Bornio *in d. Diſp. Inaug. de Jure in re actiones reales producente c.4. n.9.* non admittimus. Nam cit. cap. 9. extra de probat. hoc ſaltem dicit, quod ſi ab utraq; parte posſint probari actus poſſeſſorii, ita ut difficilè ſit Judici, quem poſſeſſorem dicere debeat, æquum ſit pro eo pronunciari, qui de diuturniore tempore (in quo probando etiam unius horæ, momenti, vel puncti anterioritas ſufficit, *juxta Dd. alleg. à Klock. d. tr. c.19. n.210.*) fidem fecit: præſupponit ergo & requirit non minùs ac Jus Civile tempore turbationis & litis conteſtatæ poſſesſionem.

Superioribus duobus requiſitis addunt nonnulli tertium, juſtificationem ſcil. tituli, quam in caſu, ubi de poſſesſione Regalium & Jurisdictionalium lis eſt, omninò neceſſariam eſſe, ita ut titulô non probatô in ejusmodi poſſeſſorio judicio posſidens obtinere non poſſit contendunt, *arg. L.3. §. Hoc autem. Verſ. itaque. ff. de itin. actuq. priv. L.1. §. fin. ff. de aq. cottid. & æſtiv. c.1. de præſcript. in 6.* Titulum tamen legitimum & validum requirunt: Cùm aliâs titulum infectum & vitioſum non producere melius ſit quàm producere. *Vid. Klock. dict. c.19. n.185. & ſeqq. Sixtin. de Regal. lib.1. c.7. n.37.* Et hoc inprimis verum eſſe putamus, ſi lis ſit de poſſesſione vel quaſi Regalium in Territorio alie-

alieno. Cùm enim hoc caſu præſumtio ſit pro Territorii Domino, alter allegans poſſeſſionem, ejus cauſam, *h.e.* titulum docere meritò obſtringitur. *Conf. Knich. de Jur. territ. c.3. n.132. & ſeqq. & c.5. n.13. & ſeqq.*

Probatio autem illa fit variis modis, vel ex facto noſtro, vel aliunde. Ex facto noſtro quomodo probetur poſſeſſio rerum corporalium, latè demonſtrat Weſembec. *in Paratitl. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. n. 6.* Rerum incorporalium poſſeſſio hôc modô probatur ex actibus poſſeſſoriis à nobismetipſis celebratis. Aliunde iſta, quantum ad easdem res incorporales ſive Jura (nam de corporibus itidem videri poteſt Weſembec. *d. l.*) demonſtrari poteſt famâ, teſtibus, qui deponunt vidiſſe ſe actus poſſeſſorios exercere, viciniæ ſcientiâ &c. *Add. Weſembec. d. l. Titulus probatur vel per inſtrumenta aut teſtibus, &c.*

Poſteaquam poſſeſſionem & turbationem debito modo probavit, Officio Judicis incumbit, ut Actorem declaret poſſeſſorem, *arg. L.35. §.1. ff. de R. V. L. 8. §. 4. ff. ſi ſervit. vindic.* Reo verò injungat, ne in futurum posſidenti vim faciat ſive turbet eum in poſſeſſione, *L. 1. in pr. & §. eſt igitur. & t. t. ff. uti poſſidet.* tum condemnet ipſum in id, quod intereſt victoris ei vim factam non eſſe, *L.3. §. ult. ff. d. t.* & ex uſu fori jubebit ut ſatisdationem victori de non turbando ipſo in futurum præſtet. Forma pronunciandi præter propter talis erit : In Sachen Mævii Klägers/ wider Titium Beklagten/ die poſſeſſion vel quaſi deß Vergleitens zu N. belangend / iſt/ allem

allem Fürbringen nach zu recht erkannt / daß Mævio die poſſeſſion vel quaſi angeregten Vergleitens an ſolchem Ort zuſtehe / und gemeldtem Beklagten nicht geziemet noch gebühret / geklagter Maſſen den Kläger zu turbiren / ſondern daran zuviel und unrecht gethan habe / auch deſſen hinfürter ſich enthalten ſolle / und derhalben / nächſt Erſtattung Koſten und Schadens / gebührliche caution zu thun ſchuldig ſeye / als wir ihn auch darzu condemniren und verdammen. Von Rechts wegen.

Quær. hîc, (1) An Cautio de impoſterum non ampliùs turbando ſecundùm Jus Juſtinianeum exigi poſſit? Negat Dn. D. Struv. *in d. Exerc. 45. θ. 122.* Dn. Ludwell. *Diſp. ad Inſt. 17. θ. 7. lit. E. & in Diſp. de Jur. poſſ. θ. 123.* Hœnon. *in d. Diſp. de Interdict. θ. 20. lit. D.* Rationem hic addit: Quia ſpecialiter ejusmodi ſatisdatio in ſervitutibus requiritur, *L. 7. L. 12. ff. ſi ſervit. vind. L. pen. ff. de aq. quot. & aſtiv.* cùm nihil ſit in ſervitutibus, quod victus reſtituat corpore; Servitutum enim nullam poſſeſsionem eſſe, *L. ult. ff. de ſervit.* ideòque requiri à victo cautionem, quæ ſit pro ſervitutis reſtitutione: ſed in rebus corporalibus rei ipſius poſſeſsionem reſtitui poſſe, quâ reſtitutâ fruſtrà aliud exigi, quod reſtitutionis vice fungatur.

Affirm. Weſembec. *in Paratitl. ff. uti poſſidet. n. 5.* Dn. Conring. *in alleg. ſuâ Diſp. Inaug. θ. 26.* Dn. Cramer. *itidem in d. Diſp. Inaug. loc. cit.* Gail. *lib. 1. Obſ. 116. per L. un. C. uti poſſid.* Et horum ſententia in praxi quoq; obtinet, licèt Negativa, quantum ad res corporales, Juri noſtro convenientior videatur. Nam

in d. L. un. agitur de cautione præſtanda non à victo; ſed à poſſeſſore, ſeu eo, qui in poſſeſſorio obtinuit, ne res ante Judicium petitorium finitum corrumpatur, vel deterior fiat, quod nominatim probat Paulus *lib. 1. ſentent. 11. in pr. & in L. 6. §. ult. junct. L. 14. & ſeqq. de Carbon. edict. L. 5. de pet. her.* Dn. Franzk. *Exerc. 14. q. 1. n. 51.* Interim ſi interdictum, Uti poſſidetis, ſeu loco illius actio datur quoque pro retinenda poſſeſſione rerum incorporalium, contra nos turbantem, ut ſuprà adſeruimus, quid prohibebit ad exemplum ſervitutum etiam Cautionem de impoſterum non ampliùs turbando ab adverſario exigere?

Quær. (2) An hoc Interdictum acti poſſidetis competat etiam illi, qui de poſſeſſione vi dejectus eſt, ad eam recuperandam? Affirm. Weſembec. d. l. Sed Negativa verior, involvit enim expreſſam contradictionem, pro recuperanda poſſeſſione Interdicto, Uti poſſidetis, quippe quod non niſi poſſidenti competit experiri: Quomodo enim ille poſſeſſionem retinere poteſt, qui vi dejectus eſt? Cùm ne animus retinendi adeſſe poſſit, *L. 6. §. ult. L. 7. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. L. 1. §. pen. ff. de vi & vi arm.* Nam liberam facultatem poſſeſſionem corporaliter apprehendendi ampliùs non habet, & nudus ac ſolus animus non ſufficit, ſed debet cum animo potentialis facultas, eam quandocunque velit, ingrediendi, & rurſus apprehendendi adeſſe, *L. 3. §. 13. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. Dn. Conring. d. Diſp. th. 16. Dn. Ludvvell. d. Diſp. de Jur. poſſeſſ. th. 117. add. Dn. Franzk. p. m. Exerc. 14. q. 4.*

Quær.

Quær. (5) Si ab utraque parte probationes per omnia fuerint æquales, quid faciendum Judici in hoc judicio? Variæ hîc reperiuntur opiniones. Quidam enim dicunt hoc caſu Judicem alterum alteri non debere condemnare, ſed pronunciare, ut,uti poſſident, ita poſſideant, *per L. 1. in fin. L. 3. in pr. ff. uti poſſid. L. unic. C. eod. Vid. Hænon. d. Diſp. θ. 12.* Quidam autumant, Judicem utrique parti pro parte dimidia pro indiviſo adjudicare debere poſſeſſionem ad exemplum Legatorum, *§. 8. Inſt. de Legat. L. 80. ff. de Legat. 3.* ita tamen, ut, ſi velint, eam dividere inter ſe poſſint, *arg. L. fin. C. de Commun. divid. Dn. Ludvvell. d. Diſp. θ. 124. Schneidevvin. ad §. 4. Inſtit. de Interdict. n. 88. & ſeqq.* Quidam putant Judicem debere judicare pro poſſeſſore præſente, *per §. commodum. Inſt. de Interdict. Weſembec. d. l. circa fin.* Quidam ſentiunt pro reo eſſe pronunciandum, *per L. 47. ff. de Oblig. & Act. L. 125. ff. de R. Jur. Dn. D. Böckelm. Præceptor quondam noſter plurimùm obſervandus in Colleg. Action. Exerc. 9. can. 5. §. pro retinenda.* Quidam opinantur eos in poſſeſſione relinquendos eſſe, usque dum in petitorio cauſa alterutrius fiat manifeſtior, & ut neuter alterum interea in poſſeſſione turbet pronunciandum, *L. 3. in pr. ff. uti poſſid. L. 128. de R. J. Dn. Cramer. d. Diſp. Inaug. cit. ſect. θ. 3.* Alii ſtatuunt nihil pronunciandum, ſed ſuperſedendum, ne Judex incertam proferat ſententiam, quod fieri non debet, *per L. fin. C. de Sentent. ex brev. recit. §. curare. Inſt. de Act.* Alii exiſtimant litem in hac difficultate probationum ſorte dirimen-

mendam, *per L. 14. ff. de judic. L. 5. ff. fam. erciſc. L. ſi duobus. 3. C. commun. de Legat. Conf. tamen Hermannus* von Spreckelſen *in Diſp. Inaugur. de Sortitione. θ. 24. & ſeqq.* Alii denique arbitrantur Judicem, viſis diligenter utriusque partis atteſtationibus & Juribus, accuratè animadvertere debere, ut æqualitatem probationum, ſi qua ſit, ad inæqualitatem juſtè reducat, ſeratq; certam ſententiam pro eo, qui pinguiora Jura habet. *Vid. Gail. in tract. ſing. de Pignorat. Obſ. 22. n. 7. ubi numeris ſequentibus, quomodo id fieri poſſit, tribus concluſionibus oſtendit, quarum prima ita ſonat: In interdicto retinendæ poſſeſſionis, quando uterq; contendit ſe in ſolidum civiliter & naturaliter poſſidere, & uterq; probat ſuam poſſeſſionem, is obtinere debet, qui antiquiorem poſſeſſionem probat. Secunda eſt: Quando uterq; æqualiter probavit, nec conſtat de antiquiore poſſeſſione alterutrius, tunc ſi unus probet titulum, alter non, pronunciandum pro eo, qui titulum ſuæ poſſeſſionis probavit. Tertia ita habet: Non probato titulo nec etiam antiquiore poſſeſſione, tunc datâ paritate probationum, in dubio pro Reo pronunciandum, cujus partes ſunt favorabiliores, d. L. 125. ff. de R. J.* Hæc ille. *Conf. Ahasver. Fritſch. De eo, quod juſtum eſt in dubio. Concluſ. 97.* Et huic ſententiæ nos quoq; ſubſcribimus.

Quær. (4) An poſſeſſorium retinendæ cumulari poſſit cum petitorio? Affirm. Canoniſtæ *in c. ſignificârunt. 36. extra de teſtib. item c. paſtoralis 6. & c. dilectus 6. extra de cauſ. poſſ. & propr. add. L. 18. §. 1. ff. de vi & vi arm. L. 12.*

12. §. 1. ff. de adquir. poſſ. in quibus JCti idem ſtatuere videntur. *Vid. Gail. 1. Obſ. 63. n. 1. 2. & 10. Dn. Ungep. p. m. Exerc. Juſt. 16. q. 1. in ajo. Bronch. Cent. 3. aſſert. 85. Dn. Ludvv. p. m. in Diſp. ad. Inſt. 17. θ. 5. lit. g.* hancque opinionem Cynus *in L. Ordinarii. C. de R. V.* veram eſſe dicit ſicut Evangelium. Negativam propugnat Bartolus *in L. 12. §. 1. de adquir. vel amitt. poſſ. n. 14.* prioremq; ſententiam falſam eſſe, ait, ſicut Judam Iſchariotem. *Ref. Dn. Franzk. d. Exerc. 14. q. 1. n. 10.* Et hæc Bartoli opinio Juri noſtro videtur convenientior, inq; Scholis diſputando defendi poteſt, *vid. L. 37. ff. de Judic. L. 3. C. de Interd. L. 10. C. de ordin. Jud. L. 13. C. de R. V. L. 14. C. de agric. & cenſit.* quibus textibus dicitur, quòd controverſia de poſſeſſione proponi ac finiri debeat, ante eam, quæ eſt de proprietate, & quòd aliàs à ſententiâ juſtè appellari poſſit. *L. 1. C. de appellat. Conf. Dn. Franzk. d. l. Dn. Struv. ſæpius alleg. Diſp. 45. θ. 174. Dn. Strauch. Diſſert. ad ff. 23. θ. 4. Treutl. Vol. 1. Diſp. 12. θ. 13. lit. B. Hænon. alleg. Diſp. θ. 12. Dn. Conring. d. Diſp. Inaug. θ. ult.* Uſu tamen hanc cummulationem quoad interdictum adipiſcendæ & recuperandæ admitti per c. 6. extra de cauſ. poſſ. & propr. non verò quoad interdictum retinendæ, ſtatuit Dn. Struv. *d. l.* Diſſ. Dn. Conring. *d. l.* etiam quoad hoc cumulationem admittens, cujus ſententiam, tunc veram eſſe putamus, ſi quis Remedio Uti poſſidetis pro tuenda quaſi poſſeſſione rerum incorporalium, ut in hoc noſtro caſu, utatur, *vid. Regner. Sixtin. lib. 1. de Regalibus. c. 7. n. 34.*

Quær. (5) An pars victrix propriâ autoritate ſententiam in Interdicto Uti poſſidetis ſuper Jure Conducendi latam, exſecutioni mandare poſſit? Pro Affirmativa facit: (1) Quòd ſententia ſuper Interdicto retinendæ lata videatur ſecum trahere exſecutionem, cùm victor jam ſit in poſſeſſione, & ſententia non novum conſtituat jus, ſed id, quod fuit, declaret, utque in ſua poſſeſſione retineatur, ſtatuat. (2) Si lite pendente licitè quis actus poſſeſſorios exercere poteſt, *per ea, quæ tradit Gail. lib. 1. Obſ. 145. n. 2. & ſeqq.* Quidni poſt latam in Interdicto Uti poſſidetis ſententiam idem licebit? (3) Si ſententia ſuper jure incorporali lata immediatè poſſeſſionem in victorem transfert, *arg. C. cum noſtris. de Conceſſ. præbend.* Certè iſte nulli Judicis aut Executoris facto indigebit. Pro Negativa militat (1) L. 5. §. 27. ibi: *per viatorem, aut per officialem præfecti, aut per Magiſtratum introducendus eſt in poſſeſſionem.* (2) Quia criminaliter accuſari poteſt ad pœnam legis Juliæ de vi privata, quæ eſt publicatio tertiæ partis bonorum cum infamia, *L. 4. C. unde vi. junct. L. 1. in pr. & L. fin. ff. ad L. Jul. de vi priv. Vid. Coler. de Proceſſ. Execut. Præfat. n. 12. & 13. Klock. de Contribut. d. c. 19. n. 216. usq. ad n. 225. incluſ.* Nos Affirmantium ſententiæ ſubſcribimus, cùm (ut ſuprà diximus) in poſſeſſorio retinendæ victus ad Cautionem de non ampliùs turbando ut plurimùm condemnari ſoleat, in factis autem negativis, puta quod quis ampliùs non turbet, per Cautionis impoſitionem Executio fieri conſueverit, *juxta*

Zaſ.

Zaſ. in L. miles. §. qui judicati. num. 12. ff. de re jud. quem laudat Klock. cit. c. 19. n. 227. Negativam igitur ſententiam extra terminos Interdicti Uti poſſidetis potiſſimùm locum habere cenſemus; tunc enim juxta communem Dd. opinionem *relat. à Coler. d. l.* Victor præhabitâ etiam licentiâ Jus Dicentis, non debet invadere poſſeſſionem rerum victi, ſi invenerit reſiſtentem. *Vid. L. 176. de R. J.*

Hæc de Remediis Poſſeſſoriis conſervandæ poſſeſſioni inſervientibus: Sequuntur Remedia ad iſtam recuperandam comparata.

Ad Recuperationem juvat Interdictum Unde vi, cujus nomine hodiè datur Actio perſonalis, rei perſecutoria, &, qui vi dejectus eſt de poſſeſſione rei immobilis, contra eum, qui dejecit, vel mandavit, aut ratum habuit, ut poſſeſſio ipſi cum omni cauſa, ac eo, quod intereſt, dejectum quem eſſe, reſtituatur, *L. 1. pr. §. 12. 31. 32. & §. 40. ff. de vi & vi arm.* Subjectum agens eſt poſſeſſor dejectus ſive naturaliter, ſive civiliter, *L. 1. §. 9. de vi & vi arm.* ſive animo, ſive corpore, *d. L. 1. §. 24 & ſeqq. d. t.* ſive juſtè, ſive injuſtè, *h. e.* vi, clam, vel precariò, etiam ab ipſo dejiciente, *§. 6. Inſt. de Interdict. L. 14. ff. de vi & vi arm.* Seu verè, ſeu quaſi, jus ſcil. aliquod, eo tempore, cùm dejiceretur, poſſederit, *L. 3. §. pen. §. 13. & ſeqq d. t. pr. in fin. Inſt. de Interdict. Vid. Dn. Struv. d. Exerc. 45. 0. 104. & ſeqq. Dn. Ludvvell. d. Diſſert. de Jur. poſſ. 0. 129. & ſeq.* quamvis enim rerum incorporalium verè nulla ſpoliatio ſit, Spolium tamen dicitur, quando quis impeditur uti re ſuâ, teſte

Dn. Erneſto Gothofredi *in Diſſert. de Jure Conſiſtor. in Eccleſ. Auguſt. Conf Uſitat.* θ. *113.*

Subjectum patiens eſt dejiciens ſive per ſe, ſive per alium dejecerit, *vid. L. 1. §. 12. & ſeqq. ff. de vi & vi arm.* ſive juſtam cauſam dejiciendi habuerit, ſive non, *L. 15 ff. eod.* ſive etiam poſſideat, ſive non *d. L. 1. §. 42.* ut ſi *v. g.* fundus ab hoſte occupatus ſit, aut domus igne conſumta, & res mobiles, quæ ibi erant, caſibus fortuitis interierint, *d. L. 1. §. 34. & L. pen. eod.* Sed quid dicendum de herede dejicientis? Reſp. & hunc in id, quod ad eum pervenit, vel dolo malo ipſius factum eſt, quò minùs perveniret, teneri, *vid. L. 1. §. fin. L. 2. L. 3. pr. L. 9. ff. dict. tit. Dn. Struv. d. Exerc.* θ. *108. & ſeq. Dn. Ludvv. d. Diſput.* θ. *132.*

Objectum hujus Actionis eſt poſſeſſio, de qua dejecti ſumus recuperanda cum omni cauſâ, *vid. §. 6. Inſt. de Interd. L. 1. §. 33. & 40. ff. de vi & vi armat. L. 4. C. unde vi. L. 22. C. de R. V. add. L. 62. in fin. ff. eod. tit. L. 39. §. 1. ff. de Legat. 1.*

Forma libellandi, ſeu potiùs ſummariè petendi, hîc eſt, ut proponat Actor ſe Jus Conducendi in hoc vel illo loco poſſediſſe vel quaſi, à Reo autem de poſſeſſione iſta vel quaſi dejectum eſſe, petatq;, ut dejiciens iſtud Jus cum omni causâ, quam habuiſſet, ſi vi dejectus non fuiſſet, reſtituat. Nam in hoc interdicto omnia, quæcunque habiturus vel adſecuturus erat is, qui dejectus eſt, ſi vi dejectus non eſſet, reſtitui, aut eorum lis à Judice æſtimari debet: isq; tantum conſequitur, quanti ſuâ intereſt, ſi vi deje-

ctus

ctus non eſſet, *d. L. 1. §. 41. L. 6. §. ult. ff. de vi & vi arm.* ſeu quicquid damni ſenſerit ob hoc, quòd dejectus eſt, recuperare debet: Priſtina enim cauſa reſtitui debet, quam habiturus erat, ſi non fuiſſet dejectus, *d. L 1. §. 31. d. t.* modò intra annum agatur, *d. L. 1. pr.* Si verò poſt annum, demum quis experiatur fit condemnatio in id, quod ad dejicientem pervenit, *d. L. 1. pr. §. ult. L. 3. pr. d. t. L. 4. de Interdict. Vid. Dn. Struv. d. Exerc. θ. 112. Dn. Ludvvell. d. Diſp. θ. 13. & ſeq. Dn. Strauch. diſſert. 23. θ. 5. Hænon. alleg. Diſp. de Interdict. θ. 13. lit. f.*

Requiritur autem ex parte Actoris, ut probet ſe poſſediſſe vel quaſi Jus Conducendi tempore ſpoliationis & ſpolium fuiſſe factum ab eo, contra quem agitur, aut alio, ejus Mandato aut ratihabitione: Non enim dici poteſt ſpoliatus, niſi quis probet ſe poſſediſſe, *L. 1. §. dejicitur. ff. de vi & vi arm. c. ult. §. objicitur. de reſtit. ſpoliat.* cùm privatio præſupponat habitum, *L. manumiſſiones. ff. de J. & J. L. decem. §. Decem. ff. de V. O.* Et hæc probatio ſufficit, quia in meris poſſeſſoriis actus ſolummodò poſſidendi conſideratur, titulumque ſuæ poſſeſſionis oſtendere nemo cogitur, *L. cogi 11. C. de petit. hæredit.* & poſſidens in dubio juſtè poſſidere intelligitur, *c. dudum 16. extr. de præſ.* propterea quòd ſpoliare quempiam ſuâ poſſeſſione eſt errare in puris terminis naturalibus. *Dn. Erneſt. Gothofr. dict. Diſſert. θ. 114. & ſeqq.*

Reus contra non auditur, licèt allegare velit cauſas, cur alterum de poſſeſſione vel quaſi dejecerit, quia ita diſputatio non ad poſſeſſo-

rium, ſed petitorium, pertinet. *Gail. lib. 2. Obſ. 75. n. 1.*

Nec exceptio proprietatis ſive Dominii, etiamſi ſit notoria, vel in continenti probatio offeratur, admittitur; ſed in aliud Judicium diſcutienda reſervatur. Cùm proprietas nihil commune habeat cum poſſeſſione, *per L. naturaliter. §. nihil commune. ff. de A. P.* nec ſpoliator in petitorio audiendus ſit, antequam ſpoliatus ſit ad ſuam poſſeſſionem reſtitutus, adeoque hoc caſu ante omnia reſtitutio fieri debeat, *§. 7. Inſt. de Interd. L. 8. C. Unde vi. L. 1. §. 30. L. 14. ff. de vi & vi arm. c. in literis cum 2. ſeqq. extr. de reſt. ſpol. vid. Gail. d. Obſ. n. 3. & ſeqq. Klock. de Contribut. d. cap. 19. n. 168. & multis ſeqq. Autor* deß Wertheimiſchen wolgegründeten Gegenberichts *c. 16. p. m. 487.* modò ſpoliatus contra oppoſitam hancce exceptionem proteſtatus ſit, *Idem Aut.* deß Wertheimiſchen Gegenb. *d. l.* Nam ſi ſpoliator exceptionem Dominii ſpoliato objiciat, & hic in eam conſentiat, *c. 1. extr. de reſtit. ſpoliat.* etiam tacitè, non replicando ſcilicet contra exceptionem, *arg. L. 2. ff. de except.* inquirendam eſſe veritatem de hac exceptione, ut & ſi ſpontaneæ renunciationis exceptio opponatur, *per c. 2. & 3. ibiq. Dd. de reſtit. ſpoliat.* putat Hœnon. *d. l. lit. g.*

Imò ſi ſpoliator in alia cauſa ſpoliatum conveniat, non tenetur ei ſpoliatus ante factam reſtitutionem reſpondere. *Gail. d. Obſ. n. 5.* imò nec coram Judice ſtare poteſt. *arg. c. cùm dilectus. extr. de Ordin. cogn. ubi expreſſè dicitur: quòd ſpoliatus ſpoliatori ante reſtitutionem non*

non cogatur ullatenus reſpondere, c. cum Eccleſiæ. Cauſ. 3. q. 2. ubi aſſeritur, quòd illi nec quicquam ante redintegrationem omnium rerum aut debeat aut poſſit objici, add. c. in ſcripturis. d. 2. q. 2. ubi dicitur, ejectos & ſpoliatos nec poſſe vocari nec in aliquo judicari, antequam cuncta, quæ ei ſublata ſunt, legibus poteſtati eorum redintegrentur. De Jure enim communi ejusmodi dejectiones ubique deteſtantur, in tantum, ut ſpoliator in nulla & prorſus nulla cauſa contra ſpoliatum audiendus; ſed planè à tribunali repellendus ſit, donec vitium ſpolii purgatum & reſtitutio ante omnia fuerit facta, ſeu, ut Socinus loquitur, donec ſpoliatus ad obolum usque reſtituatur; Cùm & in Leges & partes delinquat, qui non exſpectatâ Judicis ſententiâ alterius occupat poſſeſſionem. Priùs igitur ſpolium purgandum & omnia redintegranda. *Author* deß Wertheimiſchen wolgegründeten Gegenberichts *d. cap. 16. p. m. 484. & ſeq. conſ. p. 490. & ſeqq.* Et ſuperiùs dictum maximè procedit, ſi exceptio ſpolii, cùm ſit dilatoria, ante litis conteſtationem proponatur, quod ſingulariter notandum monet Gail. *d. Obſ. n. 6.*

Probato igitur legitimè ſpolio Judicis eſt Spoliatorem ad plenariam reſtitutionem cum omni cauſa (cujus nomine quoque contra ſpoliantem juratur in litem, *L. ſi qn. 9. C. unde vi.*) faciendam condemnare. *Gail. d. Obſ. n. 7.*

Quæritur hîc, (1) An hoc interdictum ſeu actio ejus nomine competat vendi? Negat Roland. à Valle *Vol. 2. Conſil. 46. n. 32. & ſeqq.* Dn. Wiſſemb. *p. 2. Diſſert. 23. th. 27. per L. 1. §. 23. & 45.*

45. ff. de vi & vi arm. ubi dicitur nulli alii competere hoc interdictum quàm ei, qui,cùm dejiceretur,poſſidebat. Affirm. Cagnol. *ad Tit. de Reg. Jur. L. 59. n. 17.* Dn. Struv. *d. Exerc. 45. θ. 107. per d. L 1. §. 44. d. t.* Actiones enim ex delicto regulariter hæredibus dantur, quia ex iis perinde ut ex contractu defuncti, obligatio eſt nata, quæ in hæredem, defunctum quoad quodlibet commodum & incommodum repræſentantem, tranſit. Vid. laudat. Dn. Struv. *Exerc. 46. θ. 80.* & hanc ſententiam nos quoque amplectimur.

Quæritur (2) An competat Prædoni contra Dominum? Negat Dn. Struv. *d. Exercit. 45. θ. 110. per c. cum dilectis. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. c. fin. de reſtit. ſpoliat. in 6.* Affirm. Gail. *dict. Obſ. n. 3. & Obſ. ſeq. n. 8.* Achill. Perſonalis *d. tract. adipiſc. poſſeſſ. num. 247. 260. 287.* Dn. Ludw. *d. Diſp. de Jure Poſſeſſ. θ. 129.* Hœnon. *d. Diſput. de Interdict. θ. 13. lit. B.* Weſembec. *in paratitl. ff. de vi & vi arm. n. 11.* Bronch. *Cent. 2. Miſcell. Controv. aſſ. 50. Autor* deß Wertheimiſchen wolgegründeten Gegenberichts *dict. c. 16. p. m. 486. per L. 17. ff. de vi & vi arm. & c. in literis extr. de reſtit. ſpoliat.* Nemo enim ſine citatione, actu Judiciali & cauſæ cognitione à ſua poſſeſſione amovendus, *L. 2. in fin. C. ſi propter publ. penſit. vend. L. 6. C. unde vi. vid. Dn. Strauch. Diſp. ad ff. 8. θ. 16.* Notorius enim Juris defectus petenti reſtitutionem non obſtat, nec ejusdem vel bonæ vel malæ fidei ratio habetur, cùm reſtitutio ſpoliati non in titulo aut Jure petentis conſiſtat, ſed in odio ſpoliatoris fundetur.

tur. Et titulus ſpoliatoris propoſitus pro non objecto, ſed tanquam inconſideratus habetur & rejicitur. Si enim ſpoliator ad ejusdem probationem admitteretur, ſpoliatus nunquam reſtitueretur, *laudatus Auth.* deß Wertheimiſchen wolgegründeten Gegenberichts *d. l.* Et hanc ſententiam de Jure veriorem putamus.

Quæritur (3) An contra ſingulares competat poſſeſſores? Videtur Affirm. *per L. 4. §. 22. de Uſucap. junct. L. ult. C. unde vi.* Negat Dn. Ludw. *d. Diſp. de Jure Poſſeſſ.* θ. 133. *per L. 7. ff. de vi & vi arm.* quia hi defunctum dejicientem non repræſentant, ut heres univerſalis, *L. 11. ff. de div. & temp. præſcript.* neque etiam hoc Interdictum ex delicto deſcendens rem; ſed perſonam ſequitur, *arg.* §. 1. *Inſt. de Act.* & ne in heredes quidem tranſitorium, niſi quatenus ad eos pervenit, *ſuprà alleg. L. 3. pr. ff. de vi & vi arm.*

Quæritur (4) An Vaſallo competat contra Dominum? Affirm. Borell. *de Feud. c. 9. n. 18.* Paul. Berenſ. *Diſp. Feud. 9.* θ. 10. *& Diſp. ad Inſt. 17.* θ. 2. *q. 5.* Roſenthal. *in Synopſ. Feud. cap. 10. concl. 23. n. 3. arg. c. eſto ſubjectus. 7. diſt. 95. ubi dicitur: Epiſcopi habeant Clericos quaſi Clericos, ut ipſis Epiſcopis à Clericis quaſi Epiſcopis honor deferatur.* Negat Dn. Ludwell. *in Synopſ. Jur. Feud. c. 14. p. mihi 290. & c. ult. p. m. 716. Diſp. de Jur. Poſſ.* θ. 131. *& Exerc. ad Inſt. 17.* θ. 7. *lit. g.* Dn. Struv. *Syntagm. Jur. Feud. cap. 11. aph. 3. n. 1.* Hœnon. *d. Diſp. de Interd.* θ. 13. *lit. b. arg. L. 1. §. 43 ff. de vi & vi arm. c. Dominus de milit. Vaſall. 2. F. 22. ubi habetur, ſi Dominus*

malo

malo ordine feudum intraverit, vaſallum ſalvâ reverentiâ in Curia conqueri debere. Unde colligunt actionem in factum ex cauſa interdicti ſaltem competere, videlicet ut factum verbis temperatis narretur, delictum non inferatur, neq; crimen intendatur, ſed ut poſſeſſio aut res reſtituatur, petatur, ut in L. hi tamen. 11. §. *libert. ff. de accuſat.* Et huic ſententiæ calculum noſtrum adjicimus.

Hæc de interdicto Unde vi. Plura quidem recuperandæ poſſeſſionis remedia in Jure noſtro prodita ſunt, videlicet Condictio ex c. ſæpe. de reſtit. ſpol. Condictio ex L. fin. C. de adquir. poſſ. Condictio ex L. cum re. ff. de vi & vi arm. Condictio ex L. fin. C. Unde vi. item Diſpoſitio c. frequens. de reſt. ſpoliat. Remedium ex L. 13. quod met. causâ. Ex Lege pen. & ult. & ad L. Jul. de vi priv. Ex Lege 7. C. Unde vi. Verùm hæ Leges cùm partim in uſu non ampliùs ſint, *vid. Dn. Struv. d. Exerc. 45. θ. 115.* partim verò ſpoliatis ſeu de poſſeſſione dejectis non adeò plenè proſpiciant, aliud & quidem pleniſſimum ac omnium tutiſſimum Remedium inventum eſt, in c. redintegrandæ. 3. q. 1. quod amplitudine quâdam & exuberantiâ præponderat, & cætera canonica & Civilia Remedia ſuo ambitu complectitur, ac ſine ulla perſonarum & rerum diſtinctione ſpoliato, *h. e.* omni (non ſolùm Clerico; ſed & Laico, *vid. Gail. d. Obſ. 75. n. 10. Anton. Teſſaur. Deciſ. Pedem. 29. n. 1. in fin. Rol. à Valle Vol. 2. Conſ. 50. n. 3. & Conſ. 72. n. 8.*) qui de re aliqua, ſive mobili, ſive immobili, vi dejectus eſt, ſive cui aliàs quovis modo ſine juſta cauſa ablata

res

res eſt, (etiam heredi, quando in vita defunctus cecidit à poſſeſſione per injuſtas cauſas & ſine culpa & facto ſuo, quia heres repræſentat perſonam defuncti in jure activo & paſſivo in perſona defuncti, quod ad ipſum heredem transmittit. Nam ſi defunctus ſpoliatus non fuiſſet, jus recuperandi poſſeſſionem non fuiſſet in perſona defuncti formatum, & ſic ad heredem transmiſſibile non eſſet, *Rol. à Vall. Vol.4. Conſil.32.n.4. & 6. ubi ex Socino refert, quòd hoc jus etiam transire poſſit ad heredem heredis, cùm heres heredis quoq; teſtatoris ſit heres, L. fin. C. de hered.inſt.)* adversùs quemlibet ejus rei poſſeſſorem, quamvis ipſe non ſpoliaverit, nec etiam ſpoliationis ſit conſcius; ſed bonâ fide ac cum titulo poſſideat, perpetuò & ſine temporis præfixione datur, *vid. Dn. Struv. d. Exerc.* θ. 114. Hœnon. *d. Diſp.* θ. 14. *Treutl. Vol. 2. Diſput. 25.* θ. *ult. lit. E.* Diſſentit quoad ſucceſſorem ſingularem titulo & bonâ fide poſſidentem Gail. *dict. Obſ. 75. n.* 11. *Conf. Modeſtin. Piſtor. Vol.* 1. *Conſil. 57. numer. 7.* Priorem tamen opinionem receptiorem eſſe & in Judiciis obſervari teſtatur Mynſinger. *ſingul. Obſerv. Cent. 3. Obſ. 85. num. 3. & ſeqq.* Anton. Theſſaurus *d. Deciſ. Pedem. 29. num.* 1. Roland. à Valle *dict. Vol. 2. Conſil. 72. n. 7. & Vol 3. Conſil. 6. num. 40.*

In hoc etiam differt Remedium hoc ab interdicto Unde vi, quod iſtîc (uti ſuprà innuimus) duo extrema probanda ſint ex parte agentis poſſeſſio, & ex parte rei conventi dejectio: Hîc autem ſufficiat probare antiquiorem poſſeſſionem. *Vid. Gail. d. Obſ. n. 13.*

De

Dejectio enim ſive ſpolium eô ipſo probatum intelligitur, dum probatur Actorem poſſediſſe: atque ita ſufficit ad victoriam, ſi probatur antiquior poſſeſſio ex parte Actoris & recentior ex parte Rei, quia poſſeſſio nova habetur pro invaſione. Neque poterit ullus actus, qui habet contradictionem & reſiſtentiam antiquioris poſſeſſionis, pro legitimo actu poſſeſſorio allegari, *Klock. d. c. 19. n. 145. & ſeqq.*

Notandum autem hîc, peritos Advocatos, ut dignoſcatur, quòd remedium hocce juris Canonici, non verò Interdictum Unde vi intendetur, in ſummariâ petitione (cùm nullum remedium poſſeſſorium exigat ſolennem Libellum) qualitatem dicti Canonis verbô aliquô exprimere ſolere, ſcilicet petendo reſtitui & REDINTEGRARI poſſeſſionem, *Klock. d. l. n. 142.*

Hactenus de Remediis poſſeſſoriis, ſequuntur nunc Petitoria.

Talia ſunt Actiones Confeſſoria & Negatoria. Quamvis enim hæc primitùs pro ſervitutibus ſaltem vindicandis introductæ ſint, utiliter tamen hodiè ad alia Jura incorporalia (maximè ſi ſpeciem aliquam ſervitutis præ ſe ferant, *Klock. d. c. 19. n. 413.*) etiam accommodantur, *vid. Manz. de S. U. & R. P. tit. 5. num. 34. Dn. Struv. Exerc. 13. th. 52. Dn. Bæckelmann. Præceptor noſter Honorandus, in Colleg. Act. Exerc. 3. can. 10. Sixtin. de Regalib. lib. 1. cap. 7. num. 15. & ſeqq. Matth. Steph. de Juriſdict. lib. 1. c. 40. num. 7. 8.*

Eſt autem Actio Confeſſoria actio in rem, quâ Dominus ſervitutis conſtitutæ aliúsve rei

incor-

incorporalis, contra quemvis eam detinentem intendit, ut declaretur iſtam ad ſe pertinere, ac proinde liberum illius uſum ipſi permittendum. *Vid. L. 2. L. 7. ſi ſervit. vindic.* §. 2. *Inſtit. de act.*

Fundamentum & cauſa hujus Actionis eſt Dominium rei incorporalis, cujus probatio incumbit in hac actione petitori, ſive ſit in poſſeſſione, ſive non. *Vid. laudat. Dn. Struv. dict. Exercit. 8. 43.*

Competit hoc noſtro caſu Domino Juris Conducendi, ſeu ei, qui Jus Conducendi in alieno habet legitimô modô adquiſitum, quod, ut dictum, probare tenetur. Si quis tamen diuturnô uſu & longâ quaſi poſſeſſione JusConducendi nactus ſit, tunc ei non neceſſe eſt, docere de Jure ſeu titulô, quô Jus hoc adquiſivit; ſed ſufficit, ſi oſtendat tantô tempore, ſe non vi, non clam, non precariò Jus hocce exercuiſſe, *arg. L. 10. pr. ff. ſi ſerv. vindic.* Et licèt Regulariter teſtes ſingulares non probent, *per c. licèt cauſam. verſ. quanquam. de probat. c. bonæ memoriæ. 33. verſ. porrò &c. de elect. & elect. pot.* tamen hoc non procedit in probanda Jurisdictione, vel Servitute; cui, ut dictum; non multum diſſimile eſt Jus Conducendi in alieno competens, unde ſi in Jure Conducendi unus teſtis deponat de uno actu, alius de alio, licèt ſingulares ſint, tamen probant: Ad probandum enim unum integrale ſufficit probare ejus partes per teſtes ſingulares, quia reſpectu ejusdem finis concordant, etſi in tempore & actibus diſcordent, & ſic non dicuntur ſingulares, *per text. notab. in L. 16. C. de pæn. ibi:*

in unum conſpirante, concordanteq; rei finem. vid. Gail. lib. 2. Obſ. 66. n. 10. & ſeqq. Quòd ſi Jus Conducendi in alieno ſit pluribus commune, tunc unicuique competit in ſolidum hæc actio, *arg. L. 4. §. 3. L. 6. §. 4. ſi ſervit. vindic.*

Datur contra tale Jus detinentem vel de facto exercentem, ſeu iſto uti impedientem; qualis impeditio in rebus incorporalibus quandoq; haberi poteſt pro detentione. Si verò Territorium, in quo alteri competit Jus hocce Conducendi, ad plures pro indiviſo ſpectet, unusquisque eorum convenitur in ſolidum.

Petit hac actione actus, ut declaretur ſibi Jus Conducendi competere, & reus condemnetur in id, quod ſuâ intereſt in exercitio hujus Juris nôn fuiſſe impeditum, *arg. L. 4. §. 2. L. 6. §. 5. ff. ſi ſervit. vindic.* Victori quoque officio Judicis adverſus periculum futuri temporis cautio (quâ opus eſt, quando in poſſeſſione & actu discontinuo conſiſtit ſervitus elve ſimile jus. *Vid. Bachov. in Not. ad Weſemb. ſi ſerv. vind. n. 4.*) etiamſi libello non expreſsè petita præſtandâ, neque ſe, neque ſucceſſores ejus in Jure Conducendi eum impedituros, *arg. L. 7. (in qua verba disjuncta: aut res præſtetur, aut cautio, pro conjunctis accipienda, quod frequens in Jure, vid. L. 53. de V. S.) L. 12. ff. d. t.* Si verò neque res, *h. e.* præſens liber hujus Juris uſus, & quæ adeum ſpectant, præſtetur; neque reſpectu futuri temporis cautio, tanti condemnat Judex, quanti Actor in litem juraverit, *d. L. 7. in fin.*

Libellus igitur in hac actione ſeqq. continere debet: (1) Quòd Actor ſit Dominus Territo

ritorii dominantis, quô caſu tamen, quia dominium non principaliter in judicium deducitur, ſed incidenter, ſufficit ſecundùm Angelum *in d. §. æquè. 2. Inſt. de action. n. 9.* ſi Actor probet ſe eſſe in poſſeſſione Territorii dominantis. Nec enim Actor petit ſe declarari Dominum Territorii dominantis; ſed principaliter agit de ſervitute ſive Jure Conducendi ſibi debito & conſtituto, ac petit tale jus declarari Territorio ſuo deberi. (2) Quòd aſſerat Actor ſibi Jus Conducendi competere & Territorio ſuo deberi. (3) Alleget turbationem ; qualiter impeditus ſit; quod facilè fieri poteſt per aliquem actum ; quô impeditus eſt uti Jure Conducendi. Imò eô ipsô, quòd Reus in judicio verbaliter ſeſe opponit, & negat Jus Conducendi deberi, videtur turbare & impedire. (4) Petat, ut declaretur tale Jus ſibi competere. (5) Propter impedimentum imploret officium Judicis ſuper intereſſe : Veniunt enim in hanc actionem intereſſe; fructus, & damna. (6) Petat condemnari Reum, ut ceſſet ab impedimento, & præſtet patientiam de præſenti. (7) Ut caveat ſe & ſucceſſores ſuos non impedituros inpoſterum actorem uti Jure Conducendi. *Vid. latè Schneidevv. in d. §. æquè. cap. 2. ubi actionem confeſſoriam explicat, &, qualiter in ea libellus formandus ſit, dilucidè monſtrat.*

Actio Negatoria eſt, quâ Dominus adversùs eum ; qui Servitutem (aliúdve jus) in re ipſius prætendit, rem liberam declarari intendit ; ſeu quâ Dominus negando Servitutem (aliúdve Jus

prætenſum) libertatem vindicat. *Vid. L. 2. pr. ff. de ſerv. vindic.*

Fundamentum hujus actionis eſt libertas naturalis, quâ Dominus in re ſua non tenetur aliquid pati aut non facere, *L. 4. §. 7. L. 13. ff. d. t.* duo igitur ſunt hujus actionis requiſita. (1) Ut Actor habeat dominium, vel jus in re, in cujus uſu impediatur. (2) Reus ſibi jus in ea re competere affirmet.

Datur hæc actio in hoc noſtro jure perſequendo Domino Territorii, in quo alter Jus Conducendi prætendit, *arg. dd. texx.* Cùm autem res præſumatur libera, *L. altiùs 8. L. in ædibus. 9. C. de Servit.* hanc libertatem probare haud tenetur Dominus Territorii; ſed reus, excipiendô affirmans Jus hoc ſibi competere, id probare debet; non enim ſervitutes habent cauſas naturales; ſed conventas ac præſcriptas, quæ non præſumuntur, verùm probandæ ſunt, niſi actor in libello afferat reum in ipſius Territorio iſtô Jure, vi, clam, aut precariò uti, quod probandum erit Actori.

Competit adversùs eum, qui dictum Jus in Territorio alieno prætendit, *per L. 8. §. 5. L. 17. pr. §. ult. ſi ſervit. vindic.* nec non contra eum, qui aliter utitur Jure hoc in alieno Territorio conceſsô, quàm uti deberet, *v. g.* ſi ultra terminum conſtitutum Conducere quis velit &c.

Vindicatur hâc actione libertas à Jure ejusmodi in noſtro Territorio prætenſo, *per L. 4. §. pen. ff. ſi ſervit. vindic.* & petitur (1) ut Judex declaret Territorium noſtrum eſſe liberum quoad reum conventum & non eſſe Jus adverſario

rio Jure Conducendi in noſtro utendi. (2) Ut reus ceſſet ab uſu attentato d. Juris. (3) Ut condemnetur reus ad intereſſe & damna, *per d. L. 4. §. 2. verſ. ſed et. d. tit.* Exigitur quoque officiô Judicis (ut in actione confeſſoria) à reo cautio, neque ſe, neque ſucceſſores ejus ampliùs petitoris libertatem Territorii, Jus tale prætendendô, impedituros, *per d. L. 7. ff. d. t. ſi ſervit. vind.* & hanc cautionem non debere eſſe fidejuſſoriam; ſed nudam promiſſionem ſufficere ſtatuimus, *per L. 3. C. de V. S. add. Dn. Johann. Georg. Herold. in Diſp. Inaug. de Cautionibus An. 1653. Jenæ habita* θ. 4.

Poteſt etiam hæc Actio Negatoria per modum exceptionis proponi, *per L. 16. ff. ſi ſervit. vind.* Sed quia ſæpe non expedit expectare, donec alius agat, optimè conſtitutum eſt, ut rectà quoque agendô taliter negans experiri poſſit, ſi adverſarius ſit in quaſi poſſeſſione ſervitutis, *L. 8. §. 3. d. tit. Dn. Franzk. ad §. 2. Inſt. d. Act. n. 20.* Plura de hisce Actionibus qui deſiderat, adeat Schneidewinum *ad §. 2. Inſt. de Action.* Manzium *de Servit. præd. Urban. & Ruſtic. tit. 5.* Dn. Struve *in Syntagm. Jur. Civil. d. Exerc. 13.* θ. *42. cum 9. ſeqq.*

Quin verò Actio Confeſſoria & Negatoria cum utili Interdicto uti poſſidetis hîc conjungi & cumulari poſſit, ambigendum non eſt: Petitorium enim hocce, quô vindicantur Regalia & alia jura incorporalia, competunt etiam poſſeſſori, *vid. L. 8. §. Ariſto. ff. ſi ſervit. vind. §. æquè. 2. Inſt. de Act. ibiq. Dd.* ideoque impedimentum contrarietatis ceſſat: Notandum tamen (1) ſi

narrata promiſcuè proponantur, petitio autem Libelli ſit poſſeſſoria, nec principaliter ad reſtitutionem, ſed potiùs ad poſſeſſionem libertatis concluſum, petitorii nullam haberi rationem. Nam quando libellus poteſt potentialiter conſiſtere ſuper duabus actionibus, tunc illa ſumenda, quæ minoris eſt præjudicii, *L. un. C. ſi de moment. poſſ.* (2) Tum demum remedia illa cumulata cenſeri, ſi per ſeparatas petitiones diverſo reſpectu minimeque ſe contingentes inſtituantur & ſubordinentur, *per text. in c. dilectus. extr. de ord. cognit. L. fundum. & L. fundi. ff. de Except.* (3) Ex clauſula ſalutari OMNI MELIORI MODO Libello inſerta cumulationem petitorii & poſſeſſorii non argui. Clauſula enim iſta non admittit contraria, ſed via, quam quis eligit, ſequenda eſt, *L. ſi mulier. in fin. ff. quod met. cauſ. vid. Klock. de Contribut. d. cap. 19. & multis ſeqq.* (4) Prudentis Advocati eſſe intentato poſſeſſorio ſimul ac petitorio, ſi jura in continenti liquidari poſſint, exceptionesque Rei altiorem indaginem requirant, expreſsè, petat in ſolo poſſeſſorio pronunciari, & petitorium ſuspendi usque ad concluſionem in cauſa: Quæ ſuſpenſio ad inſtantiam partis omninò concedenda eſt etiam invito & reluctante Reo, *per c. paſtoralis. extr. de cauſ. poſſ. & propr. L. 1. C. de Carbon. edict.* nec per exceptionem dominii aut notorietatis illiquidam, quæ exigit probationes extrinſecas, pro ſcripturarum declaratione & verificatione perimi aut enervari poteſt, *Achill. Perſonal. in tract. adipiſcend. poſſ. n. 112. & in tract. quor. bonor. n. 496. per L. fin. C. quor. bon.*

Rol.

Rol. à Vall. Conſil. 1. n. 72. & ſeqq. vol. 1. laudat. Klock. d. c. 19. n. 456. & ſeq.

De Judice competente & Proceſſu Judiciario in perſequendis Regalibus latè tractat Sixtinus *lib. 1. de Regalib. c. 8.*

Quamvis autem hæcce Juris Remedia de quibus hactenus diximus, ſint ſaluberrima, & ad perſequendum Jus noſtrum abundè ſufficientia, vitio tamen ſeculi tardè admodùm iſtud ſæpe conſequimur, quod nobis debetur : cùm Judicia pro Symbolo videantur habere illud : Festina lente, quod Judici inculcat Oldendorp. *in tract. de Except.* Optandum verò, ei ſubjungeretur, Ut ne quid nimis : Lites enim Spiræ ſolent ſpirare, non autem (aut rarò) exſpirare. Et litigantes, dum ſpirant, ſperant, nec unquam (aut ſatis ſerò) adſpirant, uti loquitur Parthenius litigioſus *lib. 1. c. 1. n. 22.* Ja das Cammergericht wird ſolcher Geſtalt offtermals einem zum Jammergericht. Litibus ſiquidem implicari & nunquam explicari malum ſanè eſt longè maximum, quod non parùm confirmat effatum cujusdam Itali, cujus meminit Dn. Job. Brandes *in eleg. libello de vera & ſimulata JCtorum Philoſophia c. 4. p. m. 62.* Wenn der Teuffel die Pein deß beſchwerlichen Proceſſes in der Höllen nicht hat/ könte er ſich nicht rühmen / daß er alle unerträgliche Qual beyſammen habe. Sed quid in culpa? Hac de re Wehner. *in Obſerv. Pract. voc.* Juſtitz-Weſen *p. m. 258.* inter alia ſequentia habet verba : Ob man wol/ GOtt ſey Lob und Danck / im H. R. Reich viel nützliche Leges, Conſtitutiones, Statuta & Conſuetudines hat/ dahero man wol wiſſen und leichtlich

urtheilen kan/ was Recht oder Unrecht / Billich oder Unbillich ſey / auch ein gewiſſer Gerichtlicher Proceß/ welcher Geſtalt in allen Rechts-Sachen vom Anfang bis zum Ende procedirt werden ſolle / in denen beſchriebenen Rechten verordnet/ zu dem in den meiſten Unter-Gerichten ſonderbare Gerichts-Ordnung/ wie auch an Fürſtlich- und Gräflichen Höfen Hof-Gerichts-Ordnung / ingleichen in ſummo Imperii Rom. Tribunali eine gar ſchöne/ gantz wol bedachte und ſo offtermals verbeſſerte Cammergerichts-Ordnung vorhanden : So befindet man doch je länger je mehr/ und erfahren daſſelbe mit ihrem groſſen Schaden / ja offtermals äuſſerſtem Verderben und Untergang/ beklagen auch ſolches mit Seufftzen und heiſſen Threnen viel hundert / ja mehr als ein tauſend Bedrängte/ daß/ GOtt erbarme es/ die verflüchtige Beklagte/ und deroſelben Rahtgeber es ſo weit nunmehr gebracht/ daß faſt keine Sach mehr/ wenn ſie der Wichtigkeit iſt/daß an das Hochlöbliche Cammergericht kan appellirt werden / bey eines Menſchen gantzer Lebzeit/ wenn er auch gleich ein zimliches hohes Alter erreicht/ zum Ende komt / ja auch offtermals ſeine Kinder die Endſchafft derſelben mit ihrem Leben kaum erreichen können/ ꝛc. ꝛc. *vid. Aut. cit. d. l. usq. ad verba* **zu bekommen nicht vermag** / ꝛc. Et hæc cauſa forſan non eſt univerſalis ; propius rem tangunt Gravamina Proteſtantium in Conventu Pacis Osnabrugo-Monaſterienſi Anno 1646. exhibita: Ubi circa Juſtitiæ punctum inter alia dicunt: Daß die Schuld ſolcher immortalis litium diuturnitatis nicht ſowol denen litigantibus, eorundemque Advocatis ſive Procuratoribus, noch Dominis Judicibus & Aſſeſſoribus, viel weniger pruden-

tiſſimis

tiſſimis Legibus & Sanctionibus & procedendi formæ modoque per ſe, als vornemlich immenſæ cauſarum multitudini zuzuſchreiben / welche bereits auf viel tauſend zum Theil geſchloſſene zum Theil noch obſchwebende Händel dermaſſen erwachſen / daß gleichwie bereits mit derſelbigen alleinigen Erörterung die Herren Aſſeſſores auch in völliger Anzahl länger denn ein gantzes ſeculum zu ſchaffen haben würden: Alſo im Fall noch immerzu noch neue Sachen darzu kommen ſolten / ſich ſelbige gar in infinitum häuffen / und kein andere Mittel oder Hoffnung mehr zu der meiſten und zumal jüngern Händel Expedition und Erledigung übrig verbleiben / und alſo in effectu derſelben campana ſine piſtillo ſeyn / und mehr den Böſen und Schuldigen zu Mißbrauch / als denen Bedrangten und Unſchuldigen zu Gutem kommen würde / ꝛc. ꝛc. *vid. Dn. Conring. Diſſertat. de Judic. Imp. Germ.* §. *99.* & *, qui hoc latius perſequitur, Dn. Burgoldenſis ad Inſtrum. Pac. p. 2. Diſc. 20. n. 14.* Idem teſtatur Dn. Graviſſet Nob. Bern. *in Satyr. Heuteliæ (Helvetiæ) §. 37. uti citatur à Dn. Franciſco Irenico in Coll. ad Burgold. d. Diſc. 20. circa fin.* ita diſſerens: Die Themiſten (*Doctores Juris*) werden in Curia Tonotegmannica (Cammergericht zu Speyer) deß langen Aufhaltens beſchuldiget / wenn man aber recht nachſchlagen werde / ſo werde man befinden / daß die Richter daran keine Schuld tragen / denn es wären für ein Appellation oder Gerichts-Cammer der Proceſſen gar zu viel / und der Aſſeſſoren oder Richter gar wenig; wenn über dieſelbige noch andere dergleichen mehr Cammern wären / ſolten ſie doch noch wol genug zu thun haben; wäre alſo das die fürnehmſt

Urſach ſolcher ſo langen Verweilung ; zu welcher denn auch noch eine andere Urſach kommt/ nemlich die Viele der Feyer-Tåge : denn gleichwie die Richter in die Numinaliſten und Protheiſten (id eſt, Evangeliſche und Catholiſche) unterſcheiden werden / alſo hat eine jede Partey ſeine ſonderbare Feſt- und Feyer-Tåg/ daß demnach mancher Feyer-Tag zweymal gehalten wird ; Es håtten zwar die Numinaliſten (Evangeliſche) nicht ſoviel Feyer-Tåg / als die Protheiſten / (Papiſten) welches dem gemeinen Mann unter den Numinaliſten wol bekommt/ denn ſie ihr tåglich Brod mit Arbeiten beſſer erlangen mögen ; Jedoch werden ſich ſolche Numinaliſche Feyer-Tåge faſt bey einem Monat im Jahr belauffen. Man kônte aber ſich in dieſem leichtlich vergleichen/ und ſonderlich kônnten die Numinaliſten (Evangeliſche) dieſen Punct den Protheiſten (Papiſten) cediren ; in Betrachtung/ daß es kein Religions-Articul und der Numinaliſten calculus nicht ſo wol zutrifft als der Protheiſten. Hæc ille. Hinc orta iſta diffidentia inter Status, uti itidem innuunt Status Evangelici *in dd. Gravaminibus*, dum ita conqueruntur: Die zurück geſtellt und hinterbliebene Juſtiz iſt die Haupt-Urſach und Brunnquell deren ſowol zwiſchen den Stånden unter ſich ſelbſt / als auch zwiſchen denſelben und Hôchſtgeehrten Ober-Haupt/ hergefloſſenen Mißtrauen / innerlichen Zwietracht / Unruhe und Trennungen geweſen. *vid. Theatr. Europæum Tom. 5. p. 1047. quod citat laud. Dn. Burgold. d. l. Conf. Dn. Conring. in Not. ad Lampad. c. 16. num. 81. & 82.* Hinc quotidie fermè alterum ab altero Jus ſuum viâ facti vindicare & ſæpè Potentio-

rem

rem minùs Potentem opprimere videmus: In propatulo enim eſt, *ait Dn. Frider. Chriſtianus Bruggemann. in tract. de Statu & Scopo Reip. Germ. p. 2. ſect. 3. num. 8.* aliter ſæpiculè publicè agi, quàm Imperii Leges volunt, partim directè, partim indirectè. In cauſa eſt, quòd Leges Imperii rectè ſancitæ Imperatori ac ſingulis Ordinibus ſuum tribuendo obſervet proportionem, paucos autem invenias nantes in gurgite vaſto, qui ſuo Jure contenti, ac in eo adquieſcant, nec aliena appetant, modò ſeſe apparentia quædam tituli, quô factum illud excuſari poſſit, vel eminùs oſtendat. Nam Principibus (*ut idem paucis interjectis pergit*) longiùs ac latiùs patentis affectatio Dominii non ſecus ac avaris fulvi fulgor metalli oculorum aciem perſtringit ſæpe, adeoque imponit, ne æquum ac verum videant, ſed ſibi plus juſtô arrogent. Hinc, dum viâ Juris id indipiſci deſperant, aut inſuper habent, vi & armis rem gerendam eſſe ſibi perſuadent. Hinc prævaricationes exſiſtunt Legum publicarum; quæ enerves admodùm ac elumbatæ ſunt, propterea, quòd ſuô deſtituantur cuſtode, qui ſingulas urgeret, ac à transgreſſoribus debitam ſumeret pœnam. *Hæc ille.*

Summâ igitur ope & maturô conſiliô in id incumbendum, quò malo huic tandem efficax medicina paretur, quam in rem benè facit Dn. Georgii Joh. Comitis Palatini in Veldenz laudatiſſ. mem. ſententia, quam in ſcripto d. 13. April. Anno 1586. in Conventu Deputationis Wormatiæ exhibito protulit: Daß er denen Geſandten

ſandten ſein Votum Juſtitiæ zu weiterm Nachden-cken überſchicke / damit man nicht ſuperficialiter der Juſtitien helffe; ſondern ex fundamento an den Häuptern anfange zu bohren in den dicken Brettern/ davor man bishero Scheuens gehabt/ denn ſo man in dieſen Puncten dem Reich nicht bald helffe / müſſe es zu Scheitern gehen / denn der Stärckeſt könne ſich in poſſeſſion erhalten ein Jahr 40. 50. GOtt gebe/ wie es dem Schwachen gehet. *Vid. Lehman. in Floril. Polit. P. 2. p. 658.* De puncto Juſtitiæ & ejus per Imperium emendatione latè agit Dn. D. Joh. Wolfgang. Textor, Prof. Altdorffinus, *in tract. de vera ac varia Ratione Status German. modernæ, c. 15. add. Dn. Burgoldenſ. d. l. ubi allegat Votum Autor. Comitiolog. Ratisbon. de Anno 1653. & 1654. quoad Reformationem Juſtitiæ,* Daß alles nicht in eine Athenienſiſche / weitläufftige/ verwirrete / mit ein Hauffen Wort und Geſetzen erfüllete / diſputirſüchtige; ſondern in eine Spartaniſche / beſſer gerathene / nervoſe / kurtze / doch gantz deutliche Art und Verfaſſung gebracht werden möge. *Hæc ille: & eò etiam collimare videtur Dn. G. G. L. L. in Ratione Corp. Jur. reconcin. & Dn. J. W. R. Amicus noſter in d. Ratione ad obruſſam exacta, qui libelli legi merentur.*

Viſis nunc Juris remediis Judicialibus Conductoribus competentibus, ſequitur Extra-Judiciale, quod eſt Defenſio. Sicuti enim pro tutela corporis & vitæ vim atque injuriam propellere licet, ita & ratione rerum atque bonorum. *Sebaſt. Medic. de caſib. fort. p. 1. q. 8. n. 20. & alii plurimi, quos allegat B. Dn. Carpzov. in Pract. Crim.*

Crim. p. 1. quaſt. 32. n. 16. Bona ſiquidem dicuntur alter hominis ſanguis, *juxta GL. in L. 14. in verb vitam. C. de Advocat. diverſ. Judicior.* eò, quòd ſicuti homo deficiente ſanguine, ita & deficientibus bonis vitam ſuſtentare non poſſit. Unde fit, quòd opes, bona, & res ad vitam conſervandam neceſſaria viſcera hominis appellentur: Quin imò pecunia & bona ipſa vita hominis vocatur ab Aretino *in L. ſi tuis nummis. C. de operis libertor. & L. pen. C. de Conſt. pec.* pecuniæq; appellatione omnia contineri dicit Imperator *in d. L. pen. §. 1. C. de Conſt. pec. Vid. Dn. Carpzov. d. quaſt. n. 14. & ſeq.*

Et hæc Defenſio omni Jure fundata eſt: Vim enim vi repellere omnes Leges, omniaque Jura permittunt. *L. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.* De Jure Divino eſt textus Exodi 22. v. 2. Gen. 14. v. 15. De Naturali atque exinde proximè promanante Gentium Jure teſtatur Cicero, *lib. 1. de Offic. pr. ubi: Omnium animantium*, inquit, *generi à natura tributum eſt, ut ſe, vitam, corpusq; tueatur; declinetq; ea, quæ nocitura videntur. Conf. Orat. pro Milone Propert. lib. 2. Eleg. ad Cynth. ubi:*

Non ſolùm Taurus ferit uncis cornibus hoſtem;
Verùm etiam inſtanti læſa repugnat ovis.

Add. L. 1. §. cùm arietes. 11. ff. Si quadrup. paup. fec. dic. De Jure Civili Rom. eſt textus in L. 3. ff. de Juſt. & J. d. L. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. L. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm. L. 1. C. Unde vi. L. 3. C. ad L. Cornel. de Sic. De Jure Canon. habemus text. in cap. ſignificâſti. 18. de homicid. cap. ſi verò 4.

de

de ſent. excommunic. c. 6. eod. in ſexto. Nec abludunt Jura Noviora, idem enim Conſtitutiones Imperii noſtri permittunt, uti videre eſt in Ordin. Pac. publ. Wormat. de Anno 1521. tit. Die Pön aller Friedbrecher. verſ. Aber dem Beſchädigten. ibi: Sein Gegenwehr und Verfolgung zu thun. Ordin. Cam. p. 2. tit. 9. §. So jemand. Licita igitur eſt hæc defenſio & quidem in tantum, ut nullo Statuto, adeoque ne per Principem quidem ipſum tolli poſſit, veluti res penitùs immunis & excepta, ita ut in Treuga pactum defenſionis excluſivum pro non adjecto habeatur, remotô cujuscunque & quidem Magiſtratûs etiam, ſi ita caſus contingeret, reſpectu; *docente Aut.* deß **Wertheimiſchen wolgegründeten Gegenberichts** *c. 16. p. m. 450. Fernand. Vaſq. Illuſtr. Controv. lib. 1. cap. 36. n. 5. p. 1. Sebaſt. Medic. d. tract. de caſib. fort. p. 1. quæſt. 8. n. 11.*

Uti ergò poteſt hoc remediô Dominus Juris Conducendi, contra turbatorem vel invaſorem, illudq; defendere, etiam cum armis & violentia, & ſic ipſe movere rixam, adeò, ut ſi in illa concertatione primus ſe invaſor iſti defendenti poſſeſſionem ſuam vel quaſi opponat, impunè occidi queat. Cùm non ſit res exigua ſeu minima, ob quam nec in foro contentioſo hominem occidere licet, *per c. ſuſcepimus de homicid. L. 52. §. 1. ad L. Aquil. add. Theodor. Spreng. in tract. de Exiguo ſeu Modico c. 5. num. 64.* ſed Regale majus & ſymbolum Superioritatis Territorialis, quâ majus Jus Principes & Status Imperii non habent.

Requi-

Requiritur autem ad hanc defenſionem, (1) Ut, qui eâ uti velit, ſine vitio rem poſſideat, *d. L. 1. C. Unde vi.* reſpectu ſcil. ejus, contra quem iſtam parat. Nam contra extraneum illa eſt licita, etiamſi injuſtè quis poſſideat. Eandem enim iſte vim infert injuſto poſſeſſori, quàm juſto; rectè igitur uterque vi illatæ reſiſtit, nec illius injuſta poſſeſſio deturbare conantis violentiam minuere & excuſare poteſt. (2) Ut vis injuſta poſſeſſioni inferatur, *d. L. 1. C. Unde vi. L. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm.* Ubicunque enim offenſio eſt illicita, ibi defenſio eſt licita. (3) Requiritur juſtus defendendi modus, qui conſiſtit in duobus. Primùm, ut in continenti fiat defenſio, *d. L. 3. §. 9. de vi & vi arm.* tam ad poſſeſſionem conſervandam, quàm recuperandam, *d. L. 3. §. 9. L. 17. Cod. c. 12. de reſtit. ſpol.* In continenti autem quando fieri dicatur Defenſio, varii variè ſentiunt. Quidam enim volunt in continenti Defenſionem rerum fieri, ſi eo tempore quis reſiſtat, quô ejus notitiam habere cœpit, & auxiliô amicorum reſiſtere potuerit, *vid. GL. in c. ſignificâſti. 18. in verb. tutelâ de homicid.* Quidam in continenti Defenſionem fieri putant, quæ intra tres dies proximos interponitur, *arg. L. fin. C. de Judic. L. fin. C. de error. adv.* Quidam dictionem *in continenti* ſicut & vocabulum *mox, illicò, ſtatim, confeſtim* de ſua propria ſignificatione importare arbitrantur momentum temporis præſens, ſine aliquo intervallo. *Vid. Coler. de Proceſſ. executiv. p. 4. c. 2. n. 2.* Alii cenſent iſtam diſtinctionem intelligendam de tempore infra decendium, *per L. 21. §. . ff. de*

ff. de pec. conſt. fac. L. 6. §. 3. de duob. reis. Alii diſtinguunt inter Defenſionem perſonæ & rerum. Illo caſu in continenti iſtam dici factam ſtatuunt, quando gliſcente & durante rixâ, vel aggreſſore non deſcendente ad extraneos actus, fiat. Hoc autem caſu ſubdiſtinguunt inter res mobiles & immobiles. Iſtô caſu idem obſervari debere autumant, quod in defenſione perſonæ requirunt. Hoc verò in continenti eò uſq; durare tradunt, dum ſpoliatus animum recuperandi habeat, *vid. Weſemb. Conſ. 19. num. 49. vol. 1.* Alii accipiunt de modico temporis intervallo Judicis arbitrio prò perſonarum & rerum qualitate relinquendo, *per L. 137. §. 2. ff. de V. O.* cui ſententiæ ſubſcribit Gail. *in tract. de Pac. publ. lib. 1. c. 16. n. 14.* Sprenger. *alleg. tract. de Exig. ſ. Modic. cap. 10. n. 7. add. alleg. à B. Dn. Carpz. in pract. Crim. p. 1. q. 31. n. 14.* Ex hiſce opinionibus eligat quivis, quæ faciunt ad palatum. Illud certum eſt, dictionem illam, *in Continenti,* non præcisè de momento temporis eſſe intelligendam, ſed accipiendam cum aliquo temporis ſpatio, quô per rerum naturam fieri aliquid poteſt, *quod ſatis indicat L. 1. §. 8. ff. ad L. Falcid. L. 2. §. 43. ad SCt. Tertull. L. 23. §. 4. ad L. Jul. de Adult. Conf. L. 73. pr. d. L. 137. §. 2. ff. de V. O. c. 12. extra de reſtit. ſpol. ibi : ſtatim ex quo vobis innotuit.* Ordn. deß Landfriedens zu Worms *de Anno 1521. d. t. ibi :* zu friſcher That / oder wenn er ſeine Freund oder Helffer haben mag: *Ordin. Cam. p. 2. t. 9. §.* So jemand. 2. Unde non malè mihi ſtatuere videntur, qui arbitrio Judicis ſpatium iſtud temporis ex rei ipſius, ex qua quis

quis dejectus eſt, & dejicientis vel violenti invaſoris, & dejecti de poſſeſſione, naturâ & qualitate æſtimandum relinquunt, *vid. Gail. d. cap. 16. n. 14. & ſeqq. Dn. D. Chriſtianus Carolus Scalling. in Diſp. Inaug. de Defenſ. neceſſariâ. θ. 22.*

Deinde requiritur, ut Defenſio reſpondeat Offenſioni, *d. L. 1. §. 27. L. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm.* hoc eſt, ut eatenus contraria vis adhibeatur, quatenus ad vim repellendam neceſſe eſt, *Dn. Struv. de Vindict. priv. cap. 4. aph. 7.* Nam ubi Defenſio Offenſionis terminum excedit, ibi legitimum quod fuit, eſſe deſinit, injuria incipit, in culpam tranſit, inculpata tutela eſſe nequit, & proinde pœnam meretur, *Dn. D. Georg. Adelbert. Burckhard. p. m. Conſil. quondam Reip. Norimb. Proavus noſter maternus gratâ memoria colendus. in not. ad Valent. Volz. Comment. ad L. Cornel. de Sic. c. 7. n. 104. p. m. 722. Conf. Dn. D. Juſt. Henric. Böttiger, Amicus noſter honorandus, in Diſp. Inaug. de Defenſ. Corp. neceſſ. Anno 1666. Heidelbergæ habita, cap. 11. θ. 88. & ſeqq.*

Ex hoc requiſito nonnulli inferunt ob rerum defenſionem non licere quem occidere, niſi cui vitæ periculum ſimul immineat, aut ex rerum ablatione quis neceſſitatem incurrat extremam, uti ſtatuit Lyra *in explicat. ſeu præcept. quem alleg. Johan. Georg. Müller in quæſt. controverſ. loco Diſp. Inaugur. Jenæ Anno 1614. propoſit. quæſt. 3.* Cùm nulla ſit proportio inter res, quæ hominis gratiâ ſunt, *L. 28. ff. de uſur.* & hominem ipſum ejusq; vitam, & homo tanquam omnium nobiliſſima creatura, *L. 2. ff. de ſtat.*

hom. L. 44. in pr. ff. de ædil. edict. ad imaginem Dei creata, in longè majori ſit habendus pretiô, quàm aliæ res quævis pretioſiſſimæ, quemadmodum & vita hominis omnibus præſtet rebus, omnemq; æſtimationem excedat, *c. ſuſcepimus. §. verum. de homicid. L. 21. in fin. C. de SS. Eccl. vid. Fachin. lib. 1. Controv. c. 31. Joh. Juſtin. Menius in Diſput. Anno 1612. de legitimâ defenſ. Jenæ ſub præſid. Dn. D. Mühlpford. p. m. habitâ, th. 21.*

Verùm hæc ſententia meritò improbatur: Nam hôc modô Defenſio rerum à Defenſione corporis parùm aut nihil differret. Deinde ſi non liceret occidere, niſi obſervatô moderamine inculpatæ tutelæ, ut in corporis defenſione requiritur, per ejusmodi defenſionem res potiùs amitterentur, quàm conſervarentur. Cùm invaſus ſemper teneretur res ablatas & invaſas in medio relinquere & aufugere, quia tunc demum conceſſa foret internecio adverſarii, ſi periculum vitæ ſimul immineat defendenti. At nunquam ferè immineret obſervatô illô moderamine, cùm iſtud de poſſeſſione ſuâ dejectus ſemper effugere poſſet, res ſuas relinquendo invadenti. Et ſic per hujusmodi moderamen id, quod unâ manu Legis permiſſione datum eſt, alterâ manu rurſus adimeretur. *Dn. Carpzov. d. Quæſt. 32. n. 22. & ſeqq.*

Quamvis autem nihilominus, quamdiu res vel ſpontaneâ invaſoris reſtitutione, vel officio Judicis conſervari, vel recuperari poteſt, ad internecionem hominis non facilè properandum eſſe concedamus: Id tamen defendendo Jus noſtrum

ſtrum Conducendi obtineri poſſe vix credimus, cùm invadens ejusmodi jus hominibus armatis venire ſoleat, quibus utique defendens etiam tales opponere debet, qualis defenſio rarò atque vix ſine aliquorum ſtrage & cæde ſuſcipitur atque perficitur.

Allegans defenſionem eam probare debet, id, quomodo fiat, latè docet B. Dn. Carpzov. *d. p. 1. quæſt. 33. per tot.* Gail. *d. tract. de Pac. publ. c. 16. n. 22.* Sebaſt. Medic. *alleg. tract. de Caſib. fortuit. quæſt. 8. n. 14.* quos vide.

Vidimus nunc controverſias circa ipſum Jus Conducendi obvenientes & remedia contra iſtas: Nunc ſe offerunt aliæ, quæ in ipſo Conductu quandoq; oriri ſolent, quando videlicet in ipſo actu Conducendi delinquunt vel Conducentes, vel Conducendi. Iſtud contingit, quando illi hos vel verbis, vel facto offendunt, quô caſu quænam competant remedia infrà videbimus. Hoc fit vel committendo, vel omittendo. Committendo: ſi *v. g.* Conducendi Conductûs lædant miniſtros. Omittendo: ſi conſuetum requirendi Conductum prætermittant morem. Hi ubi forum ſortiantur, dictu non eſt difficile. Sed ſi ex Magnatibus Conducendis hoc modo quiſpiam delinquat, ubi conveniri ac puniri hic poſſit, non immeritò hîc quæritur: Cùm par in parem nullum habeat imperium, *per L. 14. L. ult. ff. de Jurisdict.* nec Princeps & Status Imperii in alterum Principem & Statum in ſuo Territorio delinquentem illam exercere poteris Jurisdictionem, uti Sprengero de Jure Civili veriſſimum videtur, quamvis de

Urſach ſolcher ſo langen Verweilung ; zu welcher denn auch noch eine andere Urſach kommt/ nemlich die Viele der Feyer-Täge : denn gleichwie die Richter in die Numinaliſten und Protheiſten (id eſt, **Evangeliſche und Catholiſche**) unterſcheiden werden / alſo hat eine jede Partey ſeine ſonderbare Feſt- und Feyer-Täg/ daß demnach mancher Feyer-Tag zweymal gehalten wird ; Es hätten zwar die Numinaliſten (Evangeliſche) nicht ſoviel Feyer-Täg / als die Protheiſten / (Papiſten) welches dem gemeinen Mann unter den Numinaliſten wol bekommt/ denn ſie ihr täglich Brod mit Arbeiten beſſer erlangen mögen ; Jedoch werden ſich ſolche Numinaliſche Feyer-Täge faſt bey einem Monat im Jahr belauffen. Man könte aber ſich in dieſem leichtlich vergleichen/ und ſonderlich könnten die Numinaliſten (Evangeliſche) dieſen Punct den Protheiſten (Papiſten) cediren ; in Betrachtung/ daß es kein Religions-Articul und der Numinaliſten calculus nicht ſo wol zutrifft als der Protheiſten. Hæc ille. Hinc orta iſta diffidentia inter Status, uti itidem innuunt Status Evangelici *in dd. Gravaminibus*, dum ita conqueruntur : Die zurück geſtellt und hinterbliebene Juſtitz iſt die Haupt-Urſach und Brunnquell deren ſowol zwiſchen den Ständen unter ſich ſelbſt / als auch zwiſchen denſelben und Höchſtgeehrten Ober-Haupt/ hergefloſſenen Mißtrauen / innerlichen Zwietracht / Unruhe und Trennungen geweſen. *vid. Theatr. Europæum Tom. 5. p. 1047. quod citat laud. Dn. Burgold. d. l. Conf. Dn. Conring. in Not. ad Lampad. c. 16. num. 81. & 82.* Hinc quotidie fermè alterum ab altero Jus ſuum viâ facti vindicare & ſæpè Potentio-

rem

rem minùs Potentem opprimere videmus: In propatulo enim eſt, *ait Dn. Frider. Chriſtianus Bruggemann in tract. de Statu & Scopo Reip. Germ. p. 2. ſect. 3. num. 8.* aliter ſæpiculè publicè agi, quàm Imperii Leges volunt, partim directè, partim indirectè. In cauſa eſt, quòd Leges Imperii rectè ſancitæ Imperatori ac ſingulis Ordinibus ſuum tribuendo obſervet proportionem, paucos autem invenias nantes in gurgite vaſto, qui ſuo Jure contenti, ac in eo adquieſcant, nec aliena appetant, modò ſeſe apparentia quædam tituli, quô factum illud excuſari poſſit, vel eminùs oſtendat. Nam Principibus (*ut idem paucis interjectis pergit*) longiùs ac latiùs patentis affectatio Dominii non ſecus ac avaris fulvi fulgor metalli oculorum aciem perſtringit ſæpe, adeoque imponit, ne æquum ac verum videant, ſed ſibi plus juſtô arrogent. Hinc, dum viâ Juris id indipiſci deſperant, aut inſuper habent, vi & armis rem gerendam eſſe ſibi perſuadent. Hinc prævaricationes exſiſtunt Legum publicarum; quæ enerves admodùm ac elumbatæ ſunt, propterea, quòd ſuô deſtituantur cuſtode, qui ſingulas urgeret, ac à transgreſſoribus debitam ſumeret pœnam. *Hæc ille.*

Summâ igitur ope & maturô conſiliô in id incumbendum, quò malo huic tandem efficax medicina paretur, quam in rem benè facit Dn. Georgii Joh. Comitis Palatini in Veldenz laudatiſſ. mem. ſententia, quam in ſcripto d. 13. April. Anno 1586. in Conventu Deputationis Wormatiæ exhibito protulit: Daß er denen Ge-

ſandten

ſandten ſein Votum Juſtitiæ zu weiterm Nachdencken überſchicke / damit man nicht ſuperficialiter der Juſtitien helffe; ſondern ex fundamento an den Häuptern anfange zu bohren in den dicken Brettern / davor man bishero Scheuens gehabt / denn ſo man in dieſen Puncten dem Reich nicht bald helffe / müſſe es zu Scheitern gehen / denn der Stärckeſt könne ſich in poſſeſſion erhalten ein Jahr 40. 50. GOtt gebe / wie es dem Schwachen gehet. *Vid. Lehman. in Floril. Polit. P. 2. p. 658.* De puncto Juſtitiæ & ejus per Imperium emendatione latè agit Dn. D. Joh. Wolfgang. Textor, Prof. Altdorffinus, *in tract. de vera ac varia Ratione Status German. moderna, c. 15. add. Dn. Burgoldenſ. d. l. ubi allegat Votum Autor. Comitiolog. Ratisbon. de Anno 1653. & 1654. quoad Reformationem Juſtitiæ,* Daß alles nicht in eine Athenienſiſche / weitläufftige / verwirrete / mit ein Hauffen Wort und Geſetzen erfüllete / diſputirſüchtige; ſondern in eine Spartaniſche / beſſer gerathene / nervoſe / kurtze / doch gantz deutliche Art und Verfaſſung gebracht werden möge. *Hæc ille: & eò etiam collimare videtur Dn. G. G. L. L. in Ratione Corp. Jur. reconcin. & Dn. J. W. R. Amicus noſter in d. Ratione ad obruſſam exacta, qui libelli legi merentur.*

Viſis nunc Juris remediis Judicialibus Conductoribus competentibus, ſequitur Extra-Judiciale, quod eſt Defenſio. Sicuti enim pro tutela corporis & vitæ vim atque injuriam propellere licet, ita & ratione rerum atque bonorum. *Sebaſt. Medic. de caſib. fort. p. 1. q. 8. n. 20. & alii plurimi, quos allegat B. Dn. Carpzov. in Pract.*

Crim.

Crim.p.1.quæſt.32.n.16. Bona ſiquidem dicuntur alter hominis ſanguis, *juxta GL.in L.14. in verb vitam. C. de Advocat. diverſ. Judicior.* eò, quòd ſicuti homo deficiente ſanguine, ita & deficientibus bonis vitam ſuſtentare non poſſit. Unde fit, quòd opes, bona, & res ad vitam conſervandam neceſſaria viſcera hominis appellentur: Quin imò pecunia & bona ipſa vita hominis vocatur ab Aretino *in L.ſi tuis nummis. C. de operis libertor. & L.pen.C. de Conſt.pec.* pecuniæq; appellatione omnia contineri dicit Imperator *in d. L.pen.§.1.C. de Conſt.pec. Vid. Dn. Carpzov. d.quæſt.n.14. & ſeq.*

Et hæc Defenſio omni Jure fundata eſt: Vim enim vi repellere omnes Leges, omniaque Jura permittunt. *L.45.§.4.ff.ad L.Aquil.* De Jure Divino eſt textus Exodi 22. v.2. Gen.14. v.15. De Naturali atque exinde proximè promanante Gentium Jure teſtatur Cicero, *lib.1.de Offic.pr.ubi: Omnium animantium*, inquit, *generi à natura tributum eſt, ut ſe, vitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea, quæ nocitura videntur. Conf.Orat. pro Milone Propert. lib.2. Eleg. ad Cynth. ubi:*

Non ſolùm Taurus ferit uncis cornibus hoſtem;
Verùm etiam inſtanti læſa repugnat ovis.

Add. L.1.§.cùm arietes.11.ff. Si quadrup.paup. fec. dic. De Jure Civili Rom. eſt textus in L.3.ff. de Juſt. & J. d.L.45.§.4. ff. ad L. Aquil. L.1.§.27. ff. de vi & vi arm. L.1.C. Unde vi. L.3.C. ad L. Cornel. de Sic. De Jure Canon. habemus text. in cap. ſignificâſti.18. de homicid. cap. ſi verò 4.

de

de ſent. excommunic. c. 6. eod. in ſexto. Nec abludunt Jura Noviora, idem enim Conſtitutiones Imperii noſtri permittunt, uti videre eſt in Ordin. Pac. publ. Wormat. de Anno 1521. tit. Die Pön aller Friedbrecher. verſ. Aber dem Beſchädigten. ibi: Sein Gegenwehr und Verfolgung zu thun. Ordin. Cam. p. 2. tit. 9. §. So jemand. Licita igitur eſt hæc defenſio & quidem in tantum, ut nullo Statuto, adeoque ne per Principem quidem ipſum tolli poſſit, veluti res penitùs immunis & excepta, ita ut in Treuga pactum defenſionis excluſivum pro non adjecto habeatur, remotô cujuſcunque & quidem Magiſtratûs etiam, ſi ita caſus contingeret, reſpectu; *docente Aut.* deß Wertheimiſchen wolgegründeten Gegenberichts *c. 16. p. m. 450. Fernand. Vaſq. Illuſtr. Controv. lib. 1. cap. 36. n. 5. p. 1. Sebaſt. Medic. d. tract. de caſib. fort. p. 1. quæſt. 8. n. 11.*

Uti ergò poteſt hoc remediô Dominus Juris Conducendi, contra turbatorem vel invaſorem, illudq; defendere, etiam cum armis & violentia, & ſic ipſe movere rixam, adeò, ut ſi in illa concertatione primus ſe invaſor iſti defendenti poſſeſſionem ſuam vel quaſi opponat, impunè occidi queat. Cùm non ſit res exigua ſeu minima, ob quam nec in foro contentioſo hominem occidere licet, *per c. ſuſcepimus de homicid. L. 52. §. 1. ad L. Aquil. add. Theodor. Spreng. in tract. de Exiguo ſeu Modico c. 5. num. 64.* ſed Regale majus & ſymbolum Superioritatis Territorialis, quâ majus Jus Principes & Status Imperii non habent.

Requi-

Requiritur autem ad hanc defenſionem, (1) Ut, qui eâ uti velit, ſine vitio rem poſſideat, *d. L. 1. C. Unde vi.* reſpectu ſcil. ejus, contra quem iſtam parat. Nam contra extraneum illa eſt licita, etiamſi injuſtè quis poſſideat. Eandem enim iſte vim infert injuſto poſſeſſori, quàm juſto; rectè igitur uterque vi illatæ reſiſtit, nec illius injuſta poſſeſſio deturbare conantis violentiam minuere & excuſare poteſt. (2) Ut vis injuſta poſſeſſioni inferatur, *d. L. 1. C. Unde vi. L. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm.* Ubicunque enim offenſio eſt illicita, ibi defenſio eſt licita. (3) Requiritur juſtus defendendi modus, qui conſiſtit in duobus. Primùm, ut in continenti fiat defenſio, *d. L. 3. §. 9. de vi & vi arm.* tam ad poſſesſionem conſervandam, quàm recuperandam, *d. L. 3. §. 9. L. 17. Cod. c. 12. de reſtit. ſpol.* In continenti autem quando fieri dicatur Defenſio, varii variè ſentiunt. Quidam enim volunt in continenti Defenſionem rerum fieri, ſi eo tempore quis reſiſtat, quô ejus notitiam habere cœpit, & auxiliô amicorum reſiſtere potuerit, *vid. Gl. in c. ſignificâſti. 18. in verb. tutela de homicid.* Quidam in continenti Defenſionem fieri putant; quæ intra tres dies proximos interponitur, *arg. L. fin. C. de Judic. L. fin. C. de error. adv.* Quidam dictionem *in continenti* ſicut & vocabulum *mox, illicò, ſtatim, confeſtim* de ſua propria ſignificatione importare arbitrantur momentum temporis præſens, ſine aliquo intervallo. *Vid. Coler. de Proceſſ. executiv. p. 4. c. 2. n. 2.* Alii cenſent iſtam diſtinctionem intelligendam de tempore infra decendium, *per L. 21. §. . ff. de*

quis dejectus eſt, & dejicientis vel violenti invaſoris,& dejecti de poſſeſſione, naturâ & qualitate æſtimandum relinquunt, *vid. Gail. d. cap. 16. n. 14. & ſeqq. Dn. D. Chriſtianus Carolus Scalling. in Diſp. Inaug. de Defenſ. neceſſariâ. θ. 22.*

Deinde requiritur, ut Defenſio reſpondeat Offenſioni, *d. L. 1. §. 27. L. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm.* hoc eſt, ut eatenus contraria vis adhibeatur, quatenus ad vim repellendam neceſſe eſt, *Dn. Struv. de Vindict. priv. cap. 4. aph. 7.* Nam ubi Defenſio Offenſionis terminum excedit, ibi legitimum quod fuit, eſſe deſinit, injuria incipit, in culpam tranſit, inculpata tutela eſſe nequit, & proinde pœnam meretur, *Dn. D. Georg. Adelbert. Burckhard. p. m. Conſil. quondam Reip. Norimb. Proavus noſter maternus gratâ memoria colendus. in not. ad Valent. Volz. Comment. ad L. Cornel. de Sic. c. 7. n. 104. p. m. 722. Conf. Dn. D. Juſt. Henric. Böttiger, Amicus noſter honorandus, in Diſp. Inaug. de Defenſ. Corp. neceſſ. Anno 1666. Heidelbergæ habita, cap. 11. θ. 88. & ſeqq.*

Ex hoc requiſito nonnulli inferunt ob rerum defenſionem non licere quem occidere, niſi cui vitæ periculum ſimul immineat, aut ex rerum ablatione quis neceſſitatem incurrat extremam, uti ſtatuit Lyra *in explicat. ſeu præcept. quem alleg. Johan. Georg. Müller in quæſt. controverſ. loco Diſp. Inaugur. Jenæ Anno 1614. propoſit. quæſt. 3.* Cùm nulla ſit proportio inter res, quæ hominis gratiâ ſunt, *L. 28. ff. de uſur.* & hominem ipſum ejusq; vitam, & homo tanquam omnium nobiliſſima creatura, *L. 2. ff. de ſtat.*

hom. L. 44. in pr. ff. de ædil. edict. ad imaginem Dei creata, in longè majori ſit habendus pretiô, quàm aliæ res quævis pretioſiſſimæ, quemadmodum & vita hominis omnibus præſtet rebus, omnemq; æſtimationem excedat, *c. ſuſcepimus. §. verum. de homicid. L. 21. in fin. C. de SS. Eccl. vid. Fachin. lib. 1. Controv. c. 31. Joh. Juſtin. Menius in Diſput. Anno 1612. de legitimâ defenſ. Jenæ ſub præſid. Dn. D. Muhlpford. p. m. habitâ, θ. 21.*

Verùm hæc ſententia meritò improbatur: Nam hôc modô Defenſio rerum à Defenſione corporis parum aut nihil differret. Deinde ſi non liceret occidere, niſi obſervatô moderamine inculpatæ tutelæ, ut in corporis defenſione requiritur, per ejusmodi defenſionem res potiùs amitterentur, quàm conſervarentur. Cùm invaſus ſemper teneretur res ablatas & invaſas in medio relinquere & aufugere, quia tunc demum conceſſa foret internecio adverſarii, ſi periculum vitæ ſimul immineat defendenti. At nunquam ferè immineret obſervatô illô moderamine, cùm iſtud de poſſeſſione ſuâ dejectus ſemper effugere poſſet, res ſuas relinquendo invadenti. Et ſic per hujusmodi moderamen id, quod unâ manu Legis permiſſione datum eſt, alterâ manu rurſus adimeretur. *Dn. Carpzov. d. Quæſt. 32. n. 22. & ſeqq.*

Quamvis autem nihilominus, quamdiu res vel ſpontaneâ invaſoris reſtitutione, vel officio Judicis conſervari, vel recuperari poteſt, ad internecionem hominis non facilè properandum eſſe concedamus: Id tamen defendendo Jus noſtrum

ſtrum Conducendi obtineri poſſe vix credimus, cùm invadens ejusmodi jus hominibus armatis venire ſoleat, quibus utique defendens etiam tales opponere debet, qualis defenſio rarò atque vix ſine aliquorum ſtrage & cæde ſuſcipitur atque perficitur.

Allegans defenſionem eam probare debet, id, quomodo fiat, latè docet B. Dn. Carpzov. *d. p. 1. quæſt. 33. per tot.* Gail. *d. tract. de Pac. publ. c. 16. n. 22.* Sebaſt. Medic. *alleg. tract. de Caſib. fortuit. quæſt. 8. n. 14.* quos vide.

Vidimus nunc controverſias circa ipſum Jus Conducendi obvenientes & remedia contra iſtas: Nunc ſe offerunt aliæ, quæ in ipſo Conductu quandoq; oriri ſolent, quando videlicet in ipſo actu Conducendi delinquunt vel Conducentes, vel Conducendi. Iſtud contingit, quando illi hos vel verbis, vel facto offendunt, quô caſu quænam competant remedia infrà videbimus. Hoc fit vel committendo, vel omittendo. Committendo: ſi *v. g.* Conducendi Conductûs lædant miniſtros. Omittendo: ſi conſuetum requirendi Conductum prætermittant morem. Hi ubi forum ſortiantur, dictu non eſt difficile. Sed ſi ex Magnatibus Condùcendis hoc modo quiſpiam delinquat, ubi conveniri ac puniri hic poſſit, non immeritò hîc quæritur: Cùm par in parem nullum habeat imperium, *per L. 14. L. ult. ff. de Juriſdict.* nec Princeps & Status Imperii in alterum Principem & Statum in ſuo Territorio delinquentem illam exercere poteris Juriſdictionem, uti Sprengero de Jure Civili veriſſimum videtur, quamvis de

Conſuetudine aliud obtinere concedat, *in Juriſpr. publ. p. m. 191.* Verum enim verò non opus eſſe hâc diſtinctione inter Jus Civile ſcriptum, & Conſuetudinem putamus, cùm dicta regula: *Par in parem non habet imperium*; nequaquam intelligenda de diverſis Territoriis; ſed de ejusmodi Territorio, in quo quisque habet Jurisdictionem in ſolidum, hôc enim caſu alter delinquendo non amittit Jurisdictionem; in noſtro autem caſu, ubi alter Princeps delinquit in alterius Principis Territorio, æqualis ejus Jurisdictio & Superioritas in ſuo Territorio ipſi competens neutiquam efficit, ut & in alterius Territorio talis habeatur, qualis in ſuo. Cùm quilibet in ſuo altero cenſeatur major, *per Gl. fin. in L. apud. ff. de manumiſſ. clem. 1. de for. comp.* Princeps enim terminos Jurisdictionis excedens pro privato habetur, *L. 32. de injur. Conſ. L. 1. §. initio. L. fin. ff. de off. Præf. urb.* hinc Felin. (*quem laudat Sim. Piſtor. Conſ. 19. n. 29.*) *in c. cum inferior. de Major. & obed.* dicit: Archiepiſcopum in alterius Diœceſi cenſeri privatum. Ac ita olim hoc prætextu Conradinus, ultimus Sueviæ Dux, in Regno Neapolitano tanquam delinquens, Caroli Regis juſſu; ſicut Maria, Scotiæ Regina in Anglia, Eliſabethâ Reginâ jubente, capite truncati fuerunt. Alii exiſtimant hôc caſu cognitionem pertinere ad Auſtregas: (1) Quòd cauſæ criminales ab Auſtregis nuſpiam inveniantur exceptæ. (2) Quòd eædem ſub verbb. Spruch und Forderung / *p. 2. Ord. Cam. tit. 2.* comprehendantur. *Vid. Schubhard. de Auſtreg. cap. 5. num. 8. & ſeqq. Matth. Steph. de Jurisd.*

Juriſd. lib.2.p.1.c.3.m.3.n.48. Verùm nec hæc opinio vera: Jus enim Auſtregarum inſertum eſt Ordinationi Camerali, quæ non pertinet ad cauſas criminales, uti latiùs demonſtrat Rutg. Ruland. *de commiſſ.p.1.lib.2.c.3.num.4.& ſeqq.* Deinde Judices Auſtregales ſunt quaſi arbitri, qui non habent merum Imperium in parem. Tertiò ceſſat hîc ratio Privilegii, ſiquidem cauſæ criminales unicâ inſtantiâ abſolvuntur. *R. I. Auguſt. de Anno 1630. §. item.* als jegt etliche Zeit. plures rationes affert alleg. Schubhard. *d. c.5.n.18.& ſeqq.* Dn. Joh. Laurent. Keyſiter *in Diſp. Inaug. de compet. fori communis & privil. §.56.* Alii Imperatorem eſſe Judicem arbitrantur, uti Schubhard. *d. c.5. n.53.& ſeqq.* Dn. Oldenburg. *in Limn. Enucleat. lib.2.c.19.n.22.&c.* Sed & hanc ſententiam ſimpliciter ſubſiſtere poſſe dubitamus. Nam quamvis lubentes concedamus ad Imperatorem cauſam eſſe devolvendam: (1) Si fortè Imperii Status in proprio Territorio commiſerit homicidium, aliúdve delictum, *arg.* R. A. *de Anno 1594.* §. Wann aber von ꝛc. *93. Conf. Ruland. d. c.3. n.6.* Vel ſi (2) in alieno etiam Territorio tale commiſſum fuerit delictum, cujus pœna ordinaria ſit mortis affictiva, quô tamen caſu in Comitiis hâc de re deliberare conſultiùs erit, cum ſoli Imp. in caput Principis ſententiam ferre libertas Germanica haud permittere videatur. *Conf. Burgold. in Not. rer. Illuſtr. Imp. Germ. p.2. diſc. 20. n. 13. p. m. 204. junct. n.3. p.181. & ſeqq. Dn. Conring. Diſſert. de Judic. Imp. Germ. § 48. & ſeqq.* Vel (3) ſi Status Imperii contra ipſum Territorii Do-

minum deliquerit; tunc enim quis ſimul Actor & Judex eſſe nequit, *L. apertiſſimi. 16. C. de Judic. t. t. C. ne quis in propr. cauſa.* Vel denique (4) ſi Imperii quietem turbaret, ac pacem publicam frangat. *Vid. Dn. Myl. in addit. ad Rumel. ad A. B. p. 2. Diſſert. 1. θ. 5. lit. C.* Quamvis, inquam, lubentes concedamus, in enumeratis caſibus Imperatorem vel ſolum, vel unà cum Statibus non intereſſentibus in Comitiis, vel ejus nomine Cameram Imperialem, uti in ultimo caſu, poſſe cognoſcere; nihilominus tamen certiſſimum nobis perſuaſum habemus in hoc noſtro caſu, quando *v. g.* Status Imperii in alterius Territorio Conductûs lædit miniſtros, ibi forum ſortiri indeclinabile. Delictum enim dat Juriſdictionem in loco delicti, *L. 1. & auth. qui in provincia. C. ubi de crimin. L. 3. de Offic. Præſid. L. ult. de noxal. act. L. 3. in pr. ff. de re milit. Nov. 69. c. 1. Gail. de pignorat. Obſ. 14. n. 3 & ſeq. & de Arreſt. c. 7. n. 12. Dn. Stamler. de Reſervat. Imperat. § 37. n. 3.* ac Jure conveniet Judicem habere ſatisfactionem & vindictam de eo, qui ejusdem Juriſdictionem violavit, *L. 13. ff. de Offic. præſid. L. 7. & 11. L. fin. ff. de accuſat. Dn. Myl. d. l.* nec quicquam refert, etſi delinquens in Dignitate ſit conſtitutus, atque Judice delicti major exſiſtat. Etenim Superior extra provinciam ſuam delinquens privatus cenſetur, uti ſuprà innuimus, & reatus omnem honorem excludit, *L. 1. C. ubi Senat. Speidel. in not. ad Rumel. p. 1. Diſſert. 8. ad A. B. θ. 2. Matth. Stephani de Juriſdict. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 195.* imò valdè ſterilis eſſet Statuum omnimoda in ſuis Territo-

ritoriis competens Jurisdictio, ſi alteri in iis quidvis permittere tenerentur, & alia plurima inde orirentur mala, ſi cuique ſua liceret prætendere privilegia, omnia malignitati ſubjicerentur, ſi Securitatem haberent, nec per viam Juſtitiæ injuriam vindicare aut illatam vim propulſare poſſent, uti loquitur Norderman. *de Jure Princip. concluſ. 49.* Et hactenus dicta egregiè confirmat alleg. Rec. Imp. de Anno 1594. §. Ebener Maſſen. *68. ubi ſeqq. habentur:* Da ſich aber ein ſolcher Fall begebe / wann nur ein einige Perſon / ſonderlich die mit Mittel dem Reich unterworffen / auf freyer Landſtraſſen einen Andern erſchieſſen / oder dergleichen Mißhandelung thäte / wiewol nun in Zweiffel ſtehen können / ob dieſelbige Perſon durch die ordentliche deß Orts / da die That geſchehen / oder die unmittelbare Obrigkeit zu ſtraffen / welches Orts der Beſchädigte ſeine Klag anbringen möge / ſo ſetzen / ordnen und wollen Wir doch / daß in dieſen Fällen / damit Unſerm Käiſerl. Cammer-Gericht mit denſelbigen nicht überhäuffet / der Beſchädigte bey der ordentlichen Obrigkeit um Recht anſuchen ſolle. Nec eſt, quod quis cum Schubhardo *d. c. 5. n. 60.* objiciat, hanc Conſtitutionem de mediatis loqui, idque ob verba: Sonderlich die mit Mittel dem Reich unterworffen. Nam particula Sonderlich hic non eſt excluſiva, ſed implicativa. *Vid. Maul. de Jur. Conduc. tit. 7. n. 3. add. Wehn. in voc.* Sonderlich. Cùm enim non pauci dentur caſus, quibus Domini Territorii ratione delicti ab alio immediato Imperii cive commiſſi non

fundata eſt Juriſdictio, uti ex ſuprà traditis patet, ideò in hac Conſtitutione adjiciuntur verba citata, **Sonderlich die mit Mittel dem Reich unterworffen.** Hi ſiquidem indiſtinctè in loco delicti, ſi ibidem deprehendantur, nanciſcuntur Forum.

Sed quid dicendum de altero caſu, ubi omittendo, non requirendo ſcil. Conductum delinquitur. Si exemplis non Legibus liceret judicare, facilis hujus caſus foret deciſio: Sic Saxoniæ Elector Johannes arreſto ligavit Archiepiſcopum Bremenſem, quoniam 36. equis urbem Erfurdienſem ſine requiſitione ejus pro præſtandâ aſſecuratione intravit, *teſte Coler. Conſil. 33. n. 74.* Jure an injuriâ hoc fecerit Johannes Elector, noſtrum nunc non eſt pronunciare, interim hoc verum eſt, magnam Domino Territorii fieri injuriam, ſi non petitâ veniâ alter iſtius Territorium, præſertim magno cum Comitatu, ingredi & tranſire auſus fuerit. Unde meritò Dominus, ſi hoc præſciſcat, iſtum, ut ſe Conduci patiatur cogere, aut viam ei præcludere, ne dicam eum tanquam hoſtem tractare poterit. Securitate enim indigni ſunt, qui eam negligunt, *arg. L. fin. §. 12. C. de Jur. delib. Conf. quæ ſuprà de Legatis tradidimus.*

CAPUT

CAPUT VIII.

De Remediis peregrinantibus Conductu indigentibus quæ competunt.

TRadidimus in ſuperiori capite remedia Dominis Conductoribus competentia; Reſtat nunc ut diſpiciamus quoque, quomodo peregrinantibus proſpexerint. Jura, ſi fortè debitâ frui ſecuritate impediantur. Fit autem hoc vel ante ingreſſum in alienum Territorium, vel poſt illum.

Illud contingit, quando uſus viarum publicarum vel fluminum alicui præcluditur, quod regulariter & ſine juſta cauſa fieri non debet: Nemo enim prohibendus eſt, etiam extraneus, viâ publicâ & flumine uti, *L. 11. C. de ſervit. & aq.* & innoxius tranſitus unicuique præſtandus, *c. ult. 23. q. 2. conf. L. 1. aliâs L. 3. C de Navicul. lib. 11. (quæ ſecundùm Menoch. de arbitr. Jud. quæſt. caſ. 901. num. 8. non modò de privato, ſed Summo quoque Principe accipienda eſt)* ipſaque naturæ æquitas dictitat, ut quilibet permittat in ſuo, quod ſibi non nocet & alteri prodeſt, *L. 2. §. quanquam. ff. de aq. & aq. pluv. arc. L. in creditore. ff. de Evictionibus. Conf. Dn. Pufend. in Elem. Jurispr. univ. lib. 1. defin. 5. num. 6. p. m. 40.* Imò pugnaret ejusmodi prohibitio non ſolùm cum charitate proximi, ſed & cum Legibus & ipſorum Impp. Conſtitutionibus, quæ commer-

cia Juris Gentium libera eſſe volunt, *Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 2. n. 28. & ſeq.* Et licet Domini Territorii prohibere poſſint, ne quis frumenta ac merces extrahat; non tamen tranſire volentes rectè prohibuerint, *L. 5. C. de ædific. priv. add. Nov. 39. c. 1. Henr. Klock. de Jur. vectigal. concl. 55.* Hinc Auguſtinus *in d. c. ult. Cauſ. 23. q. 2.* Iſraelitas contra Amorrhæos tranſitum denegantes Jure pugnaſſe ſcribit, quod tamen negat Dn. Pufendorff. *d. l.*

Jure Civili Romano dantur contra Tranſitum ſine juſtâ causâ denegantes vel impedientes Interdicta prohibitoria, *L. 2. §. fin. ff. ne quid in loc. publ. vel itin. L. un. princip. & §. 1. ff. ut in flum. publ. navig. lic.* In Camerâ decernuntur Mandata inhibitoria ſine clauſulâ de non impediendo viæ vel fluminis uſu, absque tamen Citatione ad docendum vel vivendum, quæ aliâs in R. A. zu Speyer *de Anno 1570. §.* Ferners ſtatuiren *82. &* R. A. *de Anno 1594. §.* Ferner erregen ſich. *66.* nec non in Ord. Cam. *p. 2. tit. 22. verſ.* Mit angehängter. generaliter requiritur, ita ut ſi Citatio hæcce ſimul non petatur, proceſſus negandi ſint, uti tradit Denais *in Jur. Camer. tit. 182. num. 8. vid. Dn. Fabric. in Gail. Enucleat. lib. 1. Obſerv. 15. Dn. D. Ehrmann. in Diſp. Inaug. de Jur. Conduc. θ. 36.* Tale Mandatum decretum eſt Civitati Eslingenſi contra Sereniſſ. Ducem Wurtembergenſem, quô ipſi injunctum fuit, ut reſtitueret Civibus Eslingenſibus & merces, quas denegatâ ſecuritate ſub dio & pluvia relinquere cogebantur, & impoſterum tempore Nundinarum Francofordenſium Sal-

vum

vum Conductum petentibus, ut in Imperio uſitatum concederet, *vid. Dn. Fritſch. de R. V. P. J. c. 12. n. 18. Sixtin. de Regalib. d. cap. 2. n. 37. Roſenth. de Feud. c. 5. concl. 21. n. 3. Maul. de Jur. Conduc. tit. 3. n. 11. qui duo poſteriores plura allegant præjudicia.*

Notanter dixi *regulariter & ſine juſtâ causâ* uſum viarum & fluminum publicorum nemini debere præcludi: Nam ſi juſta adſit cauſa, *v. g.* ſi tranſire volentes vel legitimè inſtitutum vectigal ſolvere recuſent, vel hoſtes ſint, *Roſenth. de Feud. d. concl. 21. num. 2.* hoc omninò fieri poſſe nemo inficias ibit: Non enim majus Jus Domino privati fundi, quàm Principi Territorii dare ratio permittit, *L. 16. ff. de Servit. ruſt. præd. L. 3. §. 1. ff. de A. R. D.*

Quær. hîc: An vicinus Princeps vel Magiſtratus teneatur Vicino concedere tranſitum captivi, die Durchführung ſeiner Maleficanten? Reſp. Affirm. Via enim publica die gemeine Land-Straß cujuscunque etiam Territorium attingat, cuivis ad uſum licitum, præſertim Reip. tuitionem, patere debet. Communis enim hominum inter ſe obligatio, quâ quilibet cujuslibet neceſſitates, quantum citra fraudem ſuam fieri poteſt, ſublevare tenetur, omnes adſtringit, ut quamdiu intra innoxiam utilitatem uſus ejusmodi ſubſiſtit, is absque difficultate concedatur. Hinc etiam in ſæpe dicto Laudo Heilbronnenſi benè diſpoſitum eſt: Ut quando de Præfectura ad Præfecturam vel pago ad pagum per viam publicam ob ſcelera captivi ad carcerem, vel damnati ad ſupplicii locum ducuntur, Conductu non ſit opus,

pus, ſed quibus jus viæ publicæ, vel etiam ob viciniam ejusdem liber uſus eſt, cùm velint ducere, liberum relinquatur. *Hactenus Laudum.* Nec eſt, quod quis objiciat, Jurisdictionem alterius per ejusmodi actum turbari, adeoque hunc uſum non ſubſiſtere intra innoxiam utilitatem, idque propter ceſſare hîc communem iſtam obligationem, nec teneri alterum hujusmodi tranſitum permittere. Reſp. Enim Neg. hîc intercedere aliquam turbationem Jurisdictionis, cùm hæcce conſiſtat in Jure terrendi, ſeu ſubmovendi, *h. e.* capiendi & in captivum exequendi, quod alter ducendo ſaltem ſuum captivum per alterius Territorium nequaquam affectat. Captivus ſiquidem competenti in loco, *i. e.* in tali, ubi dictum Jus terrendi & ſubmovendi competit, jam eſt ſubmotus, nec aliud quid reſtat, quàm ut ad convenientem etiam locum, ubi commodè fieri poteſt executio, perducatur, quod utique licebit: Cui enim permiſſum delinquentem in ſuo Territorio capere, & adversùs eum in eodem ſtatuere, cur non eidem licitum erit captivum eò perducere, ubi commodè executio fieri poteſt, *arg. L. 2. ff. de Jurisdict. vid. Reinck. de R. S. & E. lib. 2. cl. 2. c. 17. num. 93. & ſeqq. Thom. Maul. de Jur. Conduc. tit. 3. n. 28. Dn. Myler. de Princip. & Stat. Imp. c. 48. n. 13.* Hodiè tamen transmiſſuri ſuos delinquentes alibi puniendos per alterius Territorium à Domino Jurisdictionis literas Salvi Conductus atque innoxium tranſitum petere ſolent, pflegen erſt um ein Gleit zu Durchführung der Maleficanten anzuhalten / und ſchrifftliche Reverſalien von ſich zu ſtellen/

len/ *vid. Dn. Fritſch. d. tr. c. 8. n. 20.* Hæc autem requiſitio Salvi Conductus & innoxii tranſitus, num ſit neceſſitatis, ita ut eâ intermiſsâ, violatio Territorii ab altero (uti communiter fermè fieri ſolet) poſſit allegari, an potiùs honeſtatis, adeò ut etiam intermittens ſaltem contra honeſtatem impingere videatur? meritò dubitamus. Nam iſtud fieri non poſſe ex ſuprà traditis liquet. E. Hoc potiùs erit ſtatuendum. Urbanitatis enim intereſt inſciô & irrequiſitô Domino alterius Territorium, ſive terram Jurisdictione munitam, cum ejusmodi captivis hominibus non tranſire; ſed priùs indicare convenit, quâ intentione tranſire quis velit, conteſtando ſe hoc non facere in Iſtius præjudicium, quod alter aliàs, ignorans ubi captivi deprehenſio facta, metuere poterat.

Poſt ingreſſum in alterius Territorium debitâ ſecuritate quis non fruitur, (1) ſi merces ſecum allatas quis in loco, ubi non viget Jus Stapulæ, die Niederlag oder Staffel-Gerechtigkeit/exponere cogatur. Quamvis enim hoc caſu nihilominus quis ſecurus eſſe poſſit; quoniam tamen debita Securitas quodlibet impedimentum injuſtum excludit, ideò plenâ & omnimodâ Securitate frui non cenſetur, qui ad merces exponendas hôc modô cogitur: Plena enim & omnimoda Securitas nihil aliud eſt, quàm immunitatis ab offenſione, damno vel aliâ quâcunque injuriâ, tàm in perſonâ, quàm in rebus metuendâ, juſtum rectumque præſidium, *Dn. Fritſchius in d. tr. c. 5. n. 5.*

Prohi-

Prohibita ergò eſt omnis offenſio ac injuria & per conſequens quoque ejusmodi coactio ad merces exponendas, ex quâ illa ſequitur. Si enim prohibitum quid reperitur ex aliquâ ratione, tunc exiſtimantur etiam prohibita omnia illa, per quæ poteſt ſequi effectus illorum prohibitorum; Imò gravis injuria cenſetur, quæ inani honeſtatis colore velatur, ut homines inviti de rebus ſuis aliquid facere cogantur, *L. fin. C. de pact. L. 11. L. 14. ff. de contrah. emt. L. 70. ff. de R. V. Fernand. Vasquius Illuſtr. Controv. lib. 1. c. 17. n. 3. part. 1.*

Notanter diximus: *Ubi non viget Jus Stapulæ*: Nam ubi tale jus viget, ibi expoſitionem mercium detrectare non poſſunt mercatores. Eſt autem Jus Stapulæ jus ſiſtendi in ſuo foro ſtringendique merces, *Dn. Stamler. in tract. de Reſerv. Imper. §. 61. n. 2.* ſeu latiùs: Jus merces prætereuntium, quæ alioquin mercandi causâ ad alia loca devectæ fuiſſent, revocandi in ſuum forum iisque quaſi manum injiciendi, vi Supremæ Poteſtatis, vel ex Conceſſione ſpeciali, aut ſingulari Emporii & Civitatis beneficio competens, *Dn. D. Georg. Guilielm. Kuhlevvein. JCtus Lipſ. in Diſp. Inaugur. de Jur. Stapulæ θ. 11.*

Jura Stapulæ, Emporii, & Nundinarum quandoque promiſcuè accipiuntur, *vid. Dn. Fritſch. de Reg. Nund. J. c. 10. n. 2.*

Eſt verò Jus Emporii Jus eum exteris & peregrinis quibusvis, Summo Principe protegente, liberrimè in uſum & commodum incolarum maritima commercia exercendi, Jure Gent. conſtitutum, *Grot. de Mari libero c. 8. Dn. Conring. de*

Urb.

Urb. Germ. n. 100. Keckermann. Syſt. Polit. lib. 1. cap. 14.

Jus Nundinarum eſt immunitas à Principe conceſſa ad habendum generale forum in ſua poſſeſſione, vel villâ, vel caſtrô, *vid. Gl. in L. 1. ff. de Nundin.* ſeu accuratiùs: Eſt Poteſtas certis anni temporibus inſtituendi atque peragendi conventus univerſales & mercatus publicos, multis immunitatibus donatos, quò eò magis invitentur exteri ad ineunda commercia, *Dn. D. Kuhlevv. d. Diſp. c. 1. θ. 9. in fin.*

Ex his deſcriptionibus facilè patebit, hæc Jura inter ſe eſſe diverſa atque ſeparata, indeque minùs rectè haberi pro ſynonymis, uti latiùs demonſtrat laudatus Dn. Kuhlew. *in Diſp. c. 5. θ. 1. & 2. add. Dn. Fritſch. dict. cap. 10. numer. 7. & ſeq.*

Vox Stapula unde dicatur, non una Dd. eſt ſententia, uti videre eſt apud laud. Dn. Fritſch. *d. c. 10. num. 9. & ſeqq.* Dn. Kuhlew. *d. c. 1. θ. 10.* Dn. D. Strauch. *Exerc. de Imp. Mar. c. 7. num. 6.* Verior videtur opinio eorum, qui à veteri Teutonico Stava vel Stapel/quod forum Latinè expoſitum vidiſſe ſe Heidelbergæ apud Marquard. Freher in vetuſtiſſimo Lexico Latino-Saxonico teſtatur Salmaſius *Obſ. ad Jus Attic. c. 5.* citante Dn. D. Strauch. *d. l.*

Jus Stapulæ definitur (1) *Jus*, per quod vocabulum intelligitur non niſi poteſtas libera, vel facultas plena rei pro arbitrio gerendæ, quæ nullis aliunde impedimentis interturbari poteſt, Dn. Kuhlew. *d. c. 1. θ. 11.*

Dicitur

Dicitur (2) Jus *vi ſuprema poteſtatis, vel ex conceſſione ſpeciali, aut ſingulari Emporii & Civitatis beneficio competens.* Quibus verbis innuitur immediatè hoc Jus competere iis, qui Summam in Rep. habent Poteſtatem, *i. e.* Majeſtati; mediatè verò his, ad quos ex ſpeciali Majeſtatis Conceſſione, ſeu Civitatis liberæ beneficio pervenit.

Conceſſio hæcce eſt vel expreſſa, vel tacita: Expreſſa, quæ expreſſis perficitur verbis, ſeu quando Summus Princeps alicui tale Jus expreſſis verbis concedit. Quemadmodum enim tota Commerciorum cura in hujus humeros quaſi devoluta in Rep. exſiſtit, cùm ex iſtis ſumma Reip. ſalus certiſſimè exſpectanda veniat, *L. 1. §. 20. ff. de Exerc. act.* iſtaque velut ubera Reip. ſint, ex quibus publicæ privatæque res aluntur, foventur, atque ornantur, in tantum, ut non niſi per commercia Civitatem benè beateque ſeſe habituram divinus ille Plato pronunciaverit, *uti videre eſt in L. 2. ff. de Nundin.* Ita & ipſum Stapulæ Jus unà cum cæteris Juribus omnibus, quotquot ad Commerciorum uſum, ſive promovendum, ſive conſervandum, facere videntur, ad eundem referri oportere, ejusque diſpoſitioni ſoli relictum eſſe, dicendum omninò eſt.

In noſtro Romano - Germanico Imperio hæcce Conceſſio dependet ab Imperatore, utpote penes quem ejusmodi Jus reſidet. Ubi tamen notandum, iſtud non ita reſidere penes Ipſum, ſicut cætera Jura Majeſtatis inferiora: ſed in gradu quodammodo excellentiori, ut Reſer-

vatum

vatum Summum conſpici, cùm ſolus Imperator, ad oſtendendam Authoritatem maximam, iſtud exercere, ſeu concedere, (adhibitô tamen hodie conſenſu Electorum, *vid. Capit. Leopold. art.21. verſ.* Dieweil ſich aber zuträgt.) in Imperio poſſit, nec ulli Statuum ad iſtud, ſicut & cætera Reſervata, tanquam Sanctum Sanctorum, vi Superioritatis Territorialis manus ſuas extendere liceat, quoniam, quæ diſpoſitione generali non continentur, excepta atque reſervata ipſo Jure cenſentur; certiſſimum enim eſt, nimium quàm tenaces in hoc Jure concedendo Principes eſſe propter maximas inde provenientes utilitates, *Dn. Kuhlevv. d. Diſp. c. 2. n. 1. 2. 3. Dn. Fritſch. d. tr. c. 10. n. 25. Wehner. in Obſerv. Pract. voc.* Stapel=Recht. *Dn. Stamler. de Reſerv. Imp. d. §. 61.*

Tacita Conceſſio eſt, quando Majeſtas, vel in noſtro Imperio Imper. patitur, quem hoc Jure uti tantô tempore, cujus non exſtat memoria, hôc ſiquidem modô conficitur præſcriptio immemorialis: Quæcunque enim per privilegium ſunt transmiſſibilia, indiſtinctè etiam ad adquiſitionem expoſita præſcriptioni immemoriali exſiſtunt; per hanc ſiquidem omnis Jurisdictio, omnia Regalia, & ea etiam, quæ Summo Principi in ſignum Eminentiæ dicata ſunt, Jure occupantur, *c. ſuper quibusdam. §. præterea. de V. S. Matth. Stephan. de Juriſd. lib. 2. p. 1. c. 7. num. 41.* Mirum ergo non eſt, ſi & hoc Jus conferat. Requiritur tamen, ut ea ſit continua, non interrupta, nec ei per contrariam obſervantiam vel abuſum Privilegii contraventum, *arg.*

S L. 1.

L. 1. & 2. C. de præſcript. long. temp. Cumprimis verò advertant hi, qui non niſi memoriam hominum ſuperanti præſcriptioni innituntur, ne præſcriptionem tantùm in nudis actibus depoſitionis fundent; ſunt enim illi voluntarii, in merâ voluntate accedentium & deponentium conſiſtentes, ex quibus actus poſſeſſorius elici nequit, *L. 1. §. denique. 12. ff. de aq. pluv. arc.* Illa enim, quæ meræ facultatis ſunt, non poſſunt præſcribi, *Anton. Teſſaur. Deciſ. 26. num. 3. Dn. Struv. Exerc. Jur. Civil. 43. th. 22. Dn. Zepper. de Jur. Stap. n. 27. & ſeq. Conf. quæ ſuprà c. 2. hâc de re diximus.*

Poſſunt etiam liberæ Reſp. ad Urbium ſuarum & commerciorum incrementum de mercibus non aliò, quàm in ſuum forum & Emporium transportandis paciſci, aut Legem condere, *Dn. D. Otto Phil. Zepper. in tract. de Jur. Stap. num. 33.*

Dicitur (3) Jus *merces prætereuntium, quæ alioquin mercandi causâ ad alia loca devectæ fuiſſent, revocandi in ſuum forum, iisq; quaſi manum injiciendi.* Ubi notandum, merces hîc generaliter atque indiſtinctè intelligi eas omnes, quæ ſive manu atque operâ cujusvis Civitatis elaboratæ, ſive ex ipsâ terra productæ, ita ſe habent, ut cum iſtis poſſit hinc inde commercium inſtitui. Hinc ſi nullum planè certum mercium genus in privilegio ſtapulari reperiatur, & ſola mercium generalis appellatio facta, illud non immeritò ſecundùm claram literam quàm pleniſſimè interpretandum, adeò ut libero Privilegiati arbitrio relictum & jus quaſi datum, de omni-

omnibus cujusvis generis mercibus, etiam iis, quas barbarè *manufacturen* appellant, quæ propter earum elaborationem cujusvis Civitatis propriæ & aſſignatæ quaſi in ſpecie ſunt, ſine diſcrimine revocandis, cenſeatur. Privilegia enim eam interpretationem admittunt, quæ ipſis verbis conveniens eſt, præſertim quando exinde nullum tertio infertur præjudicium; ſi igitur reſtricta ſunt ad certas merces, etiam intra limites illos continere ea neceſſe eſt, cùm jus hocce libertatem commerciorum Jure Gentium fundatam coarctans quodammodò videatur odioſum, ideoque reſtringendum, *per L. 15. de R. J. in 6.* ſi generalitate quâdam ſermonis concepta, à nemine erunt coarctanda, nec Privilegio non diſtinguente, & nihil quicquam excipiente, noſtrum eſt diſtinguere, aut pro lubitu exceptiones novas addere, *vid. Dn. Kuhlevvein. d.c. 2. §. 13. & ſeqq.*

Quæritur hîc: An Jus Stapulæ involvat neceſſitatem vendendarum mercium? Negat id Dn. Stamler. *alleg. tractat. §. 61. numer. 2.* Nos cum accuratiſſimo Dn. Strauchio *de Imp. Mar. cap. 8. num. 6.* Affirmativæ ſubſcribimus, idque ex ſignificatione vocis Stapulæ ſive Stapel ſuprà explicatæ probamus. Si enim Stapula ſive Stapel idem eſt ac forum, & Jus Stapulæ facultatem merces prætereuntium in ſuum forum revocandi largitur; utique neceſſitatem vendendarum mercium involvet. Nam cui bono revocantur in noſtrum forum, quæ alioquin ad alia loca devectæ fuiſſent, ſi non eâ fini, ut ibi venum exponantur. Et licet Jus Stapulæ ſuos habere gra-

dus, pleniusque jus aliquando, quandoque minùs plenum, prout Summæ Poteſtati placuit, continere dicatur, ac illud intelligatur, quod habet conjunctam vendendi neceſſitatem, ita ut nullas merces prætervehendi ſit cuiquam copia, citra præmiſſam ad certum tempus venalem earum expoſitionem in locis iſtis, quibus competit; Hocce verò vocetur, quod ſola quidem mercium exoneratione eſt contentum, ſed eâ utitur ad exigendam earundem menſurationem, atque conſectanda inde vectigalia, quale eſt ad Rhenum. *De quo Lehmann. Chron. Spir. lib. 4. cap. 22.* Welche Schiffe den Rheinſtrom auf- und abfahren/ und mit Stapelbaren Gütern beladen ſeyn/ daß ſie daſelbſt auffehren/ dieſelbe ausladẽ/ ins Kauff-Haus führen/ niederlegen/ und davon die Schuldigkeit zahlen müſſen/ welche nach entrichtetem Accis in andere Schiff oder auf die Axe geladen/ und in die Ober-Rheiniſche Land geführet werden ꝛc. Quoniam tamen hoc propriè Jus Geranii, die Kranen-Gerechtigkeit/ quod ſecundùm Dn. Fritſch. *dict. cap. 10. num. 18.* eſt Jus authoritate Principis, ad evitandas fraudes navigantium & utilitatem vectigalium exponendis, compingendis emenſurandisque mercibus publicè conſtitutum dicitur; per dictam diſtinctionem noſtræ aſſertioni nullum metuimus præjudicium: Quamvis enim reſpectu appulſus atque præcedentis neceſſariæ exonerationis naturam ſtapularem retinere videatur, quia tamen iſta non primariò, nec immediatè; ſed ſaltim per conſequentiam intendit Jus Geranii, non immeritò

Jus

Jus Stapulæ ab hoc Jure diſtinctiſſimam ſtatuimus ſpeciem. Nec multum ad rem facit, quod non-nemo objicit: Vendendi atque menſurandi titulos, ſicut cætera acceſſoria, naturam principalis invertere non poſſe. Nec enim nos hoc dicimus; ſed iſtud ſaltem non credimus, in principali duo hæc Jura inter ſe convenire.

Cæterùm ex verbis: *Revocandi in ſuum forum &c.* facilè conſtat, non licere ingreſſis ſemel diſtrictum ſtapularem reverti, aut ad evitandam mercium expoſitionem novas & illicitas vias, aut alias eluſiones quærere, quibus effugere poſſint iſtam neceſſitatem venum exponendi merces.

Deinde verba: *Iisq; quaſi manum injiciendi &c.* nequaquam excludunt juſtum rerum pretium, cùm vigore hujus privilegii der Stapel-Gerechtigkeit pro mercibus certo in loco deponendis juſtum in emendo & vendendo peti poſſit & ſolvi debeat pretium, neque nimium inſuper exigi liceat portorium; ſed ratio Juſtitiæ Commutativæ, quæ in commerciis & contractibus ſervat æqualitatem, in omnibus hîc attendenda veniat, *vid. Grot. de J. B. & P. lib. 1. c. 1. num. 8.*

Nec evincunt dicta verba, hocce jus Stapulæ eſſe contra Jus Gentium: Quamvis enim de Jure Gentium commercia ſint libera, non tamen ita ſunt libera, ut nullô modô terrarum Domini, utilitate & neceſſitate Reip. ita exigente, iſti libertati certos poſſint ponere limites, eamque reſtringere, ſalvo tamen Jure Gentium: Reſpublicæ enim hodiernæ, habitô reſpectu ad

Statum Gentium antiquiſſimum, non ſecus ac privatæ quædam ſocietates æſtimandæ veniunt: Jam quemadmodum novimus publicè utilia non ſemper ad privatorum quorumvis utilitatem facere; Similem in modum judicium hîc ferendum eſt de Jure Gentium; adauctô quippe Civitatum numerô, difficile erat, applicare & accommodare illa Jura ſingulis eôdem modô, quô univerſam Gentium ſocietatem potiſſimùm concernebant: adeò ut neceſſitas quaſi imponeretur cogitandi de alio Jure, quô Civitates ſingulas juxta inſtituta Gentium adminiſtrarent, quod appellatum Jus Civile deinceps eſt, *eleganter Dn. D. Kuhlevv. dict. Diſp. cap. 2. §. 17. Conf. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Exerc. 1. §. 59. Dn. Venediger. in Diſp. Inaug. de abrogat. Leg. §. 39.*

Circa Contraria hujus Juris notatu dignum eſt, Jus Stapulæ Civitati alicui conceſſum non utendo per decennium non amitti. Quamvis enim Privilegia lapſu decennii regulariter amittantur, uti de Jure Nundinarum, in L. 1. ff. de Nundin. diſertè diſpoſitum reperitur; non tamen illud in iis obtinet Privilegiis, quæ alimentorum intuitu conceſſa ſunt, etiamſi quis iis vel centum annis uſus non ſit, *arg. L. 22. C. de agric. & cenſit. vid. Zepper. d. tr. de Jur. Stap. n. 42.*

Multò minùs Princeps ſemel conceſſum hoc Jus pro arbitrio revocare atque annullare poterit, *per L. quod ſemel. ff. de decr. ab Ord. fac.* (2) per L. nemo poteſt. ff. de R. J. cap. 21. de R. J. in 6. (3) Quia Princeps Jura quæſita, & quæ

& quæ noſtra facta ſunt, neque privato, neque publico nomine, ſine ſufficientiſſimâ causâ, tollere poteſt, *L. 13. ff. com. præd.* neque ejus officio proprium aut conveniens eſt, conceſſa auferre, *Novell. 10. princ.* nihilque tam contrarium Juſtitiæ eſt, quàm alteri detrahere, quod ſuum eſt, reſpectu cujus Principem nullam planè mereri præ ſubditis prærogativam, ſed prorsùs æqualem eſſe dicit, Rumelin. *ad A. B. p. 1. diſſ. 5. theſ. 9.* (4) Si in privatis turpe eſt donata revocare, datamque ſemel fidem fallere, *L. 1. princ. ff. de conſt. pec.* quantò magis id in publica perſona fœdum exiſtet, utpote in qua nihil clariore lumine refulgere dicitur, quàm recta fides, *L. inter. C. de Summ. Trinit.* atque unam linguam unumque calamum in omnibus habere, *Dn. Kuhlevvein. d. c. a. 10.*

Ut redeamus in viam, unde paululùm digreſſi ſumus, videndum nunc quibus remediis conſulatur peregrinantibus negotiatoribus contra illegitimum Stapularum uſum, & ſciendum, in Camera Mandata ſine clauſula contra ejusmodi uſurpatorem Stapulæ non competentis decerni, *teſte Sixtino de Regalib. lib. 2. cap. 3. num. 40. & 41. de Reſervat. Imper. §. 61. num. 1.*

(2) Debitâ non fruuntur Securitate, qui in ipſo Conductu aliquâ afficiuntur injuriâ. Hoc fit vel verbis, vel verberibus, aut alio facto illicito. Priori caſu ſtatim quæritur: Quid ſentiendum de proverbio: Wort brechen kein Geleit? Et Reſp. cum Wehnero *in Obſ. Pract. d. prov.*

Illud non eſſe verum. Licèt enim in frangendâ Securitate factum requiratur, nec ſolô verbô frangi Securitas, ſicut nec furtum fieri poſſit. *L.52.§.19.ff.de furt.arg.L.24.ad municip.* quia tamen verba injurioſa, Schmachwort/ oder Ehren-verletzliche Wort/ ſie geſchehen ſchrifftlich/ oder mündlich/ non manent verba ſimplicia, ſed in factum incidunt, ac maleficium important, adeòq; delictum & maleficium in jure vocantur, ex quibus maleficiis porrò naſcuntur obligationes, veluti ex furto, damno, rapina, injuria, quæ omnia hujus generis ſunt. Sequitur igitur non minùs per verba, quàm per factum Securitatem frangi, wie es dann im Rechten fremd nicht iſt/ daß ein Geleit oder Sicherung/ nicht allein durch ſchmähliche/ läſterliche/ Ehren-verletzliche Wort; ſondern auch durch unzeitige und unziemliche Wort / ohne Handthat verwirckt und verbrochen werde. *L. item apud Labeonem.15. §. Prætor ait.34.ff. de injur. Hac Wehn.d.l.* Verberibus aut aliô factô illicitô offenduntur Conducendi, quando *v.g.* verberantur, bona ipſis auferuntur, vulnerantur, capiuntur, *&c.* His largis quoque ſubvenitur remediis, vel ad vindicationem injuriæ, vel damni reſtitutionem tendentibus. Ad injuriæ vindicationem tendit, (1) Actio injuriarum, quæ duplex, vel enim deſcendit ex edicto Prætoris,& eſt Actio perſonalis, prætoria, pœnalis, civilis, famoſa, & annua, quâ injuriam paſſus adverſus injuriantem agit, ad ipſius injuriæ æſtimationem ſibi præſtandam, *§.7.8.& 10.Inſt.de injur.L.2. §.4.ff.de Collat.§.1.Inſt.de perp.& temp.act.L. 1.pr.ff.de his,qui not.infam.L.7.pr.ff.de Injur.*

L.5.C.

L.5.C.eod. Vel ex Lege Cornelia provenit, & eſt judicium criminale, quô injuriatus petit, ut injurians officio Judicis extraordinariâ pœnâ coërceatur, *L.fin.ff.de injur.§.10.Inſt.eod.* De illa notandum, errare illos, qui eam actionem ad verbales reſtringunt injurias, cùm Prætor illam indiſtinctè concedat, *vid.L.15.§.34.L.7.§.1.& 2.de injur.* Datur igitur regulariter omnibus, qui injuriam paſſi ſunt, *d.§.10.Inſt.de injur.* In heredem autem injuriati hæc actio ante litem conteſtatam non tranſit, *L.1.§.1.ff.de priv.delict.L.13.pr.ff.de injur.* quia tendit ad meram vindictam, *L.2.§.4.ff.de Collat.* quam moriens remittere cenſetur. *L.fin.C.de revoc.donat.* In Camera tamen Citationem hoc operari, ut ad heredes transeat, tradit *Harpr.ad §.fin.Inſtit.de injur.n.79.* ſic retinent quoque actionem injuriarum reliqui, ad quos per indirectum injuria pertinet, licet principalis injuriatus mortuus fuerit, *arg.L.2.C.de injur.L.1.§.3.& fin.ff.eod.* Competit hæc actio contra injuriantes (qui ſe etiam per procuratorem defendere poſſunt, *L.42.§.1.ff.de procurat.*) non verò eorum heredes, quia ex delicto eſt, *§.1.Inſt.de perpet.& temp.act.L.13.pr.L.15.§.14.ff.de injur.* niſi lis cum eo, qui injuriam fecit, ſit conteſtata, *L.un.C.ex del.def.in quant.hered.conv.* Petitur hâc actione injuriæ illatæ æſtimatio, *§.10.Inſt.de injur.L.21.ff.eod.* quam deinde Judex pro ratione circumſtantiarum ex bono & æquo moderatur, *§.7.Inſt.d.t.* Actor in hac actione famoſa non debet vagari cum diſcrimine alienæ exiſtimationis; ſed deſignare & certum ſpecialiter dicere,

quam ſe injuriam paſſum contendit, *L. 7. pr. ff. d. t.* & quidem cum omnibus circumſtantiis loci & temporis, anni nimirum & menſis, non verò diei, *vid. Dn. Carpz. pract. crim. p. 2. quaeſt. 95. n. 35. & ſeqq. lib. 2. Reſp. 57.* Condemnatus hâc Actione fit infamis, *L. 1. ff. de his, qui not. infam.* niſi injuria ſit levis, propter rationem Legis 17. §. 3. ac L. 40. ff. de injur. & per text. expreſſum in c. 23. extra de ſent. & re jud. Tollitur hæc actio (1) morte tam injuriati, quàm injuriantis, niſi litis conteſtatione in judicium jam fuerit deducta, *L. 13. pr. ff. d. t.* (2) Annali præſcriptione, *L. 5. C. de injur.* idq; ſive injuria ſit realis, ſive verbalis, hæcq; ſcripta, ſive non ſcripta. *Vid. Dn. Franzk. Exerc. 12. qu. 9. n. 32.* & currit talis præſcriptio ſcienti tantùm, & annum utilem requirit, *per L. 14. §. 2. ff. quod met. cauſa. §. 1. Inſt. de perp. & temp. act. Carpz. lib. 2. Reſp. 110. Gail. lib. 2. Obſ. 105. n. 3. & ſeq.* (3) Extinguitur hæc Actio remiſſione; *quâ de re vid. Dn. Carpz. pract. crim. d. p. 2. quaeſt. 97. n. 49. & ſeqq.* Remedium Criminale etiam datur ob quamcunque injuriæ ſpeciem, tam verbalem quàm realem, *d. §. 10. Inſt. de injur.* & competit omnibus injuriam paſſis, *d. text.* & hodie per procuratorem intentari poteſt, *vid. Carpzov. d. tr. quaeſt. 95. n. 51. & n. 56. ubi etiam ex parte Rei multis in locis talem admitti teſtatur.* Pœna injuriarum extraordinaria, ad quam tendit hæc actio, non tantùm eſt pecuniaria fiſco applicanda, aut carceris, & relegationis, ſed interdum ob delicti atrocitatem ad corporales quoq; pœnas, fuſtigationem, manus amputationem, imò

imò ad ultimum quoque ſupplicium extendi, *Dn. Carpzov. d. p. 2. quæſt. 100.* & ex officio nemine petente à Judice imponi poteſt; licet injuriatus injurianti condonaverit. *arg. L. 51. ff. ad L. Aquil. laudat. Dn. Carpzov. Juriſpr. for. p. 4. conſt. 46. def. 9.* aut retorſione uſus ſit. *Dn. Carpzov. d. p. 2. quæſt. 97. n. 41.* vel etiam annus præterlapſus fuerit. Hæc enim extraordinaria pœna viginti demum annis præſcribitur, *arg. L. 12. C. de falſ. Mynſ. 5. Obſ. 7. n. 6.* Et hæc actio vel ſola, vel unà cum civili cumulativè de more hodierno inſtitui poteſt. *Dn. Carpzov. d. quæſt. 95. n. 26. & ſeqq. & quæſt. 94. n. 33.* quamvis ſecus ſit de Jure Civili, *L. 6. L. 7. §. 1. ff. de injur.* quô tamen hanc actionem civiliter quoque intentare licitum eſt, *L. 37. §. 1. ff. de injur.* eoque caſu 30. vel 40. annos durat, *pr. Inſtit. de perpet. & temp. act. junct. L. 3. & 4. C. de præſcr. 30. vel 40. annor.* licet hodiè in quâlibet actione injuriarum tam civili quàm criminali (exceptâ tamen eâ, quæ ex L. 10. C. de Epiſc. & Cler. itemq; ex L. Cornelia ob injurias quaſdam reales immediatè alicui illatas dantur, *§. 8. Inſt. de injur. L. 5. pr. & §. 6. ff. eod. Dn. Franzk. d. Exerc. 12. quæſt. 9. n. 15. add. Fichard. Conſ. Lat. 58. Diſſ. Wiſſemb. Diſp. ad Inſt. 43. n. 10.*) annalis præſcriptio obtineat, *Dn. Carpz. d. q. 37. n. 57.* De aliis injuriæ tollendæ modis jam dictum.

(2) Inſtitui poſſe putant criminis læſæ Majeſtatis accuſationem, non ſolùm, ſi Legatum vel Commiſſarium Cæſaris, *vid. Ruland. de Commiſſ. p. 1. lib. 3. c. 12. n. 7. & lib. 8. c. 8. n. 9.* vel S. R. I. Electorem ad Electionis negotium proficiſcen-

ſcentem quis offendat, aut adverſus Securitatem ejus quid moliatur, *vid. A. B. tit. 24.* ſed etiam ſi cæterorum Statuum lædatur Securitas. Nam læſâ Securitate Statuum cenſeri, dicunt, etiam lædi Securitatem Imperatoris, cùm mediante Membro offendatur ipſum Caput Imperii & Proceres Imperii Securitatem & Jus Conducendi, quod habent, cum recognitione Imperatoris habeant, eiq; de hoc requiſiti rationem reddere teneantur, *arg. R. I. Spir. de Anno 1529.* §. Und nachdeme. *ibi :* wie ſolches ein jeder gegen GOtt und ſeiner Majeſtät gedencket zu verantworten. *Vid. Reink. de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. c. 6. n. 183. & ſeq. ubi ex Apolog. Philippi Haſſiæ Landgravii laudatiſſimi Principis, quæ exſtat apud Hordled.* in Reichshandlungen/ *lib. 4. c. 2. n. 43. in hanc rem ſeqq. adducit :* Dieweil dann unſer Geleit/ darfür wir es halten/ auch zu dem Käiſerl. Geleit / das alle Fürſten und Stände deß Reichs in ſolcher Geſtalt zu handhaben ſchuldig ſeynd/ verletzt/ ſo könten wir wol leiden/ däucht uns auch ehrlich und recht ſeyn/ dieweil in dem Fall das Käiſerl. Geleit verbrochen / und Ihre Käiſerl. Reputation höchlich verlegt iſt/ daß Ihre Käiſerl. und Königl. Majeſtät/auch Chur- und Fürſten zu Erhaltung Käiſerl. und Teutſcher Nation Ehr und Reputation/ inquiriren lieſſen/ aus was Befehl und Geheiß der N. angenommen/ und wo er hinkommen wäre/ und verſchonete darinn der Diener/ als auch die Rechte in dem Fall criminis læſæ Majeſtatis wol zulaſſen/ die nicht ſo viel Schuld haben mögen / als Der oder Die

Befelch

Befelch geben / auf daß ſolch Untreu und Frevel gemeiner Teutſcher Nation zu gut / und vorderiſt Käiſerl. Majeſtät zu Ehren an Tag kommen möchte / ſo lieſſen wir uns düncken / man ſolte darunter viel Händel / ſo wider Käiſerl. Majeſt. Hohheit und Reputation / den Landfrieden / der Völcker Recht / Ehr und Erbarkeit geſchehen wären / befinden / und Käiſerl. Majeſtät Ehr und Reputation dardurch gemehret werden. Imò etſi privato conceſſa fuerit Securitas, isq; offendatur, locum faciunt criminis læſæ Majeſtatis accuſationi, & quidem non ſolùm, ſi à privato ejusmodi violetur Securitas, uti tradit Tib. Decian. *in Tract. crim. lib. 7. c. 16. n. 2.* (ubi tamen hanc ſententiam tunc veram eſſe dicit, ſi in odium & contemtum Principis fiat offenſio) ſed etiam ſi à Principe, *vid. Dn. Diether. in Addit. ad Theſ. Pract. Beſoldi, voc.* Geleit. *Conferantur Dd. ad L. 1. ad Leg. Jul. Majeſt. & alleg. apud Sixtin. lib. 2. de Regalib. c. 2. n. 47. add. Id. d. Lib. c. 20. num. 9.*

(3) Vindicatur injuria peregrinantibus in Conductu illata actione ſuper fractâ Pace Publica ex Conſtitutionibus Imperii à Maximiliano I. Anno 1495. Wormatiæ, & Anno 1500. Auguſtæ promulgatis, anxièq; in quamplurimis ſequentibus Comitiis ab Impp. ſubſequentibus, conſentientibus Statibus & Ordinibus Imperii reiteratis, & ſub incudem revocatis, quibus Pacem Publicam armatâ violare manu ſeveriſſimè prohibuerunt, & in violatores pœnas conſtituerunt acerbiſſimas.

Ut

Ut autem locum habeat hæc actio, tria neceſſariò requiruntur: (1) Vis Publica atrox, ſive major, quæ repelli non poteſt. *L.2. & 3. ff. quod met. cauſ. d. Receſſ. Imp. de Anno 1495. verb.* mit gewaltiger That.

Atrox autem ſive major Vis dicitur, quæ fit coadunatis & collectis ad nocendum hominibus, *L.2. in pr. & in §. homines. ff. vi bon. rapt. L.3. L.4. ff. ad L. Jul. de vi publ. Receſſ. Imp. Ratisb. de Anno 1594. §.* Alſo iſt auch.

(2) Requiritur Vis armata, *Rec. Imp. Auguſt. de Anno 1548. in princ. Conſt. Pac. Public. verb.* mit gewehrter Hand. Armorum autem appellatione non tantùm veniunt ſcuta, gladii, tela, jacula, tormenta cum fulmine tonitruantia, ſed etiam fuſtes, lapides, ſpathæ, & omnia ea, quæ principaliter ad offendendum vel defendendum fabricata ſunt. *L. armorum. 41. ibiq; Gœdd. in Comment. L. 233. §. telum. ff. de V. S. L. 3. §. armis. ff. de vi & vi arm. B. Dn. Carpzov. in Pract. Crim. p. 1. q. 35. n. 15. Gail. lib. 1. de Pac. publ. c. 7. n. 3. & ſeqq.*

(3) Ad fundandam Actionem ſuper Conſtitutione fractæ Pacis requiritur dolus malus, *hoc eſt*, ut Vis Publica, quam collectis hominibus & armatâ manu fieri diximus, proficiſcatur ex vero dolo, atroce malitia, ex propoſita deſtinata offendendi voluntate, præcedente & communicato conſilio, de induſtria & datâ operâ, juxta verb. conſt. pacis publ. (Fürſetzlich / gefährlich und frevendlich) quemadmodum ea ſic explicantur ex L. qui cœtu. 5. L. qui dolo malo. 10. ff. quod met. cauſa. L. 2. §. dolo autem malo. ff. vi bon.

bon. rapt. *Vid. B. Dn. Carpzov. d. quæſt. n. 20. Gail. d. c. 7. n. 6.*

Pertinet hæc Actio inſtituenda ad Judicium Imperialis Cameræ, cujus eſt cognitio coërcitioq; fractæ Pacis Publicæ, *Gail. lib. 1. Obſ. 1. n. 2. Obſ. 3. n. 1. & lib. 1. de Pac. publ. c. 11. n. 1. & ſeqq. per Ord. Cam. p. 2. tit. 9.* Diſſentiunt nonnulli per text. Receſſ. Deput. de Anno 1600. §. Es wird nicht weniger. Rec. Imp. Ratisb. de Anno 1594. §. Ebener Maſſen iſt man. Verùm Reſp. Textus hosce nequaquam obſtare noſtræ Aſſertioni; Non enim dicunt actionem ſuper fractâ Pace Publicâ etiam coràm mediato & ordinario loci Magiſtratu poſſe intentari; ſed hoc ſaltim volunt, ſi forſan unica quædam perſona eaq; mediata, deliquerit contra Conſtitutionem Pacis Publicæ, eam coram Judice Ordinario eſſe conveniendam. *d. Rec. Imp. de An. 1594.* §. **Ebener Maſſen iſt man.** *verſ.* **Wann aber ein einige Perſon.** Ratio: Quia dicta actio tali caſu locum non habet, cùm unica perſona Pacem Publicam turbare non poſſit, per ea, quæ tradit Gail. *d. c. 7. n. 24.*

Quod ſi verò plures in d. Diſputationem commiſerint, poſſunt quidem vel coràm Judice mediato, vel immediatò conveniri, coram iſto tamen non ſuper Conſtitutione fractæ Pacis; ſed ſuper pœnis Juris communis de vi publicâ ratione ſimplicis ſpolii, ut probatô delictô, aut violentia, pro meritô pœnâ ordinariâ Juris communis puniantur.

Competit hæc actio contra omnes Pacis Publicæ turbatores, ſive Ordines ſint Imperii, ſive

ſive homines privati, ſive Seculares, ſive Eccleſiaſtici. Conſtitutio enim fractæ Pacis generaliter loquitur: Niemand / von was Würden/ Standes/ oder Weſens der ſeye/ 2c. Et lex ſuâ naturâ generalis eſt, *L.1.ff. de Legib. L.3. §. Divus. ff. de Sepulchr. viol. vid. B.Dn. Carpzov. d. quæſt. 35. n. 23. & ſeq. Gail. d. c. 7. n. 25.* Nulla ergo Privilegia, nulla prærogativa vel dignitatis, aut cujuscunque excellentiæ, violatores Pacis Publicæ à Jurisdictione Cæſaris vel Judicio Cameræ Imperialis eximit, (excipiuntur Clerici mediatè Imperio ſubjecti, qui in Camera accuſati forum declinare poſſunt & coràm ſuo ordinario Eccleſiaſtico Judice conveniendi ſunt, *Gail. lib. 1. de Pac. publ. c. 1. n. 16. c. 11. n. 7.*) nec exceptiones peremtoriæ litis ingreſſum, puta litis conteſtationem, impediunt, quia ad merita cauſæ pertinent, nulla autem qualitas facti ante cœptum Judicium ſeu litis conteſtationem in cauſis violatæ Pacis admittitur. Et regulariter in quibuscunque cauſis exceptiones peremtoriæ ſeu defenſiones principale negotium concernentes litis conteſtationem non impediunt, *per c. 1. de lit. conteſt. in 6. & c. ſuper quæſtionem. de offic. Judic. deleg. Gail. d. lib. 1. de P.P. c. 11. n. 2. 8. & ſeqq.*

Quær. hîc: An detur hæc actio contra unicam perſonam? Affirm. B. Dn. Carpzov. *dict. quæſt. num. 19.* unum etiam immediatè Imperio ſubjectum, Publicam Pacem violare poſſe ſtatuens. Negat Gail. *d. cap. 7. num. 24. & ſeq.* quia coadunatio & collectio hominum requiritur. Sed quoniam de Jure communi adhuc dicimus homi-

homines coactos eſſe, etſi unus homo coactus ſit, *per text. in L. 2. §. homines. ff. de vi bon. rapt. L. 2. §. familia autem. ff. de vi & vi armat. ubi dicitur, quòd in illo interdicto familia dejeciſſe videatur, etiamſi unus ſervus vi dejecerit, &c.* facilè Carpzovius & Gailius inter ſe conſentient, iſte enim coadunationem & coactionem hominum non excludit, ſed præſupponit, cùm ejusmodi perſona, quæ immediatè eſt ſub Imperio, rariſſimè forâs egrediatur ſola, ſed plerumque cum aliquo comitatu, aut ad minimum unicô quodam miniſtro, cui tamen tale facinus perpetraturus plures utique adſociabit. Si igitur dicatur: hic vel iſte Imperii Romano-Germanici Civis crimen fractæ Pacis commiſit, non intelligenda unica iſta perſona, à qua tanquam potiori fit denominatio; ſed ſubintelligendi quoque ſunt homines coadunati, quemadmodum, ſi dicitur, hic vel iſte Dux Exercitûs hoſtem ad incitas redegit, non intelligitur ſolus Dux, ſed potiùs totus exercitus, per Metonym. ſubj. pro adjunct. Aliter Reſp. Schwanmannus *de Proceſſ. Cam. lib. 1. cap. 14. num. 11. & ſeq.* diſtinguendo inter delinquentes in Conſtitutionem Pacis Publicæ, & illos, qui vi publicâ & armatâ eam turbant & frangunt. Iſtud poſſe fieri ab unicâ quadam Perſonâ, *v. g.* diffidando, receptando pacifragos, victualia eis ſubminiſtrando, & ſimili modo, *vid. d. Receſſ. Imp. de Anno 1594.* §. Alſo iſt auch ꝛc. Hoc autem coadunationem hominum requirere. Iſto caſu teneri quidem etiam delinquentem ex Conſtitutione de Pace Publica; non tamen pro violatore & turbatore

Pacis Publicæ haberi poſſe, cùm vis exterior abſit. Si igitur non poteſt haberi pro pacifrago, non poterit quoque Criminis fractæ Pacis directè accuſari. Ad obtinendam autem inCamerâ Citationem ſuper fractâ Pace ſuprà indigitata tria requiſita in ſupplici libello quis ſimul commemorare & cœpto judicio luculenter probare debet: alterutrum horum non ſufficit. Quoties enim lex vel ſtatutum plura conjunctim requirit, non ſufficit alterutrum fieri; ſed omnia adimpleri neceſſe eſt, *L. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem. ff. de V. O.* Deinde non omnis vis publica eſt fracta pax, licet è contrario omnis fracta pax ſit vis publica, quia hoc edictum ſive conſtitutio pacis publicæ non ad omnem; ſed ad atrocem vim pertinet; Et ſanè in tit. ff. & C. ad L. Jul. de vi publ. multæ ſpecies vis publicæ recenſentur, quæ tamen ad Conſtitutionem ruptæ Pacis non pertinent, *fac. d. L. 7. §. doli mali mentio. ff. vi bon. rapt.* licèt Publica Pax turbari nequeat ſine vi publica. Quia, ut dictum eſt, tria cumulativè requiruntur, quæ pariter ad hancce vim publicam ſpectant, quorum unico deficiente ceſſat pœna Pacis violatæ, puta Banni Imperialis, & ad pœnas Juris Communis de vi publica ratione ſimplicis ſpolii tantùm agi poteſt, uti ſuprà innuimus. Quotieſcunque enim agitur de pœnâ imponenda alicujus ſpecialis Conſtitutionis, tunc neceſſe eſt verificari omnes qualitates in ipſa Conſtitutione expreſſas, ad hoc ut pœna committatur; non ſolùm factum vel rem principalem probari oportet: ſed etiam qualitatem, ad hoc, ut cōveniat verbis Legis, Statuti,

tuti, vel alterius Diſpoſitionis, aliâs qualitate illâ non probatâ, non dicetur legitima probatio, quia qualitas inhæret ſubjecto, eique formam dat, *L. Titius. ff. de mil. teſt. vid. Gail. d. cap. 7. num. 19. & cap. 13. num. 6. & ſeqq. Carpzov. d. q. 35. n. 13.* De dolo malo, qui tertium eſt requiſitum, ut actio ex Conſtitutione Pacis Publicæ locum habeat, notandum, ad hoc, ut proceſſus decernantur, ſufficere, ſi ex circumſtantiis & qualitate facti dolus colligi poſſit, neque præciſâ narratione dolo aliquid factum, hodie opus eſſe, *alleg. R. I. de Anno 1594. §.* Ebenet Maſſen. *verſ.* Demnach auch ꝛc. Obgleich *Conſtitutio fractæ Pacis verum dolum* erfordere/daß es doch genug/ ſintemal ſolcher *dolus in mente delinquentis* beruhet/ und derowegen ſchwerlich *directè* zu probiren/dieſelbe aus den Umſtänden der That-Handlung *ex perſpicuis indiciis & evidentiâ ipſius facti* könne und möge erwieſen werden/ als da *vis publica, convocatio hominum, incendium, hoſtilis invaſio Territorii alieni* vorhanden ꝛc. *Et poſtea*: So laſſen wir uns ſolch Bedencken unſeres Cammergerichts wol gefallen/ und wollen/ wenn die *narrata* mit allen vorerwehnten Umſtänden/auf welche die Proceß ſeyn ausgebracht/ durch den Kläger/ wie ſichs gebührt/genugſam erwieſen/und aus denſelben *verus dolus circumſtantiis, perſpicuis indiciis, ſeu evidentiâ facti* iſt dargethan/ daß alsdenn zu Erſtattung der Pön deß Land-Friedens möge geſchritten werden ꝛc.

Et hæc diſpoſitio habet etiam fundamentum in Jure privato: Nam licet dolus regulariter non præſumatur, *per L. dolum. C. de dol. L. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. L. ſi Prætor. §. Marcellus. ff. de Judic.* Sed quælibet cauſa, etiamſi injuſta, à dolo præſumto excuſet, *L. igitur. §. poteſt. ff. de lib. cauſa. L. 1. §. fin. ff. de abig. L. 2. ad L. Flav. de plagiar.* hoc tamen non procedit, quoties quis actum per ſe illicitum explicat. Nam rei prohibitæ operam navans, ipſo facto cenſetur eſſe in manifeſto dolo, *L. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad L. Aquil. L. ſi non convitii. C. de injur. Gail. d. c. 7. n. 12. & ſeqq. B. Carpz. d. q. 35. n. 22. Petr. Peck. de Teſtam. Conjug. lib. 5. c. 15. num. 2.*

Quæritur ulterius: An in cauſis fractæ Pacis conatus pro effectu habeatur? Affirm. Gail. *d. tract. lib. 1. c. 14. n. 9.* Dn. Carpzov. *d. q. 35. n. 28. per verb. Conſt. P. P. de Anno 1548. tit. 3. in princ.* oder zu handlen unterſtehen würden ꝛc. Nam crimen fractæ Pacis Publicæ eſt atrociſſimum, in delictis autem atrocioribus conatus pro effectu habetur, *L. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & Cler. ibiq; Dd.* Crimen enim contrahitur, ſi & nocendi voluntas intercedit, *L. 1. C. ad L. Corn. de ſic. L. Divus. ff. eod.* & peccata ex voluntate procedunt, quæ libero mentis arbitrio & delinquendi propoſito committuntur, *c. 1. c. 15. q. 1.* Deinde Lex vel Conſtitutio conſiderans affectum ſine effectu, ut hîc fit, locum habet in ſolo conatu, *per L. generaliter. §. 1. ff. de Calumniat.*

Tan-

Tandem Quæritur: An hæc Actio ex Conſtitutione fractæ Pacis competat quoque contra hæredes. Affirm. iterum Gail. *d. lib. 1. de P. P. c. 20. num. 17.* ſi ſit inchoata (1) per Rubric. d. Conſtit. P. P. Carol. V. de Anno 1548. Daß die Inſtanz der Landfriedbrüchigen / Beſchädigung und Entſezung auf deß Beklagten Erben fallen ſolle ꝛc. (2) Per Regulam & communem Dd. concluſionem: quòd pœna quoque hæredem afficiat, quando illa (ut hôc caſu fit) ipſo Jure imponitur, *L. commiſſa. ff. de public. & vectig. L. 1. §. an bona. ff. de Jure Fiſci. L. Imperator. ff. eod.* Ratio, quia tunc non agitur ad pœnam imponendam; ſed ad pœnam à Jure impoſitam exigendam, & ideò meritò ad hæredem tranſit, etiamſi nihil ad eum pervenit, *Fernand. Vaſq. Illuſtr. Controv. p. 1. lib. 3. cap. 96. num. 22. Conf. Schvvanmann. in Proceſſ. Camer. alleg. c. 14. num. 14. & ſeqq.* Intellige tamen, ſi actio Civilis ad reſtitutionem conjuncta & ſimul intentata fuerit, vel ſi ad reſtitutionem tantùm, vel ad pœnam pecuniariam actum fuerit, quibus caſibus hæredes damni dati & mulctæ pecuniariæ nomine tenentur & convicti condemnantur; Secus, ſi ad bannum ſolummodo agatur, quæ actio in hæredes non tranſit. *Roding. in Pand. Cam. lib. 1. tit. 7.*

Pœna fractæ Pacis Publicæ, quam hâc actione perſequimur, eſt varia: Nam vel in corpus, vel in bona dictatur, adeoque corporalis, vel non corporalis eſt. Illa, quâ corpus delinquentis punitur, vel capitalis eſt, vel non capitalis. Capitalis eſt, quæ delinquenti adimit caput, vel natu-

rale, puta vitam, vel civile, nempe libertatem aut civitatem. Hujus farinæ eſt proſcriptionis ſeu Banni Imperialis pœna, daß ihr Leib und Gut allermänniglich erlaubt ſeyn / und niemand daran freveln oder verhandeln könne oder möge / quâ de pœnâ latiſſimè agit Gail. *ſæpe alleg. tract. de Pac. Publ. lib. 2.*

Non capitalis eſt, quâ, ſalvô Rei capite naturali & civili, in ejus corpus animadvertitur; qualis eſt dignitatis privatio, Privilegiorum ademptio, *vid. Conſt. P. P. Wormat. de Anno 1521. tit. 3.*

Non-corporalis eſt, quando criminis reus certâ nummorum ſummâ, vel universâ rerum ſuarum ſubſtantiâ, aut ejus parte, mulctatur. Huc pertinet pœna 2000. Marcar. auri puri, partim Fiſco, partim læſo applicanda & exſolvenda, *d. tit. 3.*

Notandum per Conſtitutionem Imperii de Pace Publicâ Leges Civiles & Jura communia contra violentos invaſores & occupatores, ſeu turbatores poſſeſſionum, alias pœnas ſtatuentia, non eſſe abrogata, *d. Conſt. P. P. Wormat. tit.* Dieſer Fried ſoll den andern Rechten nichts abbrechen.

In arbitrio autem Actoris eſt, an ſuper Conſtitutione fractæ Pacis Publicæ Reum convenire, & omnes pœnas ſimul, vel unicam tantummodo, ut Bannum Imperiale, aliámve pœnam adversùs eum decernendam petere velit, *Ord. Camer. p. 2. tit. 9. §. 5. verſ.* Wir wollen / *ibi:* Daß alsdann zu deſſelbigen Vergewaltigten / Beſchädigten / oder Entſetzten Willen und Gefal-

Gefallen ſtehen ſoll/ den Thäter und Land-Friedbrecher auf die Pön der Rechten und deß Käiſerlichen Land-Friedens ſämtlich / oder deren eine inſonderheit/ darzu um die zugefügte Vergewaltigung/ Beſchädigung/oder Entſetzung / mit und neben obgemeldten Pönen/ oder aber allein und inſonderheit an dem Käiſerlichen Cammergericht fürzunehmen und zu beklagen ꝛc. Ex officio tamen,& ad poſtulationem Reorum, temperare pœnæ aſperitatem Camera poteſt, *Conſt. P. P. Auguſt. de Anno 1548. tit. 13. ibi:* Und nachdem ſich auch zu Zeiten mit den Thätern und Friedbrechern die Gelegenheit dermaſſen zuträgt / daß gegen ihnen die Straff deß Friedbruchs ohn gefährliche Weiterung und gröſſern Unraht nicht kan fürgenommen und gebraucht werden / und aber doch recht und billig iſt / daß ein jeder/ der mißhandelt / der Gebühr nach geſtrafft/ und dieſelbe Straff/nach Geſtalt und Gelegenheit ſeiner Verhandlung / und derſelben Umſtänden / geſetzt und gemäſſiget werde: So wollen Wir Uns/ oder in Unſerm Abweſen aus dem Heil. R. Reich / Unſerm frl. lieben Bruder dem Röm. König vorbehalten/ auch unſerm Cammergericht heimgeſtellt und Gewalt gegeben haben/*ex officio*,oder auf Begehren der Partheyen / die beſtimmte Pön deß Land-Friedbruchs in eine Geld-Pön zu verändern/ und die Geld-Pön in unſerm Landfrieden beſtimmt/ *moderi*ren und zu mäſſigen/ oder aber an Statt derſelben die Pön der gemeinen Rechten/ doch in allweg unſerm *Fiſco*

unabbrüchig/fürzunehmen/wie ſie ſolches jederzeit/ Vermög Unſer und deß Reichs gemeinen Rechten/ für nutz/ehrbar und billig anſehen werden.

Etſi autem quis ob violatam Pacem Publicam mit der That/ *h. e.* ipſo facto in Bannum Imperiale incidat,ut habetur in Conſt. P. P. Auguſt. de Anno 1548. tit. 3. & Ordin. Camer. tit. 9. §. 2. tamen quoad pœnam Banni, puta aquæ ignisque interdictionem, & honorum amiſſionem, non dicitur Bannitus ipſo facto, ſed ſententia declaratoria ſuper commiſſo delicto, cum denunciatione banni imprimis requiritur, *per d. Conſt. P. P. tit. 4. dict. Ordin. Camer. tit. 9. §. 1.* Aliud tamen obtinet in notoriis actu permanentibus delictis, quæ nulla tergiverſatione celari poſſunt, puta palantium militum, prædonum, & erronum concurſu, ubi nullâ ſententiâ declaratoriâ opus eſt, ſed ipso factô, nunc,prout ex tunc, & tunc, prout ex nunc, in Bannum incidunt, werden mit der That/ ohne einige fernere Erklärung/ jetzo als denn/ und denn als jetzo/ in die Acht gethan/ *vid. R. I. Auguſt. de An. 1559.* §. Damit denn hinfüro 38.

Praxin Conſtitutionis P. P. uſurpatam vid. in Rec. Imp. 2. Colon. & Trevir. de Anno 1512. §. Und als eben zu derſelbigen Zeit 18.

Viſis nunc Remediis ad vindicationem injuriæ ſpectantibus, ſequuntur nunc illa, quæ damni reſtitutionem perſequuntur.

Acturus autem ad damni reſtitutionem vel contra violatores conductûs agit, vel contra Dominum ipſum, den Land- und Gleits-Herrn. Si

contra

contra violatores, & quidem civiliter, non criminaliter, *dict. Conſt. P. P. de Anno 1548. tit. 11.* neceſſe eſt narrata Supplicationis perinde qualificare, ac ſi ſuper violatâ Pace ad pœnam ageré vellet, alioquin cenſeretur ſimplex ſpolium, uti ex Mynſingero *2. Obſerv. 29.* tradit Dn. D. Ehrmann. *in Diſputat. ſuâ Inaugural. ſæpius alleg. th. 39.*

(2) Dari actionem vi bonorum raptorum & quidem ad quadruplum, ſtatuit id. Dn. Ehrmann. *d. Diſput. th. 40.* Verùm quoniam Prætoria hæc actio non ampliùs eſt in uſu, ſed criminale judicium obtinet, criminaliter quoque erit agendum, ad pœnam gladii, vel aliam juxta cujusque loci conſuetudinem infligendam, *vid. P. H. O. art. 126. ibi:* **Ein jeder boßhafftiger überwundener Rauber ſoll/ nach Vermög unſerer Vorfahren und unſer gemeiner Käiſerlichen Rechten/ mit dem Schwert / oder wie an jedem Ort in dieſen Fällen mit guter Gewonheit herkommen iſt / doch am Leben geſtrafft werden.**

Nec quicquam refert (1) ſive ſemel tantummodò, ſive ſæpius prædator rapinam commiſerit, ſecus ac ſtatuit Matth. Stephani *in not. ad d. art. 126. Ordin. Crim.* Nam cauſam pœnæ in hoc delicti genere dat imprimis Securitas viæ publicæ, quæ ſarta & tecta à Principibus & Magiſtratibus debet conſervari, *L. 1. §. quies. ff. de offic. Præf. urb. L. 13. ff. de Offic. Præſid.* Semel ergo violatâ viæ publicæ Securitate, delictum perpetratum eſſe negari nequit, adeoque pœnam delicti locum ſibi vendicare nemini mirum

videri debet, *vid. Dn. Carpz. Pract. Crim. p. 2. q. 90. n. 22. & ſeqq.*

Quod ſi tamen graſſatores in via publica homines armis aggrediantur, eosque reſiſtentes animô ac propoſitô occidendi lethaliter vulnerent ac ſpolient, ſecundùm Juris rigorem ob attentatum latrocinii, pro qualitate facti & ratione circumſtantiarum, Rotâ puniri poſſe, tradit Idem *d. quæſt. n. 30.*

(2) Nihil intereſt ſive Nobilis ſive plebejus delictum rapinæ perpetraverit, per verba generalia, ein jeder boßhafftiger überwundener Rauber ꝛc. *Id. n. 39.*

Nec (3) rei quantitas & valor in conſiderationem venit; Sed par eademque pœna imponenda eſt Raptori rei minimæ, & prædatori rerum maximi pretii: Non enim in crimine Rapinæ tam noxa & damnum, per ablationem rei datum, quàm violatio Securitatis in via publica & provincia, quæ pacata & quieta eſſe debet, *d. L. 1. §. quies. ff. de offic. præf. urb. L. 13. de Offic. Præſid.* attenditur, *vid. Id. Dn. Carpzov. d. quæſt. numer. 42. & ſeqq. ubi num. 46. notabile habet præjudicium Scabin. Lipſ. cujus verba allata ita ſonant:* So mögte *I. B.* wegen ſolcher begangenen und bekandten Beraubung/ indem er einen Bettler auf der Straſſen etliche Pfenninge/ und ein Glöcklein abgenommen / mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft/ und auf ein Rad gelegt und geflochten werden. U. R. W.

(4) Non liberatur à pœna raptor, etiamſi pœnitentiâ ductus, antequam in carcerem conjiciatur,

ſiciatur, rem vi ablatam & raptam Domino reſtituat. Rapinæ enim delictum ſemel ab ipſo eſt conſummatum, & viæ publicæ Securitas violata, quæ per reſtitutionem ſpolii non redintegratur, & pœnitentia poſt delictum conſummatum tunc demum mitigat pœnam, quando res in integrum ſtatum poſt conſummationem reſtituitur, quod hîc fieri nequit, *Idem Dn. Carpzov. dict. loc. num. 55. & ſeqq. Confer Dn. Roth. in Diſp. Inaug. de pœnit. & volunt. mut. cap. 25. num. 4.*

(5) Si plures commiſerint hocce delictum Rapinæ vel Robbariæ omnes capite plectendi, etiamſi quidam manus ipſi non admoveant, neque res è manibus viatorum auferant, modò in Robbariam conſentiant, in ipſo actu Rapinæ opem præſtent, & viatores aggrediantur, verbis aut minis terrorem incutiendo, ac præveniendo ne effugere poſſint, aut, ſi effugiant, res relinquere cogantur, & poſtea de Rapina participent, *vid. Id. Dn. Carpz. d. quæſt. n. 34. & n. 62. & ſeqq.*

(3) Competit Rei Vindicatio, quæ eſt actio realis, quâ Dominus adversùs poſſeſſorem rei corporalis contendit, ut ipſe Dominus declaretur, & conſequenter res cum omni causâ reſtituatur, *L. 9. L. 23. princ. ff. de R. V.* Vel eſt actio realis, quâ rem noſtram corporalem, quæ ab alio poſſidetur, vel detinetur officio Judicis, nobis reſtitui petimus, *L. 68. de R. V. L. 25. in pr. de O. & A. §. 1. Inſt. de Act.*

Et datur hæc Actio contra prædonem ſeu raptorem, ſive adhuc poſſideat rem ablatam,

ſive

ſive non, iſtô caſu directè, hoc verò utiliter, licet rem non ampliùs poſſideat vel detineat; ſed forſtean vendiderit, ut ſolent ejusmodi nebulones, quoniam ex interpretatione Juris pro poſſeſſore habetur, qui ante litem conteſtatam dolo deſiit poſſidere, *L. 27. §. 3. de R. V. add. L. 52. ff. eod.* Sed quid, ſi prædator rem vendiderit, alter iſtam bonâ fide emerit, & rurſus ante interpellationem Domini in alium transtulerit, habebitne Dominus contra poſteriorem huncce venditorem rei vindicationem? Negamus, quia rei vindicatio directè tantummodo competit contra poſſeſſorem, vel utiliter contra eum, qui dolo deſiit poſſidere, *L. 36. pr. ff. de rei vind.* talis autem emtor-venditor nec poſſidet, nec dolo deſiit poſſidere. Ex æquitate tamen actionem in factum, quâ ad id ſolùm tenetur ejusmodi venditor, quod ex iſta venditione lucratus eſt, ſeu quod ultra pretium, quod ipſe exſolvit, conſecutus eſt, dari non inficias ibimus, *arg. d. L. 52. de R. V. L. 32. de reb. cred. L. 206. de R. J. c. locupletavi. 48. de R. J. in 6. add. L. 18. quod met. cauſ.* maximè, ſi Dominus nec à Raptore, ob ejus *e. g.* inopiam, nec à poſſeſſore, ob rei fortè interitum, rem, aut æſtimationem ejus, conſequi poſſit, *vid. Dn. D. Struv. in Syntagm. Jur. Excerc. 11. th. 13. B. Dn. Carpzov. prax. crim. p. 2. q. 87. num. 71.*

Actor autem ex parte ſui Dominium, ex parte verò Rei poſſeſſionem, uti allegat in libello, ita etiam in proceſſu, ſi obtinere velit, probare debet, *d. L. 9. de R. V. L. ult. C. eod. L. un. C. de*

C. de alien. Jud. mut. cauſ. quâ de Dominii probatione vid. B. Dn. Carpzov. *1. Reſp. 76. 77.*

Venit in hoc judicium non ſolùm ipſa res principalis, ſed & omne id, quod propter rem petitam poſſeſſor habet, *vid. L. 20. ff. de R. V.* & ſi deterior ſit facta, ejus quoque rationem Judex habere debet, *vid. L. non ſolùm. 13. & ſeqq. d. t.*

Quamvis etiam aliàs malæ fidei poſſeſſor in ipſam rem factas impenſas neceſſarias deducat, *L. domum 5. C. d. t. L. 38. de petit. hered.* h. e. oppoſitâ doli mali exceptione rem tamdiu retineat, donec de impenſis ei ſatisfiat, *L. 48. d. t. de R. V.* aliud tamen obtinet in furibus, raptoribus, & violentis invaſoribus, *L. 1. C. de inf. expoſ. L. 13. de condict. furt.* Horum enim mala fides ſingulariter vitioſa eſt, *arg. §. 2. Inſt. de uſucap.* & quotidie contrectationem repetere videntur, *L. 67. §. 2. de furt. L. fin. de condict. furt. Dn. Struv. d. Exerc. 11. th. 31.* Is tamen, qui bonâ fide rem à Raptore accepit, neceſſarias & utiles impenſas deducit, is verò, qui quidem ab initio b. f. rem tenuit, poſtea tamen, eam eſſe alienam, ſcire cœpit, vel etiam, qui rem furtivam ſeu raptam ſciens emit, neceſſarias quidem etiam, uti dictum, deducit, utiles verò tollit, *§. 31. Inſt. de R. D. & d. L. 5. C. de R. V.* voluptarias tantùm tollit, uterque & b. f. & malæ f. poſſeſſor, ſi modò recipiant ſeparationem, ac ſine detrimento rei auferri queant, *L. 38. de R. V.* niſi probari poſſit, & ipſum Dominum tales voluptuarias impenſas facturum fuiſſe, vel rem eſſe promercalem: tunc enim & iſtæ deduci à poſſeſſore queunt, *arg. L. 10. de impenſ. in rem dot. fact.*

d. L. 38.

d. L. 38. de R. V. vid. Dn. Struv. d. l. & θ. 32. & ſeqq.

Pretium, quod pro re evictâ numeravit Reus, à Domino repetere non poteſt, licet illam rem b. f. comparaverit, *L. 2. C. de furt.* & quamvis in foro publicè emerit. *Vid. Dn. Franzk. 2. Reſ. 9. n. 100.*

Actioni hactenus explicatæ non parùm obſtat quorundam locorum Conſuetudo, quæ bona abrepta, apud Raptores comprehenſos inventa, fiſco adjudicat, aut ſpoliatos ad paciſcendum ſuper iis compellit. Verùm iniquiſſima eſt hæcce conſuetudo, & planè irrationabilis: Quid enim peccavit ſpoliatus, ut tantam pœnam luere debeat? Eſtne hoc ſuum cuique tribuere, quod exigit Juſtitia? Nonne potiùs eſt calamitati addere calamitatem, aut afflictioni afflictionem? quod fieri non debet, *per text. in L. 14. ff. de Offic. præſid. L. 28. C. de Epiſc. aud. c. 4. §. fin. extra de Jud. vid. Cic. de Offic. lib. 3. ubi pulchrè hanc in rem: Alteri,* inquit, *aliquid detrahere & ſuum augere commodum cum alterius incommodo, magis eſt contra naturam, quàm ipſa mors, dolor, & paupertas. Nam primò tollit convictum humanum & ſocietatem communem; Nam ſi ita ſumus affecti; ut propter ſuum quisq; emolumentum violet aut ſpoliet alterum, diſrumpi neceſſe eſt eam, quæ maximè ſecundùm naturam eſt, humani generis ſocietatem:* Meritò ergo non valet, *per can. 3. diſt. 8.* ſed Jure ſublata eſt; Malè enim adinventæ, maleq; conſuetudines neque ex longo tempore, neque longa conſuetudine confirmantur, *Nov. 134. c. 1.*

134.c.1. *add.L.39.de Legib. vid.* R.A. zu Augſpurg *de Anno* 1559. §.55. *qui ita habet:* Und nachdem an etlichen Orten / Obrigkeiten und Gebieten/ ſolche Mißbräuch und Gewonheiten in Ubung ſeynd/ nemlich da etwan die Räuber und Beſchädiger niedergeworffen werden/ daß deſſelbigen Orts Obrigkeit/ Amtleut/ oder Befehlshaber das abgeraubt oder geſtohlen Gut / als verwürckt / confiſciren und ihnen zueignen / oder aber die Beſchädigten dahin bewegen / ſich darum mit ihnen zu vertragen. Wann nun ſolche Mißbräuch und unleidenliche Gewonheiten dem Rechten widerig / ſo haben Wir / auf der Churfürſten / Fürſten / und Stände / auch der Abweſenden Räthe / Geſandten / und Bottſchafften Uns eröffnet Bedencken / ſolche Mißbräuch und unrechtmäſſige Gewonheit / als den Beſchädigten hochbeſchwerlich / gänglich aufgehaben / thun das auch hiemit aus Käiſerlicher Macht und Vollkommenheit / in Krafft dieſer Unſer Käiſerl. Conſtitution / und wollen / daß dieſelbige Mißbräuch / auch den Rechten widerwertige Gewonheiten / den Beraubten / Beſchädigten oder Beſtohlenen hinfüro mehr ohne Nachtheil ſeyn / ſondern das jenige / ſo entwendt / mit Gewalt abgedrungen oder geſtohlen / und bey den Thätern / ſo / wie oblautet / niedergeworffen / befunden / oder aber ſonſt noch gänglich / oder zum Theil unter Handen / ihnen ohne Entgelt wieder zugeſtellt werden ſoll. *Add. Ord. Crim. art.* 219.

Non abſimilis huic Conſuetudini eſt iſta, quæ naufragorum bona fiſco addicit, uti in Anglia, Gallia, Regno Neapolitano, & Sicilia, &c. obſervatur, non majorem ergò habet rationem ac æquitatem; ſed verè barbarus & omnis rationis expers eſt mos, quô de eleganter Bodinus *lib. 1. de Rep. cap. 10.* Barbarum, *inquit*, id quidem & antiquis inuſitatum, ut cujus opes ac fortunæ naufragio miſerè perierint, & quem noſtris opibus ſublevare debeamus, ejus reliquias, quas ad litus ejectas bonâ fide reſtitui oportebat, diripi patiamur. Sic tamen vivitur, ut qui portus habent, eam crudelitatem tum in cives, tum in peregrinos exſequantur: Jus quæris? error Jus facit: at ſi non peccatur errore, ſed ſcientiâ, ſcelus eſt, quod erroris ſpecie prætenditur. *Hæc ille. Conf. Hug. Grot. lib. 2. de J. B. & P. c. 7. n. 1. ubi præter meritum reprehendit Bodinum, quaſi hunc morem d. l. defenderit.*

Nullo igitur Jure ſcripto, ut prior, admittitur hæc conſuetudo; ſed potiùs expreſsè prohibetur in Auth. Navigia, C. de furt. & L. 1. C. de Navifrag. Conſt. Crim. art. 218. & contra utramq; in Camera Mandata ſine Clauſulâ decernuntur. *Vid. Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 3. n. 91. & ſeqq. Gail. lib. 1. Obſ. 18. Dn. Strauch. de Imp. Mar. n. ult. Dn. Cramer. in Diſp. Inaugur. de Navi & Navigat. Claſſ. 3. θ. 17. Quirin. Kubach. cent. 1. Dec. 7. quæſt. 4. Dan. Fleſch. in Diſp. Inaugur. Theſ. miſcell. exhib. Heidelbergæ Anno 1655. habitâ θ. 1.*

Jure Canon. quoque proſpicitur de prædatis, remedio nim. ex Can. redintegrandâ. 3. q. 1.

q.1. & c. ſæpe. 18. extra de reſtit. ſpol. quod perpetuò competit, aliis ad 30. aliis ad 100. annos id extendentibus, *vid. Bicc. in Aur. ſect. 3. th. 177. lit. TT. & quæ ſuprà cap. 7. de hoc remedio Juris Can. diximus.*

Si contra Dominum Territorii vel Juris Conducendi, den Land- und Gleits-Herrn quis agere velit, habebit Condictionem ex Lege, quæ datur, quando ex L. Civili immediatè naſcitur obligatio, cujus in Lege non eſt data aliqua actio, *L. un. de Condict. ex L.*

Hæc Condictio hauritur ex alleg. Receſſ. Auguſt de An. 1559. §. Damit dann die Obrigkeit. *ibi:* Setzen / ordnen und wollen Wir / wofern von Churfürſten / Fürſten und Ständen / oder einiger Obrigkeit / die ſey wer ſie wolle / jemand Geleit gegeben / und der jenige darüber / auf derſelbigen Churfürſten / Fürſten / Stände / oder Obrigkeit Gleit-Straſſen thätlich ergriffen und beſchädigt / daß der Stand / ſo ſolch Geleit gegeben / nach Geſtalt ſolches Geleits / dem Beſchädigten ſeines Schadens Erſtattung zu thun ſchuldig ſeyn ſolle.

Actio autem hæcce competit, etiamſi vectigal pedagium, aut pretium pro Salvo Conductu nec petitum, nec ſolutum, vel Salvus Conductus nec petitus, vel denegatus fuerit: Ad officium enim Principis pertinet etiam absq; teſſerâ publicæ Securitatis, ſive Salvo Conductu, & penſitatione aliquâ iſtius nomine ſolutâ vel ſolvendâ, Provinciam ſuam purgare malis hominibus, & diſpoſitos milites ſtationarios habere, ad tuendam popularium quietem & ad refe-

U ren-

rendum ſibi, quod ubique agitur, *L. 1. §. cura carnis. ff. de Offic. Praeſ. Urb. L. 3. L. congruit. 13. ff. de Offic. Praeſid. R. I. Aug. de An. 1555. §.* **Nachdem aber ein jeder Churfürſt.** videntur obſtare verba d. Rec. Imp. **Wofern von Churfürſten / Fürſten und Ständen / oder einiger Obrigkeit / ꝛc. jemand Geleit gegeben / ꝛc.** Ex quibus Dn. Carpz. *Pract. Crim. p. 2. Quaeſt. 9. n. 61.* concludit, quòd eo ſolùm caſu Dominus teneatur, quô Salvum dedit Conductum, extra quem nulli ſpoliato ad damnum reſarciendum ſit obligatus; cùm dictio **Wofern** conditionem certam arguat. *Vid. Beſold. Theſ. Pract. lit. S. n. 8.* Quicquid verò ſub conditione diſponatur, ſub contraria conditione pro non diſpoſito haberi, *L. quibus. 40. §. 2. L. aliquando. 107. de condit. & demonſtr. L. 7. in pr. ff. de contrah. emt. L. 8. §. ſi ignorantes. & §. ſeq. ff. mand.* idcirco non datô à Domino Territorii Salvô Conductu, viatoribus damnum reſarcire Dominum non teneri. Verùm Reſp. verba allegata non tollere dictam Officii neceſſitatem, ſed potiùs præſupponere: Hôc ipsô enim, dum Princeps peregrinantibus inſontibus permittit tranſire Territorium, Securitatem, quam poteſt pleniſſimam, ex Officii iſtâ neceſſitate, promittere cenſetur, & quamprimùm quis ingreditur Territorium alicujus Principis, fidei ac tutelæ iſtius ſe ſuaq; committit, Principis autem ſub fide & autoritate aliquem decipi nefas eſt, *L. 1. §. ſed & qui. C. de Lat. libert. toll. L. 1. C. de his, qui ven. ætat. impetr. L. fin. C. de omni agr. deſ. lib. 11.* hinc Securitatem illi præſtare tenetur, ſin autem non præſtiterit, illeq;

illeq; damnum paſſus fuerit, ad iſtud reſarciendum meritò obligabitur. Nec obeſt, quod Dn. Carpzov. *d. l. n. 62.* regerit : Nullâ aliàs Lege, Conſtitutione, aut Edicto conſtitutam legi aut comprobatam obligationem aliquam in Principem aliúmve Dominum, in cujus Territorio Prædones iter facientibus aliquid per vim abſtulerunt, ad damnum illud eis reſarciendum, ideòque nec ſine Lege hoc affirmandum eſſe, *L.5. in pr. ff. de probat. L. illam. 19. C. de collat.* Reſp. enim licèt nulla exſtet Lex, vel Conſtitutio, quæ expreſsè hocce ſtatuat, tamen Leges ſuprà allegatæ, *nim. L. 1. §. 12. ff. de Præf. Urbi. & L. 13. de Offic. Præſid.* implicitè id continent : Si enim bonus Princeps, qui verè & omnium ſuffragio tale nomen & elogium gerere cupit, obligatur Provinciam ſuam purgare malis hominibus, utique ſi id non fecerit, & ob id quis damnum paſſus fuerit, ſummâ æquitate ad iſtud reſarciendum tenebitur. Reponit Carpzov. curare quidem teneri cujusq; terræ Magiſtratum, ut malis hominibus Territorium purgetur, *per dd. texx.* Exinde tamen haudquaquam reſtitutionem Rapinæ evinci poſſe, ſi cura illa fuerit neglecta. Sciendum verò allegatas Leges tacitam hancce ſub ſe comprehendere conditionem.

Urget porrò Carpzovius : Domino Territorii, quamvis ex culpa & quaſi delicto teneatur, ſi non curet, ut per limitaneos & ſtationarios milites quietum ſit & pacatum Territorium, *arg. L. ſi quis abſens. §. ſi Judex litem. & ſeqq. ff. de obl. & act. L. un. C. de lit. & itin. cuſt.* nullam

Legibus certam eſſe definitam pœnam, adeòque arbitrariam locum habere, *per L.1. §.1. verſ. quibus nulla ſpecialis pœna. ff. de effract. L.4. ff. de cuſt. reor.* non damni reſtitutionem. Verùm Reſp. Diſtinguendum eſſe inter levem aliquam negligentiam, & inter illam, quæ cum ſummo damno publicæ utilitatis eſt conjuncta, utpote hæc; ſi Viæ Regiæ latronibus non purgentur. Publica ſiquidem utilitas flagitat ſine metu & periculo per itinera commeari, *L.1. §. ſumma. ff. de his, qui effud. & dejec.* Aliàs enim libera commercia & negotiationes (quæ ſunt nervus Reipubl. ſine quibus conſiſtere nequit, *L.5. §.3. de Jur. immunit.*) impediuntur; Nam ſi via conſueta non ſit tuta, quis quæſò tum cum tanto periculo mercaturam exercere, & ſe ſuamque ſalutem in diſcrimen dare vellet. Deinde Regalia competunt ad tuendam Dignitatem & Salutem Reip. ad Salutem autem Reip. etiam ſpectat, ut Securitas Viarum publicarum præſtetur. Si enim Domini, Civitates, Caſtra, loca ſua indefenſa dimitterent, nihil certè aliud perpetrarent, quàm ut latrunculis & prædatoribus omnia devaſtanda exponerent. *Sixtin. de Regal. lib.2. c.2. num.38. & ſeq. Maul. de Jure Conduc. tit.7. n.6. in fin.* Licèt igitur hîc nulla certa definita Carpzovio videatur pœna, non tamen aliam minorem, quàm damni reſtitutionem locum habere arbitramur. Quicunque enim ſuâ culpâ damni occaſionem præſtat, ipſum damnum feciſſe videtur & ad reſarciendum tenetur. *L.30. §.3. ff. ad L. Aquil.* Cùm is, qui non impedit principia & media, dicatur permittere

finem,

finem, *L.1. §.1. ff. de mort. infer.* Dominus autem Territorii vel Juris Conducendi, der Lands- oder Geleits-Herr / ſi non facit Officium & vias publicas reddit tutas atque ſecuras, damni, quod ob hoc infertur peregrinantibus, dat occaſionem. Ergo meritò ejusdem refuſio ipſi incumbit. Hinc ratione Officii tenetur etiam in leviſſima culpa & ad exactiſſimam ac ſummam diligentiam eſt adſtrictus, ipſiq; probatio diligentiæ & quidem ſummæ incumbit, *per ea, quæ allegat Maul. d. t. 7. num. 7. & 8.* Neque hanc ſententiam moratur, quod is, qui culpam vel negligentiam allegat, eam probare debeat: Id enim non procedit in eo, qui ratione officii ad cuſtodiam tenetur: Nam is à caſu culpam abeſſe probare debet, *Gl. & Dd. in L. cum ita legatur. §. ſpecies. de Legat. 2. text. expreſſ. in L. non eſt neceſſe. ff. de probat.* Statim enim ac quid ſalvum non eſt, tenetur is, qui Securitatem ſuſcipit, niſi doceat & probet cauſas, quibus ſe liberet, *Gl. in L. 4. §. ſi quis curator. in verb. revolvitur. ff. rem pup. ſalv. for. Idem Maul. d. tit. 7. num. 9. & ſeq.* Nec excuſatur Dominus, aut à damni præſtatione liberatur, ſi obtendat negligentiam & culpam Officialium; quia etiamſi Domini neſciant, à quo damnum datum ſit; tamen cùm Officialium & ſubditorum negligentia de Domini voluntate facta præſumatur, & ex malitia familiarum præſumi dicatur contra Dominos, ex culpa negligentiaq; Officialium tenentur ad damnum præſtandum. *Sixtin. de Regal. d. lib. 2. c. 2. n. 36. ubi ex Mynſing. cent. 5. Obſ. 70. n. 6. & 7. addit: Quod Domini Territo-*

rii in hujuſmodi caſu non de alieno; ſed potiùs proprio delicto, id eſt, ex propria negligentia & culpa puniri dicantur.

Veram autem eſſe dictam Concluſionem de damno reſarciendo, modò periculum Dominus præſciviſſet, & prohibere deprædationem potuiſſet, nec tamen prohibuerit, ſtatuunt Autores apud Bernhard. Grevæum *lib. 2. Pract. Concluſ. 64. n. 3.* Contrarium tamen, quod nimirum Concluſio obtineat, ſive Dominus periculi ſciens ſit, ſive non, æquiùs eſſe expreſſim aſſerit Matth. Coler. *de proceſſ. Execut. p. 1. c. 2. num. 297.* Pugnantibus hisce ſententiis hancce Conciliationem propinat idem Grevæus *d. Concluſ. 64. n. 5.* Ut priorum ſententia procedat in habentibus merum & mixtum Imperium, non tamen Jura recipiendi vectigalia, pedagia, &c. Poſteriorum autem in habentibus ejusmodi Jura vectigalium, pedagiorum, &c. Verum enimverò licèt non ignoremus rarò & difficulter damni fieri reſtitutionem, niſi quando Domino peculiariter ſolvitur pecunia quædam, quam Gleitgeld vocant, quæ inprimis tempore Nundinarum alicubi locorum exigi ſolet, conciliationem tamen hanc ſubſiſtere de Jure poſſe valdè dubitamus, cùm Dominum, etiamſi ignorans ſit, nec etiam prohibere poſſit Robariam ſeu deprædationem, vel aliâ de causâ ſit impeditus, indiſtinctè ſive jura recipiendi vectigalia, ſive pedagia, habeat, ſive non, de damno peregrinantibus illato teneri nobis perſuaſum habeamus: Nam ſumma & exactiſſima hic requiritur diligentia, quam ſi Magiſtratus ſeu Dominus Juris

Con-

Conducendi, debitô modô, indagando ſcil. & perſequendo ejusmodi viarum publicarum infeſtatores, adhibet, haud difficulter periculum deprædationis, & ne numerus horum nebulonum nimium excreſcat, prævidere & præcavere poterit, cùm aliàs boni Principis ſit malo ingruenti potiùs in tempore occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere. *Conſ. Maul. d. tit. 7. n. 2. & 3.*

Si tamen iter facientes vectigal ſeu pedagium ſolvant, multò magis ad damni refuſionem Dominus obligatur. Si enim ad id tenetur ex Officii neceſſitate, quanto magis id obtinebit, ſi peregrinantes Securitatis conſequendæ ratione aliquid pendunt & perſolvunt. Nam ex perceptione pedagii videtur percipiens præter Jus commune tacitè ſe adſtringere, quòd intra fines, is, qui vectigal ſolvit, ſecurus ac tutus eſſe debeat, *L. nauta. ff. naut. caup. ſtabul. Maul. d. l. n. 4. & ſeq.*

Objicit Carpzov. *d. quæſt. 91. n. 65.* in dicto noſtro argumento nullam eſſe conſequentiam; licet enim Domini Provinciarum ab iter facientibus vectigalia capiant, inde tamen absque Lege inferendum non eſſe eos ob id viciſſim obligatos eſſe ad reponendam ipſis rapinam, à prædonibus factam, cùm jus exigendi vectigalia Principibus, Comitibus, aliisq; Magiſtratibus tributum ſit, vel ad anguſtiarum ſolatium, *L. 10. C. de vectigal. L. 1. C. vectigalia nov. inſtit. non poſſe.* vel ad compenſanda diſpendia, quæ pro publicis neceſſitatibus tolerant; & quia onera ſentiunt publica, hoc viciſſim commo-

dum in uſum publicum habeant. *L. ult. C. de vectigal.* Verùm pace tanti Viri putamus pedagia præcipuè hanc ob cauſam dari, ut Viæ accommodentur, & loca illa, ubi ea exiguntur, reddantur tuta & ab omnibus damnis & latronibus ſecura; Et cum vectigalium primarius finis ſit Reip. ſalus, ut nim. tam pacis quàm belli tempore res & perſonæ civium in tuto eſſe poſſint, R. A. zu Nürnberg *de Anno 1524.* §. Und erſtlich: Nachdem Uns. *verb.* zu Erhaltung Friedens und Rechtens/ ꝛc. talis autem finis obtineri nequeat, niſi tutò quoque per itinera commeari liceat, quis quæſo negabit recipientem vectigalia ad ea ſecura reddenda malisq; hominibus purganda tantò magis obligari, quantò minus incommodum ſentit, ac ille, qui ejusmodi emolumento deſtituitur, & nihilominus hocce onus ex Officii neceſſitate ſubire tenetur, uti ſuprà demonſtravimus. *Videſis Dn. Myler de Principp. & Statib. Imp. c. 64. n. 1. & 2. Dn. Strauch. de Imp. mar. cap. 7. num. 1. & 5. Dn. Georg. Tob.* Oelhafen *à* Schölnbach *in Diſſ. Inaugur. de Jure vectigal. Θ. 166. & ſeqq.*

Dicta autem noſtra aſſertio & concluſio de damno reſarciendo limitatur, ut non procedat, (1) quando viatores à ſolita via deflectunt & inſolitis utuntur, *L. 2. L. 5. C. de curſ. publ. L. 1. §. 2. ff. de his, qui effud. vel dejec. Roſenth. de feud. c. 5. concl. 22. Gail. d. Obſ. 64. num. 11. Coler. de Proceſſ. Executiv. d. p. 1. c. 2. n. 297.* Cùm enim Salvus Conductus ſoleat præſtari in via publica, auf offentlicher Land- und Heer-Straſſen / habent quod ſibi imputent aliam viam quærentes, *L. damnum.*

damnum. ff. de R. J. niſi ipſamet via ſolita prædationibus eſſet infeſta, quare aliâ viâ jam itinerantibus eſſet incedendum per obliqua loca. Cùm enim tunc nihil reſideat culpæ in transeunte, quare periculum inſtans evitet, non ſibi detrimento erit incidiſſe in Scyllam, evitata Charybdi; ipſa enim Provincia malis hominibus debet eſſe purgata, *d. L. 3. L. 13. ff. de Offic. Præſidis. Bernh. Grevæus d. Concluſ. 64. num. 13. & ſeqq. ubi addit num. 16. Judicis tamen partes eſſe cunctas circumſtantias ſagaci ſtudio rimari, abſolutam enim in hoc vix dari poſſe deciſionem.* Aliud tamen obtinet, ſi relictâ viâ regiâ per aliam Salvum Conductum mercatores petierint: Nam tunc extra publicam & ordinariam viam, illum præſtare non tenebitur, *Dn. Fritſch. de R. V. P. J. cap. 12. num. 26.* periculum enim tunc in ſe ſuſcipit Dominus Conducens.

(2) Non procedit, ſi quis nocturno & inſolito tempore iter fecerit, *L. 1. §. 18. ff de SCto Silan. & Claud. arg. L. 2. §. 4. C. de Offic. Præf. Prat. Afric.*

(3) Si Provincia ob guerram publicam ita repleta ſit militibus, ut Territorii Dominus eorum excurſionibus reſiſtere non valeat, adeò quidem, ut ne incolæ ab eorum deprædationibus liberi exſiſtant, modò ejusmodi excurſionibus non dederit cauſam. Nam extra cauſam delicti eſt, qui non prohibet deprædationem, cùm eam prohibere non poſſit, *L. 109. L. 50 ff. de R. J.* adque impoſſibilia nemo obligatur, *L. 185. d. t. Dn. Myler. d. tr. c. 59. n. 7. Grevæus d. concl.*

 64. n. 5.

64.n.5. Wurmſer. Exerc.6.q.22. Dn. Fritſch. d.c. 12.n.22.& ſeqq.

(4) Si viator legitimum vectigal defraudaverit, *Græv. d. concl. 64. n.6. & 19.* Omnes enim ii, qui Securitate in viis aut portubus publicis gaudere volunt, ad ſolvendum legitimè inſtitutum ſive acquiſitum vectigal promti eſſe debent, *per L.2. in fin. C. de annon. L. 1. C. de navicul.* alioquin merces in commiſſum cadunt, ſie ſeind verwürckt und verfahren/ *L. fin. §. quoties. 3. ff. de public. Dn. Myler. d. tr. c. 64. num.8.* nec liberatur defraudator, licet poſtea vectigal ſolvere paratus ſit, *L. fraudati. 8 L. commiſſa. 14. ff. de publican. Sixtin. d. lib.2. de Regalib. c.6. n. 163. Rumelin. in A.B. p. 2. Diſſert. 8. concluſ. 26.* Sed quid, ſi nauta vel auriga ſuâ culpâ, vel negligentia non ſolvat vectigal, num ideò Dominus mercium pœnam commiſſi ſuſtinebit, vel ſi deprædatus fuerit in via publica , vel flumine nullam habebit actionem contra Dominum vectigalis & Juris Conducendi ? Videtur negandum *per L. cùm in plures. §. vehiculum. ff. locati: ubi dicitur, quod pro curru vel rheda auriga, pro mercibus verò Dominus vectigal præſtare teneatur: facit etiam textus in L. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarii. ff. de uſufruct.* ad plurimum quidem mercatores cum aurigis, ut vectigalia & pedagia ſolvant, convenire, ſed cavere ſibi debere , cùm res ipſorum à confiſcatione eo ipſo non fiant liberæ, ſi forſan aurigæ vectigal ſolvere neglexerint; Cùm pactum mercatoris Dominum telonii non liget, *per L. ſi tibi. 17. §. ſi pactus. L. ſi unus. §. pacta. verſ. ante omnia. ff. de pact. L. cohære-*

hæredibus. C. *fam. herciſc. L. non debet. ff. de R. J. ex Joh. Köppen. q. 50. n. 22. & 23.* tradit Sixtin. *d. l. n. 165.* affirmativa tamen videtur verior, *per L. fraudati. 8. §. 1. L. cotem. 11. §. Dominus. ff. de publican. L. ult. §. 11. ff. d. t. L. fin. ff. ad SCt. Syllan. Dn. Myler. d. c. 64. num. 10. Ruland. p. 4. de Commiſſ. lib. 2. cap. 5. num. 50. Stephan. de Juriſdict. lib. 2. p. 1. c. 7. m. 1. n. 159. Wurmſer. d. Exerc. 6. quæſt. 18.*

(5) Non tenebitur Dominus Territorii ad damni reſtitutionem, ſi delinquentem vivum exhibeat, *L. cum ſi exhibuiſſet. 3. ff. de publican. L. un. §. 5. ff. de furt. adv. naut. Dn. Myler. d. c. 59. n. 11.* modò iſte ſit ſolvendo, ſi autem talis non ſit, Dominus in ſubſidium tenebitur, *per t. t. ff. de Magiſtr. conven. Maul. d. tit. 7. numer. 18.* quod tamen non placet laudato Dn. Mylero *d. loc.* propter regulam: Qui non habet in ære, luat in corpore.

Ut autem actio iſta de damno reſarciendo locum habeat, iſtud legitimè probetur neceſſe eſt: An verò juramento, vel aliis legitimis probationibus id fieri debeat? quæſtionis eſt: Priùs affirmat Dn. Carpzov. *d. quæſt. 91. n. 97.* Gail. *d. Obſerv. 64. num. 7. & ſeqq.* licet enim in ſpolio intereſſe & damnum juramento probetur, *L. 2. L. in actionibus. ff. de in lit. jur. L. ſi quando. C. unde vi. ubi Dd.* hoc tamen non procedere putant, ſi non agatur contra delinquentem, ſed contra alium, qui non deliquit dolo, ſed tantùm in culpa eſt, ſicut Dominus Territorii, qui ratione cuſtodiæ, ut itinera tuta teneat, tantùm ex quaſi delicto tenetur ob culpam, quòd ratione

Rega-

Regalium & Officii Territorium ſuum malis hominibus non purgaverit. Poſterius aſſerit Dn. Fabric. *in Gail. enucleat. ad d. Obſ. 64. ſect. 2. præjudicium allegans ex Æn. Sylv. l. 4. ad Panorm. de geſt. Alph. n. 7. quod ſcil. Jacobus Marchio Badenſis deprædatis in ſuo Territorio & perpeſſa damna juramento probantibus, ex Fiſco tantum ſolverit, quantum ablatum.*

Quær. An Judæis transeuntibus cum literis Securitatis alicujus Tertii per Territorium Principis, quo habitare non poſſunt, offenſis, aut deprædatis, Dominus Territorii ad damnum reſarciendum teneatur? Negat Dn. Myler. *d. loc. num. 14.* ubi iſtos tanquam hoſtes jure offendi poſſe ſcribit, quoniam etiam ab illo Territorii Domino, cujus Territorium transeunt Securitatis literas obtinere teneantur, aliâs eorum bona tanquam hoſtium bona deprædari poſſe, *L. 6. C. de pagan. Conſ. Maul. tit. 4. n. 9. Dn. Fritſch. de R. V. P. J. cap. 8. num. 18. & de R. N. J. cap. 6. num. 9.*

In pleriſque Italiæ Provinciis, præcipuè autem in Regno Neapolitano ſingulari Statuto cautum eſt, ut incolæ ac terreni deprædatorum damna à latronibus perpeſſa de proprio reſarciant, quò habitatores in indagandis latronibus vigilantiores exiſtant, *vid. Dn. Myler. d. cap. 59. n. 8. ubi n. 9. addit optimâ ratione hocce niti ſtatutum: Incolas enim vicinos puniri tum ex cauſa, quò vigilantiores exiſtant; tum propter dolum aut culpam præſumtam; vix enim fieri poſſe, quin incolæ hosce prædones animadverterint, ideoq́ negligentem in capiendo dici ejus fauto-*

fautorem, *c. quanto. extr. de ſentent. excommunic.* Et in Germania ejusmodi ſtatuta paſſim obtinere teſtatur Dn. Fritſch. *d.c. 12. n. 30.*

Remedia hactenus enumerata non ſolùm competunt (1) ſi quis in itu offendatur; ſed & ſi hoc fiat in reditu: Cui enim Securitas adeundi certum locum conceſſa eſt, eidem & redeundi Securitas conceſſa intelligitur, *L. 5. ff. de ſepulchr. viol.* Non enim ſecurè venit, qui non poteſt ſecurè redire, *L. 8. ff. ad SCt. Trebell. L. 4. ff. de pœn. Nov. Conſt. Friderici & Filii ejus Henrici. §. Nobis autem intrantibus.* (2) Si quis pro ſuo tantùm corpore Securitatem ſeu Salvum Conductum nactus ſit, & injuriâ aliquâ afficiantur ſervi vel famuli ejus. Licèt enim conceſſio Securitatis adversùs mentem Principis nunquam debeat extendi, nec quis ejus pro ſe impetratæ etiam alios, qui ſunt in eodem comitatu aut ejusdem conditionis aut profeſſionis participes facere, niſi eorum nomina in petitione fuerint expreſſa & Securitas generaliter conceſſa. Quoniam ſe plures poſſent conjungere, qui eâ de causâ pro ſociis non ſunt habendi: aliud tamen obtinet in familia, ſiquidem Salvus Conductus alicui conceſſus, etiam pro hâc conceſſus cenſetur, licèt neque in petitione, nec conceſſione eorum aliqua facta ſit mentio, *arg. §. 2. Inſt. de uſu & habit.* Hinc etiam, ſi aliquis Securitatem acceperit pro ſe unà cum 10. equis & totidem perſonis, ipſe autem domi permaneat, atque uxorem ſuam cum illis mittat, non magis offendi poteſt uxor ac ipſe maritus; tuta

enim

enim eſt uxor ſub illâ Securitate marito conceſſa.

Nullum ex dictis remediis qui Securitate ejusmodi abutitur, denn wer deß Gleits will genieſſen/ muß ſich gleitlich halten/ut dicunt noſtri. Hinc ſi Capitaneo permiſſus tranſitus per aliquem Comitatum aliúdve Territorium, is debet ire per viam rectam, non per prata & vineas, ne fructus lædantur aut devaſtentur agri, alioqui poteſt capi ſalvâ fide Salvi Conductus. Nam illa conceſſio tranſitus civiliter, humanè & modeſtè debet intelligi, *Dn. Diether. in ulter. Addit. ad Theſ. Pract. Beſold. voc.* Gleit.

CAPUT IX.

De Affinibus Juris Conducendi.

AGendum nunc Nobis de Affinibus Juris Conducendi.

Affinis eſt noſtro Conductui, quô de hactenus diximus, (1) Salvus Conductus, quem Criminalem vocant, quique nihil aliud eſt, quàm Præſidium, quod à Magiſtratu datur illis, qui ob delictum in loco Judicii ipſi comparere verentur. Vel: Eſt cautio, qua ei, qui ad judicium citatus venire veretur, à Magiſtratu Securitas contra injuſtam offenſionem promittitur.

Dicitur *Cautio.* In genere Cautio nihil eſt aliud, quàm aſſecuratio, quâ aliquem ſecurum

rum de eo reddimus, quod à nobis petiit, & cujus intereſſe in illâ re verſatur. Sunt autem cautionum aliæ privatæ, aliæ publicæ. Illæ ſunt, quæ dantur à privato; hæ, quæ vel à Magiſtratu, vel à Lege præſtantur. Et inter has refertur Salvus Conductus.

Verba definitionis : *à Magiſtratu &c.* Cauſam efficientem Salvi Conductûs deſignant. Licèt enim indiſtinctè Salvum Conductum concedere ſit ſolius Principis, ſeu Imperatoris, dare tamen abſenti contra violentiam de facto, eſt Judicis. Cautio enim hæc eſt pars meri Imperii, ſive Criminalis Jurisdictionis : Aſt hodiè quicquid eſt Meri Imperii, id Magiſtratui competit, cùm Merum Imperium hodiè Jure Magiſtratûs obtingat, *Treutler. Vol. 1. Diſp. 3. th. 4. lit. e.* Et ſi Magiſtratus Merum habens Imperium, ſeu Jurisdictionem Altam , non prohibetur in cauſis criminalibus ferre ſententiam, quæ contra abſentem jure communi pronunciari non poteſt, ſicuti nec delinquens in loco haud tuto comparere cogitur, *c. accedens. §. mandamus. extr. ut lit. non conteſt.* Cur ipſi non etiam erit licitum Reo, ut ſui faciat copiam , ne proceſſus judicii criminalis impediatur, concedere Salvum Conductum. Nec obſt. L. 4. in fin. L. 31. §. 1. ff. de pœn. Ex quibus textibus quis concludere poſſet, Jus concedendi Salvum Conductum ad ſolum Imperatorem, non ad inferiorem ſpectare. Loquuntur enim textus de remiſſione & indulgentia Criminis, quam ſolum Imperatorem de jure Civili largiri poſſe, facilè concedimus. *Conf.*

Dn.

Dn. Carpzov. in Prax. Crim. p. 3. q. 112. num. 21. & ſeqq.

Verba: *Ei, qui ad judicium citatus, venire veretur &c.* Salvi Conductûs denotant objectum, quod conſtituunt perſonæ ſecuritatis indigæ. Quando igitur hi, qui ob delictum commiſſum corio ſuo metuunt, in loco Judicii, iſtum minùs tutum exiſtimantes, comparere, etiam citati, non audent, ſed latitant, ita, ut eorum copia haberi nequeat, certè iis, ne cauſa maneat planè indiscuſſa, nec Reo defenſionis, ſi quam habet, ſubtrahatur facultas, (quæ nec diffamato de aliquo crimine, nec etiam Bannito pro facienda ſuâ exculpatione, quam tamen hic per procuratorem facere debet, *Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 11. num. 10.* denegari debet, quoniam facilior nonnunquam accuſatio quàm delati criminis probatio, è contrario defenſio juris naturalis eſt) Salvus Conductus erit concedendus. Utilitatis enim publicæ intereſt, ut delictorum veritas eluceſcat, ne innocentes condemnentur, *L. 33. §. 2. ff. de procurat.* Aſt quomodo veritas meliùs inveniri poteſt, quàm præſente Reo, cùm in crimine inveſtigando præſentia perſonæ multum habeat momenti, ad hoc ut Judex ex vultu, aſpectu, qualitate perſonæ, conſtantia, trepidatione, ex oculorum ſermonisque judicio, delinquentis conſcientiam obſervare poſſit, *L. 10. §. 5. ff. de quæſt.* unde illud vulgatum Poëtæ:

Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu,

(*Ovid. 3. Metamorph.*) ſermonem namque vultus, geſtus, vox ipſa moderatur, juxta Plinium

lib. 5.

lib. 5. Ep. 5. Conf. Anton. Teſſaur. Deciſ. 24. num. 4. & 19. Gail. lib. 1. de P. P. c. 10. numer. 3. Quis autem quæſò jubebit Reum venire ſine Salvo Conductu, adeoque ad locum non tutum, ubi vel carcerem, vel aliam injuriam perſonalem habet exhorreſcere.

Nec obſtat huic ſententiæ de concedendo Salvo Conductu (1) hæc ratio: Aut notorium eſt Reum delictum commiſiſſe, aut non eſt notorium. Si illud, locum non invenit Salvus Conductus, *vid. Coler. de Proc. execut. p. 4. c. 1. n. 186.* cùm Reus nullas habeat excuſationes, nec innocentiam quandam obtendere poſſit. Sin hoc; Reus quasvis etiam falſas, imò falſiſſimas conquiret rationes declinandi judicium criminale (cùm vitâ homini nihil ſit optabilius) adeoque Judex anſam dabit delictum delicto cumulandi, quod fieri non debet. Reſp. enim, hanc rationem parum ſtringere; Nam ſi Judex Excuſationes Reorum falſas vereri vellet, ne captum quidem examinare deberet, quod ſanè abſurdum.

Nec obſtat (2) Quòd Reus, ſi ipſi hæc Securitas non tantùm ſecurè ad locum judicii veniendi; ſed etiam tutò inde recedendi concedatur, cauſæ diffidens facillimè poſſit aufugere pœnamque condignam evitare, ac judicium criminale ſic eludere. Reſp. enim, prudentem judicem hîc facilè præcavere poſſe.

Nec obſtat (3) Quòd ne quidem verè innocentibus ſuamque defenſionem facilè deducere valentibus neceſſarius videatur Salvus Conductus, quoniam pro innocentibus Legis & Imperii militet præſidium, quod pacem & ſecu-

ritatem omnibus promittit, *c. 1. princ. verſ. Si quis hominem. de pac. tenend. & ej. violat. 2. F. 27.* ut igitur ſupervacuo hoc remedio utendum non ſit, *arg. L. 14. §. 1. ut legat. nom. cav.* Nam Reſp. Licèt hoc verum ſit, quoniam tamen inſpectio illa, an nocens vel innocens quis ſit, ad litis finem, qui prout ſeſe oſtenderit, Reum excipiet, rejici debet, & inſuper Judices ſæpenumerò uni quàm alteri parti ſunt æquiores, ideò cautela hæc ſuperabundans non nocet, *L. teſtamentum. C. de teſtam. c. accepimus. extr. de fid. inſtrum.*

Nec obſtat (4) quod vulgò dici ſolet, quamlibet Citationem, etiamſi non habeat annexam clauſulam publicæ fidei & ſecuritatis, ejus eſſe effectûs, ut quaſi in dorſo ſecum ferat Salvum Conductum, (daß eine jede Citation trage einen Salvum Conductum auf dem Rücken) Utut enim concedamus hoc verum eſſe, in tantum, ut Reus nullam partis læſæ metuere debeat violentiam, id tamen in totum admittere non poſſumus ad hoc, ut Judici citatum deprehendenti ſontem, facultatem eum captivandi ſalvâ veritate & juſtitiâ denegemus. Nemini igitur (*ſunt verba Matth. Coler. de Proceſſ. execut. d. cap. 1. n. 194.*) autor eſſe velim, quod nudæ Citationi fidat, cùm fragilis ſit ipſa ſpes & ſæpe fallat. Qui enim confidit nudæ jus dicentis Citationi abſque expreſſæ ſecuritatis promiſſione, exſpectet, quòd carceretur, & poſtea ex carcere reſpondeat. *Hæc ille.*

Nec habet, quod conqueratur hoc caſu citatus, ſibi namque imputet, quòd locum ipſemet non

non fecerit tutum, petendo videlicet Cautionem Securitatis, antequam accederet ad locum Citationis. Nam obligatus aliquid facere intra certum tempus, ſcire debet poſt temporis lapſum hoc ſibi denegatum eſſe, *L. 18. ff. de accuſat. L. 35. ibiq; Gl ff. ad L. Jul. de adult. L. 7. C. de his, qui accuſ. non poſſ. Dn. Carpz. d. q. 112. n. 15. Coler. d. l.*

Ex dictis facilis eſt reſponſio ad quæſtionem, quam nonnulli movent Dd. An ſcil. incarcerato etiam Salvus Conductus concedi debeat? Nam ſi ſolummodò abſenti & latitanti citato tribuendus venit, certè incarcerato & præſenti regulariter dari haud convenit, nec is relaxari debet, etiamſi daret mille fidejuſſores, uti loquitur Hippol. de Marſil. *in Pract. Crim. §. penult. n. 1.* Nam ſi Reus ſub fidejuſſore relaxatus aufugiens eluderet judicium, pœnæ corporali per fidejuſſorem ſatisfieri non poſſet, cùm hic ad talem pœnam ſe obligare nequeat, & obligatus tanquam nulliter obligatus conveniri non poſſit: niſi (1) delictum ſit leve, pro quô non pœna corporalis, ſed vel pecuniaria, vel carceris, aut relegationis imponi ſolet. Vel (2) Reus gravi morbo decumberet, vel Rea eſſet vicina partui, & ratio ſanitatis Rei in carcere haberi non poſſit. Vel (3) Judex ex actis inquiſitionalibus videat Reum eſſe inſontem: Tunc enim Judex, ſi ipſi videbitur, poterit Reum ſub fidejuſſoribus relaxare, *vid. Dn. Carpzov. d. quæſt. 112. numer. 42. & multis ſeqq. Dn. Brunnem. de Proceſſ. inquiſit. cap. 8. membr. 6. num. 20. ubi tamen ſequentia addit: Sed nolim autor eſſe Judici, ut ſine conſilio Sa-*

pientum Reum relaxet ſub fidejuſſoribus ; ſed tutiſſimè aget , ſi peritiores ſuper hoc puncto conſulat.

Cætera definitionis verba: *Securitas contra injuſtam offenſionem promittitur*, innuunt (1) Formam Salvi Conductus, quæ in ſecuritatis promiſſione conſiſtit: Quemadmodum autem hæc fit vel generaliter, vel ſpecialiter : ita Salvus Conductus diſtinguitur in generalem & ſpecialem. Illum dicunt, quando Judex, absque præſtitâ Cautione , Reo citato tribuit ſecuritatem ad judicium veniendi & inde recedendi, das gemeine ſichere Gleit vor den Gerichten jedesmals ſicher ab- und zuzuziehen/ Dn. Carpzov. *d.q.112.n.4.* Hunc vocant, quando Reo, præſtitâ priùs ab ipſo Cautione , ſub publico ſigillo Judicii plena tribuitur ſecuritas, ut per totum tempus litis durantis, ipſi in loco Judicii apud & inter ſuos commorari, & deliberare cum amicis & cognatis ſuis ſuper defenſione ſuæ innocentiæ liceat , Dn. Carpzov. *d. quæſt. n. 20. & ſeq.* Differentia igitur formalis inter Salvum Conductum generalem & ſpecialem eſt cautio à Reo præſtita. Hæc enim in illo (in gemeinem ſicher Gleit) non præſtatur , ideoque nec dum plenam Securitatem commorandi Reus habet.

(2) Ex dictis verbis colligitur finis & effectus Salvi Conductûs. Finis hujus eſt vel intermedius, vel ultimus. Iſte eſt Securitas: Ad hoc enim conceditur Salvus Conductus, ut Reus citatus ſecuritatem habeat adversùs injuſtam offenſionem , & ob hanc ad judicium venire non ampliùs vereatur. Hic eſt delictorum coërcitio.

Nam

Nam ſi Reus ob delictum latitet, vel in fuga perſeveret, ita ut copia ejus (licèt Magiſtratus omnibus modis laborârit ac officiales ſuos cum literis patentibus incarcerationis (mit offenen Steckbrieffen) quò delinquens capiatur, ablegaverit) haberi nequeat, & metuendum ſit, ne Reus longiùs recedat, rectè conceditur Salvus Conductus, ut Reus hâc ſecuritate fretus in Judicio compareat, isque poſtmodùm, ſi confeſſus aut convictus fuerit, pœnâ condignâ affici poſſit: Satius enim eſt Securitatem concedere Reo nocenti, quàm punitionem & coërcitionem criminis planè intermittere. *vid. Dn. Carpz. d. q. 112. n. 34. & ſeqq. Dn. Brunnem. d. m. 6. n. 19.*

Effectus Salvi Conductûs, ut ex dictis jam apparet, eſt ſecuritas ab incarceratione ac omni vi injuſta. Loca enim Tribunalium pro Sanctis habentur, inque iis quilibet ab omni hominum injuria jure defendi debet, quod extenditur non ſolùm ad locum ipſum Tribunalis; ſed etiam ad omnes pagos, oppida, ſemitas, & oras, quæ ad locum judicii tendunt, cùm non dicatur eſſe ſecurus, qui locum quidem Tribunalis tutum habet, niſi etiam in aliis locis, per quæ ipſi tranſeundum eſt, tutus præſtetur, donec redeat ad locum ſuæ præſentis habitationis, *Matth. Coler. d. cap. 1. n. 173.* Hinc etiamſi in formula Salvi Conductûs expreſsè non ſit cautum, quòd citatus ſecurè etiam poſſit ex loco Judicii recedere, tacitè tamen hoc actum videtur. Licèt enim hîc intercedere videatur pactum quoddam, pacta autem ſint ſtricti juris, & quod palàm verbis non exprimitur, omiſſum eſſe intelligatur, *L. quic-*

quid adſtringendæ. 99. ff. de V. O. in Securitatis tamen Cautione magis eſt habenda ratio bonæ fidei, quàm in aliis pactis, cùm ſecuritates nihil aliud ſint, quàm verba datæ fidei, in quibus non ſolùm conſideranda eſt forma verborum; ſed & bona fides & mens tàm concedentis, quàm recipientis, qui videntur idem ſentire, quod ſentiunt homines prudentes & boni viri. Ex quibus omnibus apparet Cautionem Securitatis non eſſe tam ſtrictæ interpretationis, ut non inducat omnia ea, quæ ſunt vel de connexis (cujusmodi eſt reditus ſub Salvo Conductu venientis in Judicium, quia non dicitur ſecurè venire, qui non poteſt ſecurè redire) vel ſine quibus actus, ad quem Securitas conceſſa eſt, commodè expediri non poteſt. Unde ſemper ea aſſumenda eſt interpretatio, per quam efficitur, ut Securitatis conceſſio non ſit inanis, vel plus afferat incommodi, maximè ſi facta ſit à Principe, cùm in promiſſionibus Principum exuberantior bona fides requiratur, *Modeſt. Piſtor. Vol. 2. Conſil. 49. n. 53. & ſeqq.*

Cæterùm quamvis non videatur carere periculo, qui ſe fragili committit Cautioni, vel Securitati, quæ in parva membrana vel papiro continetur; metum tamen & diffidentiam tollit (1) autoritas Legis, quæ facit aſſecuratum vacare ab omni timore. (2) Vis & efficacia obligationis, quæ contracta neutiquam violari debet, *L. 5. C. de Obl. & Act.* (3) Splendor & autoritas Magiſtratûs, cujus vox inſtar Oraculi eſſe debet, unam habens linguam, *juxta Arnold. Clapmar. de Arcan. Rerump. lib. 5. c. 8. vid. Dn. Carpzov. dict. q. 112.*

q. 112. n. 72. & ſeqq. Sanctè igitur ſervanda eſt promiſſa Securitas, quia in ſpeciem contractûs tranſiit, ex quo etiam Princeps efficaciter obligatur, *arg. L. 1. de pact. L. 1. de conſt. pec. L. 3. C. de Legib. L. 6. ff. de J. & J. L. 5. C. de locat. prad. civil. lib. XI. L. fin. C. de quadr. præſcript. L. 15. ff. de public. L. 1. §. 1. L. ſeq. de Offic. Proconſ. Treutler. d. Vol. 1. Diſp. 5. θ. 6. lit. d.* Deinde dati Salvi Conductûs obligatio oritur ex triplici virtute, Veritatis nimirum, Fidelitatis, & Juſtitiæ. Veritas ad hoc obligat, ut non fictè, ſed ſincerè promittas, ne mendax ſis: Fidelitas, ut promiſſa opere adimpleas, ne fias perfidus: Juſtitia, ut alteri tribuas jus ſuum ex conventione quæſitum, ne injuſtus, ſeu injurioſus ſis, *vid. Becan. Jeſuit. in Manual. Controv. lib. 5. c. 15.* Hinc nec hæretico, nec hoſti data fides eſt frangenda, quicquid etiam quoad illum impium Concilii Conſtantienſis ſtatuat Decretum, nullam eſſe fidem, dicens, quæ infideli data eſt. Nam quâ conſcientiâ fidem ſemel datam etiam hæretico aut hoſti frangere licebit? Cùm nunquam liceat mentiri, nunquam perfidum eſſe, nunquam alterius jus violare, ſeu injuriam facere. Et ſanè ſi ſemel concederes, hæc ideò licitè fieri, quia hæretico mentiris, hæretico perfidus es, hæretico injuriam facis, quidni conſequenter concedas, licere tibi hæreticum occidere, furto res ejus auferre, odio eum proſequi? quæ omnia abſurda ſunt, & divinæ Legi repugnantia, *Id. Becan. d. loc.* & quidem eò graviora videntur in Magiſtratu, ob perſonæ officiique ſublimitatem, quæ perfidiâ tanquam vitio in ipſam Rempubl. peccante

commaculari non debet : Nam juxta Poëtam:

Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe
Crimen habet, quantò major, qui peccat, habetur.

Hinc licèt quemvis hominem, tamen quò quis in majori fortunâ & altiori dignitate conſtitutus fuerit, eò ſanctiùs fidem, tanquam rem ſacratiſſimam & inviolabilem ſervare decebit, *Reinhold. Condit. in tract. de Fide Polit. c. 5. p. m. 15. Conſ. Cagnol. ad L. ea eſt natura cavillationis. ff. de R. J. n. 19. Coler. d. cap. 1. n. 186. & ſeqq. Dn. Val. Alberti Prof. Lipſ. in Diſput. prior. de fid. haret. ſerv.* Nec obſtat huic ſententiæ (1) quòd licitum ſit delinquentes & facinoroſos dolis & cavillationibus fallere, *L. 1. §. non fuit. ff. de dol. L. 25. ff. de capt. & poſtl. rev.* Diſtingu. enim inter dolum & perfidiam; illô licet uti adverſùs facinoroſos, quando Securitas nondum promiſſa, nec Salvus Conductus conceſſus eſt, hâc verò minimè uti licet, poſtquam Securitas eſt promiſſa, *c. noli. cauſ. 23. q. 1.* Nec obſtat (2) Novell. 17. c. 7. Reſp. enim, hunc textum non loqui de Salvò Conductu; ſed de tempore 30. dierum, quod illis, qui ob controverſiam ad Eccleſiam confugerunt, tanquam ad aſylum, priusquam extrahantur, dari ſolet: hoc non debet indulgeri homicidis, adulteris, & virginum raptoribus, ut infra latiùs patebit. Limitatur dicta ſententia de ſervando Salvo Conductu, ut non procedat, (1) ſi ab Inferiore Judice conceſſus ſit notoriè criminoſis, hunc enim Judex Superior ſervare non tenetur, *per L. 4. in fin. ff. de pæn.* hinc Coler. *d. cap. 1.*

cap.1.n.173. conſulit Citato, ut ſi Judex citans ſit inferior, potiùs à ſuperiore literas Salvi Conductus petat. Idem expedit facere, ſi ipſi forteàn per alienum transeundum ſit Territorium, tunc enim tutiùs erit, ab eo, qui utroque ſit Superior, petere Salvum Conductum, ne fortè alter iſte, ad inſtantiam partis læſæ, ipſi communicet literas incarcerationis (Steckbrieff) literæque Securitatis hoc modo eludantur. *Conf. Dn. Carpzov. d. quæſt. 112. n. 55. & ſeqq.* (2) Si inconſultò & ſine cauſæ cognitione Salvi Conductus Cautio expoſita fuiſſet, *Coler. d. c. 1. n. 191.* (3) Si ipſe Reus offendat adverſarium ſuum & ſic ratione ſui Securitatem violet, *arg. L. 41. C. de transact. Dn. Carpzov. d. q. 112. n. 54.* idem eſt, ſi aliàs de novo delinquat. Salvus enim Conductus non eſt trahendus ad delicta futura & perpetranda; ſed ſi is, cui Securitas ejusmodi eſt cōceſſa, deliquerit, poteſt hujus delicti nomine prehendi & in carcerem conjici, adeò ut nec quoad delicta antiqua ſervari debeat, *Farinac. Prax. Crim. lib. 1. tit. 4. quæſt. 29. n. 58. & ſeq.* (4) Si tempus Salvo Conductui præfinitum præterlapſum; ſolet enim quandoque Securitas ad certum tempus reſtringi, *v. g.* tres menſes. (5) Si Salvus Conductus indeterminatè conceſſus; tunc enim reſtringitur ſolùm ad primum diem juridicum, quô finitô nihil obſtat, ſi diutiùs in loco Judicii hæſerit aſſecuratus, aut alio tempore absque renovatione Salvi Conductus redierit, quin carceribus includi reus poſſit, iſte namque non extenditur de tempore ad tempus. Neque tamen ita rigidus & ſeverus Cato jus dicens eſſe

debet, ut ob modicum intervallum temporis,intra quod pro ſua & ſuorum, quos ſecum adduxit, alimentatione in diverſorio vel alibi commoratur, ſtatim procedat ad compedes, cùm tempus in dubio relinquatur arbitrio Judicis tanquam boni viri, *arg. L. vir bonus. 18. ff. judic. ſolvi. Coler. d. cap. 1. n. 199.* (6) Si conditio, ſub quâ datus erat Salvus Conductus, deficiat, aut non adimpleatur. (7) Si Reus, non fidens Salvo Conductui, per literas fortè narrationem facti transmittat, quia non eſt ſervandus Salvus Conductus ei, qui ipſe promiſſa non præſtat, *Farinac. dict. quæſt. 29. numer. 65.* (8) Si Reus delictum ſpontè ſit confeſſus, & quidem purè, *Dn. Carpzov. dict. quæſt. 112. numer. 82.* Nam ſi confiteatur quidem delictum, ſed circumſtantiam quandam aut qualitatem allegat, quæ probata ipſum ſaltem à pœnâ ordinariâ ſi non omni liberaret, uti Salvus Conductus petenti concedendus, ita conceſſus ſervandus erit, *vid. Dn. Carpzov. dict. quæſt. 112. num. 34. & ſeqq.* (9) Si per ſententiam Reo vel tortura vel pœna corporalis dictitetur. Sicut enim is, qui fiduciam innocentiæ gerit adversùs omnem calumniam, maximam habet ſecuritatem, *L. 10. C. de his, quib. ut indign.* Sic è contrario non impedit Securitas ſimpliciter data, quin Reus confeſſus, aut convictus, in carcerem recipi, & meritis conſideratis pro fortunâ ſuâ condemnari punirique poſſit, *arg. L. 5. de cuſtod. & exhib. reor. L. 51. §. 2. ad L. Aquil.* conceſſus enim Salvus Conductus eſt tacitè conditionatus, ut ſcilicet tamdiu (non ulteriùs)

Reo

Reo proſit, donec de crimine ſit convictus & Judex ſententiam tulerit, quòd Reus vel pœnâ capitali, vel aliâ corporis afflictivâ affici, vel tormentis ſubjici debeat, eaque ſententia fuerit publicata. (Bis ſo lang etwas Peinliches wider ihn erkannt.) Ergo abſolutus & illimitatus effectus inde ſequi non poteſt; limitata ſiquidem cauſa limitatum producit effectum, *L. 27. §. 1. §. 4. in fin. §. 7. §. 8. ff. de pact. L. 1. in fin. de loc. publ. fruend. L. 16. de A. R. D.* & voluntas limitata extra limites non eſt extendenda, *L. 1. §. 6. ibiq. Dd. ff. de itin. actuq. priv.* nec Salvus Conductus eò pertinet, ut aſſecuratus nullo jure offendi poſſit; ſed ne ab aliquo injuſtè offendatur: non autem injuſtè offenditur, qui pœnis promeritis à Magiſtratu ſubjicitur: & aliud eſt Securitas, aliud verò delicti impunitas; ſecuritate conceſsâ impunitas nequaquam conceſsa intelligitur, nec is, qui petit Salvum Conductum, ſceleri ſuo patrocinium; ſed propter metum injuriæ & contra hunc præſidium quærit, quod tunc meritò ceſſat, cùm Reus de crimine eſt convictus; Nullam enim hoc caſu metuere ampliùs poteſt injuriam, cùm Jus & Juſtitia ipſi adminiſtretur, quæ omninò exigit, ut delicta condignæ ſequantur pœnæ, *d. L. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil.* ne ad malitiam temerè quisquam proſiliat, *L. 14. C. de pœn.* nam facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi, *can. 33. in fin. cauſ. 23. quæſt. 4.* multisque aliis peccandi feneſtram aperit, *can. 2. in fin. cauſ. 35. q. 9. Nov. 17. c. 6. Conf. Dn. Joh. Plocius in Diſp. quad. de*

Salvo

Salvo Conductu Heidelbergæ Anno 1655. habit. à §. *18. usq; ad* §. *23.*

Diximus ſuprà, Reo, præſtitâ priùs ab ipſo Cautione, plenam quandoque tribui Securitatem, Quær. igitur: Qualis nam Cautio ab ipſo præſtanda ſit? Et Reſp. Judicio ſiſti Cautionem ab ipſo exigi, & quidem datis fidejuſſoribus, vel pignoribus, aut depoſitione pecuniæ in Judicio. Primo caſu, ſi Reus poſtea ſceleris fuerit condemnatus, requiritur à fidejuſſoribus eum exhiberi, ut pœna executioni mandari, ac delinquenti ſupplicium promeritum irrogari poſſit: Si autem Judici delinquentem non præſentent, à pœna corporali vel ultimo ſupplicio, quô Reus afficiendus eſſet, immunes quidem ſunt; pro arbitrio tamen Judicis mulcta pecuniaria ipſis imponi poteſt. Fidejuſſores enim ad pœnam tantùm pecuniariam, non corporalem ſeſe poſſunt obligare, *L. 4. ff. de cuſtod. & exhib. reor.* Quin etſi hoc fecerint, corporaliter tamen puniri nequeunt, *Coler. de Proc. Execut. p. 2. c. 3. num. 51. Hippol. de Marſil. in pract. crim.* §. *& quia. n. 29. & ſeq. &* §. *attingam. penult. num. 2.* quum pœnæ ſuos perſequi debeant autores, *L. ſancimus. 22. C. de pœn.* & nemo membrorum ſuorum ſit dominus, *L. 13. ff. ad L. Aquil. junct. L. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſent. mort. ſibi conſciv. C. ſi non licet. Cauſ. 13. q. 5. Dn. Carpz. d. quæſt. 112. num. 92. & multis ſeqq. ubi plures ad hanc rem pertinentes tractat quæſtiones. Ploc. d. Diſp.* §. *25.*

Nobis adhuc una enucleanda venit Quæſtio: An ſcil. offendens eum, qui Salvum Conductum

ductum à Magiſtratu habet, incidat in crimen læſæ Majeſtatis, gladiiq́; pœnâ coërceri debeat? Affirm. nonnulli *per L.1. in pr. ibi: Vel adverſus ſecuritatem ejus committitur. ff. ad L. Jul. Majeſt.* cùm nullam injuſtam vim timere debeat is, cui Securitas à publico data eſt, *Angel. in L. utimur. n.7. ff. de Sepulchr. viol.* Verùm enimverò per vocabulum Securitatis *in d. text.* minùs rectè intelligi fidem publicam, quæ Salvus Conductus vocatur; ſed potiùs tranquillitatem & pacem, cuilibet rectè eum inſpicienti facilè conſtabit. Nam offendens publicâ fide tutum non lædit Majeſtatem Principis, à quo Magiſtratus inferior merum imperium indeq́ue etiam jus concedendi ejusmodi Salvum Conductum habet, omniaq́; quæ ejus nomine agit, autoritate Principis ſeu Superioris agere cenſetur; ſed ſolummodò voluntati & mandato Principis debitam non exhibet obedientiam. Hanc igitur ob cauſam læſæ Majeſtatis Reus non eſt, aliàs omnes, qui Legum aut mandatorum Principum tranſilirent terminos, ſtatim læſæ Majeſtatis redderentur Rei, quod ſanè abſonum eſſet dicere. Si tamen Securitas hæcce immediatè ab eo, qui in his terris non recognoſcit ſuperiorem, fuerit conceſſa, aut quis adeò ſit perfrictæ frontis, ut hoc habeat propoſitum, publicam fidem violare in contemtum Principis, eôque animo, ut Principi injuria inferatur, admittere poſſumus, violantem crimen læſæ Majeſtatis incurrere, quamvis nec hoc caſu gladii pœnam locum habere, cum Dn. Carpzov. *d. quæſt. 112. num. 26. & 76.* Colero *d. p. 4. c. 1. num. 191.* conceda-

cedamus. cùm & deportatione, quandoq; etiam Relegatione crimen læſæ Majeſtatis puniatur. *L. 40. junct. L. 24. ff. de pœn.*

(II.) Juri Conducendi affine eſt Jus Protectionis (Schutz- und Schirms-Gerechtigkeit) quod ſecundùm Martin. Magerum *de Advocat. arm. c. 4. num. 22.* eſt Jus in clientelam ſuſceptos (ſive Eccleſiaſticos, ſive Laicos) eorumq; bona, contra vim & injuriam, de jure & facto, defendendi, ſub annuo plerumque honorario Jure conſtitutum aliisq; modis introductum.

Dicitur (1) *Jus defendendi,* non imperandi: Conſiſtit enim hoc Jus in defenſione, non Jurisdictione, quam non tribuit Protectio, *c. recepimus 8. c. ex parte tua. 13. extra de privileg.* Et ideò Clientes (Schirms-Verwandte) non efficiuntur ſubditi; ſed in tutelam ac protectionem recepti manent ſub Jurisdictione ordinariâ & ſui Magiſtratus, huicque in omnibus, ut antea, parere debent; hinc Noſtri dicunt: Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit / entzeucht auch dem rechten Erbherrn an ſeinen Rechten nicht das geringſte / *Thom. Maul. de Homag. tit. 11. n. 10. Reincking. de R. S. & E. lib. 1. claſſ. 5. c. 4. n. 27. Wurmſer. Exerc. Jur. publ. quæſt. 12.* quin potiùs evidens ſignum Jurisdictionis & Superioritatis non competentis eſt Protectio, ſi peculiaribus pactis impetretur, uti ex Nattæ Conſ. 636. n. 1. & Sixtin. Conſ. 8. n. 45. vol. 3. refert Klock. *de Contribut. c. 1. n. 274.* ubi *num. ſeq.* ex Gail. *lib. 2. Obſ. 54. num. 7.* addit, quòd etiamſi Ipſe Imp. aliquem in Clientelam ſuam peculiariter recipiat, & de hâc re Privilegium largiatur (daß er / ſeine Kinder und

Gût-

Güter in der Käiſerl. Majeſt. ꝛc. und deß H. Reichs Schutz und Schirm ſeyn ſollen) tamen mediatæ Jurisdictioni Ordinariæ inferioris Magiſtratus, cui alioqui hujusmodi perſonæ & bona ſubjecta ſunt, non derogetur, nec præjudicium ullum adferatur. *Idem tradit Sixtin. de Regal. lib. 2. c.14. n. 105. & ſeq. vid. Capit. Auguſtiſſ. Imper. Leopold. art. 3. rationem reddit allegatus Reinking. d. c. 4. n. 28.* Quia ſub Protectione & Commendatione eſſe, non ſit ſub Jurisdictione eſſe, ſed ſub defenſione facti ab injuriis & violentiis. Imò Imperialem cumprimis ſolertiam decet, ita totius & univerſi curam gerere, ut Imperii utilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorum ſtatus illæſus conſervetur, *c. 1. de prohib. Feud. alien. per Frider. Fernand. Vaſqu. Controv. Illuſtr. lib. 2. c. 51. num. 72.*

Dicitur (2) Jus defendendi *jure conſtitutum aliisq́ modis introductum.* Quibus verbis reſpicitur ad originem hujus Juris. Præterquam enim, quòd mos ille, quo tenuiores, ut à vi Potentiorum ſint tuti, in fidem & clientelam recipiuntur, ab ipſis naturalibus defenſionum Principiis derivatur, *uti ex Celeberrimi Dn. Bæcler. Diſſert. de Cliente latiùs deducit Dn. Burgoldenſ. ad Inſtrum. Pac. p. 2. Diſc. 16. n. 1.* Jus hoc Advocatus habet, vel ab ipſa lege Canonéve, ſicut (1) Imp. Eccleſiæ Advocatus ac Defenſor eſt legitimus , der H. Chriſtlichen Kirchen rechter Vogt/ Schutz- und Schirm-Herr. *Rec. Imp. Aug. de Anno 1518.* §. Erſtlich. 1. add. Capit. Leopold. *art. 1.* Carpzov. *de Lege Reg. Germ. c. 2. ſect. 1. & ſeqq.* (2) Ii, qui ex cauſa fundationis, ſtructuræ

ræ ſeu refectionis, dotationisq; congruæ Eccleſiarum Jus Patronatus conſecuti ſunt, præter Jus præſentandi, quod habent Canonici, earum Protectores contra quosvis oppreſſores ſunt & eſſe debent, *c. filiis. c. decernimus. cauſ. 16. quæſt. 7. vid. Dn. Gothofred. de Jehna in diſp. quad. de Jure Patronatus. p. 7. n. 8. Reinking. de R. S. & E. lib. 3. Cl. 1. c. 9. n. 54.* Vel (2) ex conventione oritur hoc Jus, quando Eccleſia, Princeps, Comes, Civitas, vel alia Univerſitas Superiorem recognoſcens, propriamq; rerum ſuarum adminiſtrationem habens, ſe unà cum ſubjectis, & omnibus bonis (mit allen ihren Städten/ Dörffern/ Schlöſſern/ Gütern/ und Unterthanen) ſubjicit, committit, ac commendat, certô ſtipendiô, ſalvâ priſtinâ poteſtate, Jurisdictione, Libertate, & priore Domino. Vel (3) conſtituitur præſcriptione, *arg. L. 2. C. de ſervit. & aq.* Eſt enim quaſi ſervitus, & cum notiſſima Germaniæ Conſuetudine obſervetur, ut ad heredes transeat, inter ſervitutes reales refertur, & quidem, quoniam ſine facto hominis exerceri non poteſt, eſt quaſi ſervitus discontinua adeoque ad præſcriptionem requirit tempus immemoriale, niſi præſcribens habeat titulum ab aliquo Tertio: hoc enim caſu ſufficit tempus ordinarium & legitimum 10. annor. inter præſentes, & 20. inter abſentes, etiam nullâ interveniente ſcientiâ & patientiâ adverſarii, contra quem præſcribitur, *L. ult. verſ. fin. C. de præſcript. long. temp. L. ſi ego. §. 1. ff. de public. in rem act. Maul. de Homag. tit. 11. n. 3. ibiq; allegati.* (4) Aliquando Urbes, vel etiam Provinciæ minùs potentes, prote-

protectioni Potentiorum ſe committentes, illud Jus Defenſionis, ſive Advocatiæ, defenſoribus, ſive Advocatis ſuis in Feudum concedebant, *Dn. Struv in Syntag. Jur. Feud. cap. 4. aph. 20. n. 1.* Sic Pagum Welʒheim Præ-Illuſtres Domini de Limpurg (qui Anno 1335. cum omnibus pertinentiis eum tanquam rem allodialem à Dnn. de Hohen-Rechberg titulo emtionis adquiſiverunt) Anno 1480. propter Diffidationes, quæ tum temporis in Imperio erant frequentes, Illuſtriſſimo Comiti Eberhardo de Wirtemberg, ceu Potentiori, ut ejusdem eſſet Patronus & Advocatus, in feudum obtulerunt, illumq; hactenus ab Inclytâ hâc Ducali domo, hôc modô recognoverunt. Patrocinio ejusmodi utebantur quoque olim Eccleſiæ & Monaſteria; quorum tamen Advocati conſtituebantur duobus modis. (1) Imperator deputabat Eccleſiæ Advocatum eidemq; Jus Advocatiæ aliquando dabat in feudum. Sic Imper. Fridericus III. Nobile Collegium Combergenſe Anno 1485. in ſingularem & perpetuam protectionem Epiſcopatui Herbipolenſi conceſſit, à quo quilibet Senior ſeu natu maximus Dominus de Limpurg eandem in ſubfeudum, eoq; nomine certam quantitatem avenæ quotannis à dicto Collegio accipit. *Vid. Martin. Mager. d. tract. c. 8. n. 342. c. 9. n. 1039. & c. 14. n. 128. Dn. Oldenburg. in Limn. Enucleat. lib. 2. c. 18. p. m. 291.* (2) Ipſi Prælati Eccleſiarum Defenſores & Advocatos ſibi elegêre ac conſtituêre, & quandoque Jus ipſum Advocatiæ defenſoribus ſuis in feudum conceſsêre, quibus in recompenſationem operæ aliquando feu-

dum quoddam in re ad Eccleſiam pertinente conſtituebatur, *Dn. Struv, d. aph. num. 2. & 3. Conf. Webn. in Obſ. Pract. voc.* Vogtey. *Roſenth. de feud. c. 4. Concluſ. 14. num. 2.*

Dicitur (3) Jus defendendi *in Clientelam ſuſceptos Eccleſiaſticos vel Laicos, eorumq; bona.* Quibus verbis Subjectum occupans ſive Objectum hujus Juris indigitatur. Sunt quidem dictæ Perſonæ etiam cauſa efficiens Juris Protectionis, aliô tamen planè reſpectu. Dupliciter enim conſiderandum eſt dictum Jus: Vel ut conſtituendum, vel ut conſtitutum. Priori caſu perſonæ in Protectionem alicujus ſe dantes unà cum hoc cauſam efficientem illius conſtituunt. Poſteriori caſu, quia protectioni ſubſtant, hæcque ipſis eorumq; bonis applicatur, rectè dicuntur Objectum ejus. De his perſonis priori modo conſideratis ſciendum, Eccleſiam Principem, Comitem, Civitatem, aliámve Univerſitatem Superiorem etiam recognoſcentem, liberam tamen rerum ſuarum adminiſtrationem habentem, ſe, unà cum ſubditis & fortunis, tutelæ potentioris, confectis plerumque eâ ſuper re tabulis clientelaribus, committere ac commendare poſſe. Hujusmodi Advocati, ſi Eccleſiarum, aut Cœnobiorum, ſeu Monaſteriorum ſint, rurſus aut ſimplicem Advocatiam (& quidem ex conſtitutione Gregorii X. *in cap. 2. de Reb. Eccleſ. non alien. in 6.* non niſi cum conſenſu Pontificis ſpeciali quæſitam) Vogtey/ aut limitatam Caſten-Vogtey / ſumtô vocabulô Caſten / continente pro contento, reditibus ſcil. temporalibus, habere dicuntur. Sin Domini alicujus,

Uni-

Univerſitatisve ſecularis Patroni ſint, in ſpecie Schutz- und Schirm-Herren / quemadmodum ipſi Clientes, Schutz- und Schirms-Verwandte / appellantur, *tradente Bechtio de Salvo Conductu c. 10.* In Favorabilibus etiam nomine ſubditorum veniunt, hinc Clientibus æque ab ſubditis ſcribitur: Unſerm lieben Getreuen. *Gail. de Arreſt. Imp. c. 7. n. 13.*

Quær. hîc: (1) An ſubditi ſine conſenſu Superioris alterius protectioni ſe ſubjicere queant? Hoc regulariter negatur (1) per tex. A.B. *t. 15. & t. 16.* Rec. Imp. Spir. de Anno 1529. §. Wir auch Churfürſten / Fürſten / ꝛc. *10.* Rec. Imp. Ratisp. de Anno 1541. §. Und damit im H. Reich / ꝛc. *26.* Rec. Imp. Spir. de Anno 1544. §. Doch ſoll kein Stand / ꝛc. *83.* Rec. Imp. Aug. de Anno 1555. §. Es ſoll auch kein Stand / ꝛc. *23. Conf. Denais. in Jur. Cam. Tit. 211. §. 2. & tit. 210. §. 17.* (2) Quia nemo in alterum transferre poteſt, quod ipſe non habet, *per L. nemo plus. ff. de R. J.* Jam autem ad Curam & Officium Domini ſpectat, ut ipſemet ſubditos ſuos protegat atque tueatur. Omninò enim, ait Cicero *1. Offic.* qui Reip. præſunt, duo Platonis præcepta teneant: unum, ut Utilitatem ſubditorum ita tueantur, ut quidquid agant, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum; alterum, ut totum Reip. corpus ſic curent, ne, cùm partem aliquam tuentur, reliquas deſerant. Imò ideò gladius ipſis à Deo conceſſus eſt, ut pacis cuſtodes & hominum ſibi ſubjectorum defenſores exiſtant. *Vid. plurib. hac de re ag. Dn. Langermann. in Diſp. Inaugur. de Jur. auxilii*

Anno 1663. Heidelbergæ habita, ſect. 6. & ſeqq. (3) Quia hæc res tendit in præjudicium Superioris, ſeu veri Domini. Præterquam enim quod hujusmodi quid facere ſubditis non licet, *teſte Roland. à Valle conſ. 29. num. 6. & ſeq. vol. 1.* in ſpecie Protectionis Jus eſt plerumque Jurisdictionis initium, primusq; poſt Protectionem gradus invaſio, *qua de re latè Wehner. in Mecam. Rerumpubl. c. 18.* (4) Quia hoc vergeret in aliqualem injuriam & contumeliam Domini, quaſi is tantarum virium non ſit, quæ ad Sui Suorumque defenſionem ſufficere queant. *Dn. Carpzov. de Leg. Reg. Germ. c. 6. ſect. 5. num. 12.* (5) Quia ejusmodi Protectio ſubditos adverſus Dominum animare quodammodo & armare, adeòque audaciores reddere videtur, Protectionis nempe auxilio fretos, quod Paci & tranquillitati publicæ valdè eſt inimicum. Nos putamus probabili ex ratione in Potentioris alicujus protectionem ſeſe dare ſubditos poſſe, eosq; non ſemper adſtrictos eſſe, ad impetrandum ſuper hâc re Superioris conſenſum: inprimis ſi (1) rerum ſuarum liberam habeant adminiſtrationem. Vel (2) iſte Superior ob abſentiam, vel negligentiam tutari ſuos, aut non velit, aut non poſſit. Hisce enim caſibus ipſa neceſſitas (quæ nulli ſubjecta legi, *L. 5. de Offic. Proconſ. L. 7. §. 3. ff. quod vi aut clam*; ſed ipſa facit Legem, *c. remiſſionem. 1. q. 1.* ac nulla curat privilegia. R. A. zu Speyer *de An. 1542.* §. Und nemlich. 51. ſed facit recedere à jure, regulâ, & ab omni humanitate. *Surd. deciſ. 86. n. 8. Dn. Fritſch. de Jure neceſſit. ſect. 3. n. 2.*) hoc exigit, & præterea omnis

omnis ratio expediendæ ſalutis eſt honeſta, *Cic. pro Mil.* ſuiq; ipſius defenſionem omittere non ſolùm culpa; ſed dolus perhibetur. Vel (3) inferiores in univerſalis Protectoris & ſupremi Principis, id eſt, Imperatoris, Protectionem ſeſe ſubmittant. Hic enim jam ante generalem Protectionem in omnes habet, *uti patet ex Rec. Imp. Aug. de Anno 1530. §. Item* Wie Wir hievor. *62. ibi:* Und aber Uns als Röm. Käiſer gebührt Einſehens zu haben/ daß niemand das Seine mit Gewalt wider Recht vorgehalten. *Et §. præcedenti* weiter nach dem *6. ibi:* als einem Chriſtlichen Käiſer/ der Rechts niemand weigern ſolle/ ꝛc. Et ſæpe privatos ſubditos in ſpecialem recipere ſolet Protectionem, ſicuti de ſe teſtatur Wehner. *in Obſerv. pract. voc.* Schirm-Brieff. Vel (4) ex Privilegio vel Præſcriptione Jus eligendi Protectorem uſurpent, R. A. zu Augſpurg *de Anno 1555. §.* Es ſoll auch kein Stand. *23. ibi:* Soll hiemit denen jenigen / ſo hiebevor von Alters Schutz- und Schirm-Herrn anzunehmen gehabt/ hierdurch nichts benommen und dieſelbe nicht gemeint ſeyn. Cautiò autem & hiſce caſibus eſt adhibenda his, qui extranei Principis auxilio ultrò ſe munire & defendere ſatagunt, ut ita protectionis capitula moderentur & componant, ne quidquam poteſtati Domini proprii decedat, & ne ex illis occaſio ſubjectionis potiùs, quàm protectionis ſuboriatur. Calamitas namque ævi noſtri ſuggerit, multoties evenire, ut quos opis causâ evocavimus, metuamus; & exempla in promtu ſunt, ac Hiſtoriarum monumen-

numenta commonſtrant, plurimos ex Officio Protectionis tranſiiſſe in uſurpationem poteſtatis, & ut gradus fiat ad novum Principatum, ſæpe ſolere alterius ſubditorum protectionem ſuſcipi. *monente Klock. de contribut. c. 1. n. 200. & ſeq.* adde, quæ ſuprà *cap. 2.* ſcripſimus. *Plura de hâc quæſt. legere qui deſiderat, vid. Rumel. ad A. B. p. 2. Diſſ. 4. 8. 9. Maul. de Homag. d. tit. 11. n. 6. Reinck. de R. S. & E. d. c. 4. num. 34. & ſeqq. Wurmſer. d. Exerc. 8 quæſt. 11. Wehner. in Metam. Rerump. d. c. 18. p. m. 297. & ſeqq.*

Quær. 2. An Magiſtratus ordinarius ſubditos, qui Protectorem elegerunt, nihilominus defendere atque protegere teneatur? Affirm. Ita enim Joh. Jacob. de Waldhauſen *in tract. de defenſione Patriæ* oder Landsrettung *lib. 1. c. 1.* Daß einer jeden Obrigkeit / ſie ſeyen im Geiſtlichen oder Weltlichen Stand geſetzt / Defenſio ſui ſuorumq; ſubditorum, die Beſchützung ſeiner Unterthanen / nicht allein zuläſſig und Juris Divini & Naturalis ſeye / ſondern auch einer jeden Obrigkeit / welcher von GOtt Unterthanen zu regieren anvertrauet / und untergeben ſind / auferlegt und befohlen werde / ſolche zu ſchützen und zu ſchirmen. Et quemadmodum tutela inventa fuit, ad tuendum eum, qui propter ætatem ſe defendere nequit, *§. 1. Inſt. de tut.* ita & Dominatus ad tuendos eos, qui per ætatem, vel ſenium, vel morbum corporum, vel animorum, vel ſexum, vel aliam imbecillitatem, ſeſe adverſùs aliorum injurias, rapinas, violentias, impetus, tueri non poſſunt, humanis neceſſitatibus id exigentibus introductus, *Bald. in L. ex hoc jure. ff. de Juſt. & Jure.* Nam nihil hone-

honeſtum magis, nihil magis Chriſtianum, magisq́; glorioſum, quàm egentibus auxilia præſtare, & iis ſuccurrere, qui in periculo verſantur, *Beſold. diſſert. de Jur. fœder. c. 4. n. 12.* Communi itaque Dd. opinione receptum eſt, quòd Magiſtratus hâc lege & conventione cenſeatur eſſe datus, ut curam ſubditorum gerat, & defenſionis miniſterium ipſis præſtet, nec hâc in re periculum etiam vitæ pertimeſcere debet, *c. 13. cauſ. 8. q. 1. c. 8. cauſ. 23. q. 8.* Cùm enim, gliſcente inter homines tantâ habendi cupiditate, nemo ferè reperiatur, cui natura æmulos & hoſtes non produxerit, non omnes autem viribus propriis adversùs oppreſſiones illorum tuti eſſe queant; quilibet Princeps meritò ſuis Patronus, Defenſor, & Auxiliator exiſtit, ne tempore occurrentis periculi alienâ ope deſtituti opprimantur, *Beſold. d. Diſſ. c. 1. num. 2.* Non obſtat: Quòd ſubditi per Patroni electionem Ordinarii patrocinio renunciaſſe videantur. Reſp. enim, hoc non eſſe præſumendum, ſiquidem id ipſum in ſubditorum poteſtate non eſt, cùm patrocinio renunciare idem fermè ſit ac renunciare Juriſdictioni. Ita enim proprium Regis eſt Officium defendere, ſubjectos & Vaſallos, ut ſit attributum naturale inhærens viſceribus Regiminis, & qualitas infixa oſſibus, & indiviſibilis, & ſubſtantia Diadematis inſeparabilis, ita ut Protectio & Regimen unum & idem judicentur indiſſolubile, quod à Regimine ſeparari nequit, niſi Regnum tollatur; cùm Protectio & Defenſio ſubditorum ſimul cum Regno ortæ ſint. *Eleganter Franciſcus Salgado de Reg. protect. p. 1. c. 2.*

c.2.n.28.& ſeqq. alleg. Dn. Myler. de Princip. & Statib. Imp. c.18.n.17. vid. Rumelin. ad A.B. dict. Diſſ.4.th.10. Wurmſer. d. Exerc.8.q.13. Beſold. in Theſ. Pract. voc. Schutz- und Schirms-Verwandte. *Wehn. Metamorph. Rerumpubl. d.c.18.*

Dicitur (4) Jus defendendi *contra vim & injuriam.* Ob metum enim vis ac injuriæ Protector eligitur, & hic ſi officio ſuo ſatisfacere velit, vim ac injuriam propulſandam à clientibus reſpicere debet, & vis ac injuria eſt res, circa quam finis Juris Protectionis, qui nihil aliud eſt quàm vis ac injuriæ etiam imminentis propulſatio, obtineri debet. Notandum autem hîc, Protectorem Clientes ſuos defendere poſſe (1) in ipſo Ordinarii Magiſtratus Territorio. In genere enim defenſionem promiſit, generalia igitur verba generaliter ſunt accipienda, *L.1. de Legat. præſt. L. regula. §. fin. de Jur. & fact. ignor. L.1. §. cum urbem. de Præfect. urb. vid. Wehner. dict. loc.* (2) Contra ipſum Magiſtratum Ordinarium, ſi ſubditos iniquis & jure prohibitis premat gravaminibus: Jus enim protectionis tribuit poteſtatem defendendi contra vim ac injuriam, nullius perſonæ habito reſpectu, & ſi Magiſtratui extrajudicialiter contra jus procedenti à quolibet etiam privato reſiſti poteſt, *juxta Mynſing. Cent.5. Obſ.18. n. 1. & 2.* cur hoc prohibitum erit Protectori, qui ideò Protector audit, ut vi & injuriæ clientibus illatæ reſiſtat, eamq; propulſet: Quâ tamen in re hanc diſcretionem adhibeat Protector, ne facilè ſubditos contra Dominum proprium, (ihren Erb- und Lands-Herrn) defen-

defendere conetur ; ſed ſingulas factorum circumſtantias diligenter priùs examinet ac ponderet. Re enim dubiâ exiſtente pro Magiſtratu militat præſumtio, quòd non facilè ſuo abutatur officiô, *L. 2. C. de Offic. Civil. Judic. cap. in præſentia. 6. extr. de renunc. vid. Rumel. ad A. B. d. Diſſ. 5. θ. 11. ibiq; Dn. Myler. in Addit.* Idem (3) obtinet, ſi unus ex duobus Principibus confœderatis, qui Civitatem aliquam in ſuam protectionem receperant, eamque contra omnes defendere promiſerant, eam oppugnare conetur. Ambo enim Principes in ſolidum ſeſe obligarunt ad defendendam Civitatem, cùm Protectio faciendi ſtipulationem in ſe habeat, quæ dividi nequit, *L. ſtipulationes. 72. ff. de V.O. L. in executione. 85. §. 2. eod.*

Deinde generaliter ſeſe obligarunt, ſe Civitatem velle defendere contra omnes, gegen einem jederman; ergo & contra Collegam. Licèt enim verba generalia non comprehendant perſonam loquentis, *L. 29. §. ult. ff. de pignor. & hypoth. L. 18. C. de ſolut. L. 9. ff. de ſervit.* nullibi tamen reperitur, quòd non contineant perſonam colloquentis, præſertim ſi dirigantur ad id, quod ſui naturâ individuum eſt, *vid. Sim. Piſtor. Conſ. 19. per tot. inter Modeſt. Piſtor. Conſilia p. 1. Rumel. ad A. B. d. Diſſert. θ. 12. ibiq; Dn. Myler. in addit. Wehner. d. l.* Nec (4) defenſionem denegare poterit Protector Clientibus ab aliis ejus Clientibus injuſtè preſſis; Quamvis enim hoc caſu utrique ſeſe obligârit ad defenſionem, adeoque, cùm eam diverſis hiſce præſtare non poſſit, meliùs videatur facere, ſi ad exemplum Vaſalli, (qui

duobus unius feudi Dominis inter ſe belligerantibus neutri ſuppetias ferre tenetur, *Dn. Struv. in Syntagm. feud. c. 11. aphor. 8. num. 4. Roſenth. de Feud. c. 8. concluſ. 12 n. 9.*) nullam partem juvet; quia tamen defenſio eſt promiſſa contra vim ac injuriam, non videmus, quid Protectori obſtare poſſit, quò minùs clientes, etiam contra alios clientes, iſtis vim ac injuriam inferentes, defendere queat, imò debeat. Non obſtat c. denique. 10. cauſ 14. q. 5. ubi cum alterius detrimento alteri ſubvenire, Sacerdoti non licet. Alia enim hîc eſt ratio, quæ monet Sacerdotes, ne ſe immiſceant negotiis ſecularibus, *can. decrevit. 1. & can. Epiſcopus. 3. diſtinct. 88. can. duo ſunt. 7. cauſ. 12. q. 1. can. credo. 2. & can. placuit. 3. cauſ. 21. q. 3. tot. tit. extr. Ne Cleric. vel Monach. ſecul. negot. ſe immiſc.* cujusmodi ſunt cauſæ pecuniariæ, de quibus loquitur dictus canon, cùm in his fieri non poſſit, quin frequenter lædatur alter, qui vincitur; Sacerdotis autem ſit, nulli nocere, prodeſſe velle omnibus. Nec obeſt, quod de Vaſallo dictum: Vaſallus enim Domino fidem, obſequia, & honorem præſtare, *arg. c. Dominus de milit. Vaſall. &c. 2. F. 22.* hujusque perſona ipſi ſemper ſancta atque honeſta eſſe, adeoque offendi non debet, *arg. L. 9. ff. de Obſ. parent. & patron. præſt. L. 10. §. ult. ff. de in jus voc.* quod dicto caſu fieret, dum in perniciem Domini ſe cum hoſte conjungeret, *contra c. ſi vaſallus. qui teſt. ſint neceſſ. ad prob. feud. ingrat. 2 F. 57.* In Protectore autem aliter ſe res habet, hic enim dum juſtam cauſam foventibus ſuccurrit, alios hos injuſtè impugnantes non offendit;

ſendit; ſed Jure ſuo iſtos à vi & injuria defendendi utitur. Nec eſt, quod regeras, Vaſallum idem obſervare poſſe. Reſp. enim Neg. Nam Vaſallus Dominum defendendo adjuvare tenetur, etiamſi cauſa notoriè injuſta ſit, *c. Domino 2. F. 28.* (quamvis hoc improbet Bald. *in d. c. n. 5. & 6.* qui Obertum, ac Gerhardum hîc duo pecora fuiſſe dicit, ſive Jus Civile, ſive Gentium, ſive etiam divinum ſpectemus) quemcunque igitur hoc caſu defenderit, alterum offendet, ipſiusque hoſtem ſe conſtituet. (5) Defendere quoque tenetur Protector Clientes contra conſanguineos, *i. e.* contra fratres & patruos, *arg. c. eſt & alia de nov. form. fidel. 2. F. 2. d. c. Domino. §. fin. Hic finit. lex. 2. F. 28.* licèt enim Religionis ac humanitatis ratio non videatur permittere, ut frater fratris vitæ inſidias ponat, *arg. L. 23. C. de excuſ. tut.* juſto tamen bellô eundem contra fas & jus clientes offendentem oppugnare non eſt illicitum. An & contra patrem? Ita videtur; *per dict. texx.* quibus accedit ratio, quòd fruſtra leges imploret, qui contra eas committit. *L. 37. in fin. ff. de minorib.* ex qua concludi poſſet, contra patrem, qui ſpreto divino & humano Jure clientes filii injuſtè lædit, filium juſtè arma induere poſſe. Contrarium tamen verius putamus, per Jura Divina, & humana. Jus Divinum præcipit: Honora parentes. Concordat Jus Civile Roman. *in L. 2. ff. de J. & J. L. 9. de obſeq. parent. & patron. præſt. Nov. 12. c. 2.* Ubi Imp. dictæ Objectioni *ex alleg. L. 37.* prævenit, addendo: licet Legum contemtor & impius ſit, tamen pater eſt. Jura igitur iſta, *cum D. Zaſ. de F. ud.*

p. 7. num. 30. pluris eſſe facienda, quàm privatas iſtas conſuetudines exiſtimamus, cùm d. loco maximè abominabiliter ſint iniquæ, quæ non ſolùm apud Chriſtianos; ſed etiam apud Ethnicos, contra pietatem parentibus ex natura debitam, ſceleratiſſimè pugnant.

Anne autem contra ſe ipſum Clientes defendere teneatur? alia eſt Quæſtio. Ad hanc facilis eſt reſponſio. Protector enim tenetur ad defendendum Clientes contra vim ac injuriam. Ergo Ipſe injuriam ac vim inferre non debet. Nam qui protectionem promittit, is neceſſariò & multò magis nec ſe gravaturum pollicetur, & qui obligatus eſt aliquem indemnem ſervare ab extraneo, quidnî multò magis à ſe ipſo? *arg. L. frater à fratre. 38. verſ. porrò. ff. de condict. indeb. L. cum in eo. 44. ff. de pact. L. ſi negotia. 31. ff. Mandati, Rumel. ad A. B. d. Diſp. 6. 13.* cùm non debeat inde naſci injuriarum occaſio, unde Jura naſcuntur, *L. meminerint. C. unde vi.* Sin autem de facto hoc fiat, non poteſt inde ſperari Defenſio, unde proficiſcitur offenſio. Contraria enim non poſſunt eſſe in eodem ſubjecto. Et ſi auxilium Protectoris hoc caſu imploretur, metuendum, ne is cum riſu reſpondeat, ſe in tantum obligatum non eſſe, cùm in generali ſermone cenſeatur excepta perſona loquentis, niſi nominatim fuerit comprehenſa, *L. 6. §. 4. ff. de pecul. leg. L. 40. §. fin ff. de fideic. libert. L. 18. C. de ſolut.* & promiſſione generalì cõtineri duntaxat id, quod quis & ſpecialiter promiſſurus fuiſſet, *L. 46. ff. de pecul.* videmus ergò quàm periculoſum ſit Potentioris alicujus ſeſe ſub-

ſubmittere protectioni, cùm facillimè Protectores (Schirmherren) fieri poſſint Invaſores, (Sturmherren) unde & Civitatibus & aliis Statibus libertatem amantibus Autor ego eſſem, inquit Petr. Frider. Mindanus *lib. 2. de Proceſſ. c. 14. num. 7. (quem laudat Reincking d. cap. 4. n 62.)* ne ſine magna & gravi neceſſitate, idque cautè & prudenter, tutelæ & Protectioni Potentioris ſeſe ſubjicerent, & tutiùs potiùsque exiſtiment, exiguum aliquando detrimentum vel incommodum pati, guſtu licet, inſuaviore, quàm ſervitutem annuo emere ſalario & mercede ſub plauſibili Protectionis titulo. Tutiſſimum cujusque Status & Magiſtratus patrocinium eſt, rectè agere, Jus & Juſtitiam adminiſtrare, & cum Vicinis (cujuscunq; illi conditionis ſint) amicitiam colere, & ſi quæ contra jus, privilegia & immunitatem attententur, placidè & quàm citò ſedare & componere, æquiſſimis de Jure & æquitate permiſſis & conſtitutis mediis utendo. *Hæc ille.*

Dicitur (5) Jus defendendi *de Jure & facto.* Quæ verba modum defendendi indicant. Poteſt igitur Protector clientes ſuos Literis, Legationibus, ac Interpoſitionibus, vel Interceſſionibus, ac tandem Armis defendere, *arg. cap. Imperialem. 2. F. 55. c. brevi extr. de jurejur.* Sciendum tamen, Patrono vel Protectori non eſſe permiſſum aliô modô protegere ac defendere, quàm eô, quo clientibus ſe tueri fas eſt, & ideò, ubi clientes abſtinere debent armis & Jure experiri, non licere Patrono arma ſumere, cùm Patronus vel Protector non plus Juris contra gravantem nanciſcatur, quàm ipſi clientes habent.

Dein-

Deinde nec defendere eos poſſe in cauſis injuſtis, ubi ſcilicet juſtè offenduntur, Banno *v. g.* Imperiali notati, cùm defenſio contra iniquos ſaltem oppreſſores permittatur, *Maul. de homag. dict. tit. 11. num. 12. Dn. Myler. de Princip. ac Stat. Imp. d. cap. 18. num. 12.* Quod autem dictum eſt, Protectores & armis clientes defendere poſſe, id non extendendum ad alia Jura militaria: Illi enim non poſſunt clientibus arma indicere, aut eadem prohibere, non agere delectum, non caſtra metari, nec in cæteris juribus ullum ſumere arbitrium extra caſum defenſionis, *Beſold. de Jure Fæd. cap. 5. num. 12.* Hinc clientes (die Schutz- und Schirms-Verwandten) Protectoribus ſeu Advocatis ad Sequelam, zur Folge/ non ſunt adſtricti: Teſte tamen Dn. Fritſchio *de Jure luſtrat. & ſequelæ cap. 6. num. 7.* exſtant exempla, ubi clientes vel eorundem ſubditi Protectorem evocantem ſequi & opem ei, ſuppetiasque adversùs inimicos Ipſius ad exemplum Vaſallorum ferre tenentur. Cujus ſequelæ veſtigia mansêre in ſubditis Combergenſibus, qui ſeniorem ex Domo Limpurgicâ, Collegii Combergenſis Protectorem bello, ſeditionibus, aut aliis molitionibus implicatum ſequi, & conſequenter ut clientes juvare ac defendere tenentur.

An autem Protector clientes etiam invitos defendere poſſit? Quær. quod affirmamus. Licet enim Protector non aliter niſi requiſitus clientibus ſuccurrere teneatur, *arg. L. 22. pr. L. 24. ff de oper. libert. Modeſtin. Piſtor. Conſil. 24. n. 24. vol. 1.* id tamen non eſt perpetuum: Nam quem-

quemadmodum Protector, ſi ſciat Clientibus magnum periculum imminere, vel eos obſideri, aut ex improviſo impetum in eos fieri, aut aliâs aditum ad quærendam ſuam opem eis eſſe interclusum, non poteſt expectare, donec de auxilio præſtando rogatus fuerit, cùm ſciens certiorandus non ſit, *L. 1. §. ult. ff. de act. emti. L. 1. §. 6. L. 14. §. fin. ff. de ædilit. edict. Maul. d. tit. 11. n. 15. Rumelin. ad A. B. d. Diſſert. 5. θ. 15. ibiq; Dn. Myler. in Addit.* Sicut etiam Patroni inviti ad clientum defenſionem adſtricti ſunt, cùm ea, quæ ab initio ſunt voluntatis, ex poſtfacto fiant neceſſitatis, *L. 5. C. de Oblig. & act.* & ſi eam intermittant, actione utili præſcriptis verbis, *arg. L. 5. §. 2. ff. de præſcript. verb.* vel Condictione causâ datâ, causâ non ſecutâ, item Actione ex ſtipulatu conveniri poſſint, *laud. Dn. Myler. ad Rumel. d. Diſſ. θ. 16.* Ita Patronus ſive Protector, ſi publica cauſa & utilitas, vel Ipſius intereſſe cum clientum defenſione concurrat, clientibus etiam invitis beneficium defenſionis impertire poteſt, *L. 69. ff. de R. J. ibiq; Cagnol. n. 3. Dec. n. 2. Bronchorſt. & alii. Conf. L. 53. ff. de ſolut. L. 39. ff. de negot. geſt.*

Dicitur (6) *ſub annuo plerumq; Honorario conſtitutum.* Solent enim clientes hodie Protectori pro tuitionis ſtudio & labore certum annuatim ſolvere honorarium, ein gewiß Schirm-Geld/ quod & honeſtè dari, & accipi poteſt, *arg. L. 6. in pr. ff. Mandati. L. 9. §. 1. verſ ſed licet vim. ff. quod met. cauſa.* quamvis ſæpe à Clientibus Patrocinii pretium ſolvatur, non ut ab Hoſtibus vel finitimis, ſed ut ab ipſius Patroni latrociniis

niis tutiores ſint, *teſte Reinck. de R. S. & E. d. c. 4. num. 42.* ita hâc in re pernitiosè quandoq; peccatur, & Jus Advocatiæ plùs æquo extenditur, & ad quæſtum & privatam utilitatem transfertur, *Gail. d. Obſerv. 54. n. 6.* Unde ſæpe clientes nunc carere difficilibus & moleſtis Protectoribus commodi loco reponerent, licet olim ferè magni beneficii loco exiſtimatum fuerit, in clientelam alicujus Domini recipi, *docente Roſenth. de Feud. c. 4. concl. 14. n. 7.*

Etſi autem Penſio ejusmodi annua, ut dictum, plerumque Protectori ſolvatur: Non tamen exinde præſumitur conventio, ſumtus defenſionis iſtum de ſuo facere teneri, *arg. L. 10. §. 9. ff. mand.* cùm illud fiat tantùm honorarii & beneficii loco, quale non eſſet, ſi de eo ſumtus facere teneretur Patronus. Hi enim facilè illud poſſent excedere, ut pro Officio ſuo haberet damnum, contra effatum *L. 7. ff. Teſtam. quemadmodum aper.* & pro alienis commodis ſuas inveniret difficultates, quod iniquum, *L. 19. C. de teſtib.* & præterea regulariter is præſtare tenetur ſumtus, cujus gratiâ actus celebratur, *L. 11. §. 1. ff. ad exhibend.* ac in dubio interpretatio eſt facienda ſecundùm defenſionis promiſſorem, *per L. quicquid adſtringendæ. 99. ff. de V. O.* cui, ad repetendas expenſas, quas defendendo clientes fecit, non immeritò actio mandati tribuitur, *arg. L. 27. §. 4. ff. mandati. Maul. d. tit. 11. n. 14. Rumelin. ad A. B. d. Diſſ. 8. 14. ibiq; Dn. Myler. in Addit. & in tract. de Principp. ac Statib. Imp. d. cap. 18. num. 14 & ſeq.* Deinde honorarium aliquod annuatim ſolvi, non ſtatim infert Jus

Advoca-

Advocatiæ, *arg. L. fin. de Calumniat.* Quamvis enim titulus adeſſet, tamen is ſine poſſeſſione contra tertium non ſufficit, *L. 12. C. de probat. Roſenth. de feud. d. cap. 4. concl. 4. n. 3 ubi allegat præjudicium.* (3) Ex perceptione hujus annui censûs non licet arguere ad Jus collectandi. Protector enim non poteſt Jure Clientelæ à clientibus ſuis penſitationem vel collectam exigere, *Schönborn. lib. 4. Pol. c. 6. p. m. 407.* Tributum ſiquidem & collecta ideò penditur, ut teſſeram quandam ſubjectionis (quam Protectio non inducit) Magiſtratus habeat, *Id. Schönb. d. l. 4. c. 20. p. m. 438.* Et præterea per collectarum impoſitionem ſecreta rei familiaris ad eum, qui collectatur, pertinentis panditur ac detegitur: cùm per æs & libram, *h. e.* pro modo facultatum & viribus patrimonii collectæ imponi debeant; Inhumanum autem eſt Protectori, ad quem hoc non ſpectat, permittere, ut ſecreta domus perſcrutetur; cùm admodum grave ſit, vel rei familiaris vilitatem detegi, vel divitias Advocati clientelaris invidiæ ſubjicere, *§. 4. verſ. cùm enim requiſitio. ibiq. Mynſing. & Schneidevv. n. 2 Inſt. de Obl. quæ ex del. naſc. Klock. de Contribut. c. 20. n. 356. & ſeqq. add. ejusd. tr. cap. 3. n. 205. Gail. d. Obſ. 54. n. 6. Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 14. n. 103. & ſeqq.* aliud tamen obtinet, ſi clientes ad collectarum ſolutionem ſpecialiter ſeſe obligaverint, vel Patronus ſive Protector ex alio juris capite, *v. g.* Superioritatis Territorialis, *&c.* hoc collectandi Jus obtineat, ſicuti Illuſtriſſimis Comitibus Wertheimenſibus Monaſterium Brumbach / cujus Protectores ſunt,

Collectas ſolvit, ſe atque ad earundem ſolutionem ab immemoriali tempore obligatos fuiſſe, ex multis actibus comprobat Autor deß Wertheimiſchen Gegenberichts contra Würtzburg/ *p. 1. c. 3. fol. 45.*

Antequam finiamus hanc materiam, pauca quædam de modis finiendi Jus Protectionis adjiciemus: (1) Exſtinguitur hoc Jus non utendo per tempus longiſſimum 30. ſcil. annorum, modò caſus eo utendi ſeſe obtulerit; & à Clientibus Protector requiſitus fuerit, vel iis m. non requiſitus hic ſuccurrere debuerit: (2) Si tempus, quo protectionis duratio præfinita erat, elapſum, *arg. L. 27. §. 1. & L. 52. §. fin. ff. de pact.* (3) Si Protector eo abutatur, in clientes ſæviat, pro defenſione eos opprimat, pro patrocinio oppugnet, gravet, vel premat, rebus, bonis, & privilegiis clientum abutatur; Conceſsâ enim poteſtate abutens, ea privandus, *L. 11. C. de Judæis & cœlic. L. 3. C. de locat. cond. C. unic. §. publici latrones. verſ. quicunq;. de pac. ten. & ej. violat. Maul. d. tit. 11. n. 18. & 20. Diſſent. Rumel. ad A.B. d. Diſſ. 6. 20.* (4) Solvitur hoc Jus notatione Banni Imperialis, *arg. Ord. Cam. p. 2. tit. 9 §.* So jemand. (5) Tollitur mutuo conſenſu, *arg. L. 35. ff. de R. J.* Non ergò unius voluntas ſufficit. Non Patroni: Sicut enim initio cuique liberum eſt contrahere, vel non contrahere: ita ſemel conſtitutæ obligationi invitâ alterutrâ parte renunciari nequit, *L. 5. C. de O. & A.* quod & verum putamus, etiamſi clientes annuum Honorarium non ſolverint: Hoc enim conſequi poteſt vel Actione ex ſtipulatu, vel Condi-

ctione

ctione certi, vel Officio Judicis: Non Clientes: Cùm jus ſemel alicui quæſitum ſine facto & conſenſu ſuo ei adimi nequeat, *L. id, quod noſtrum. ff. de R. J. L. fin. ff. de pact.* niſi initio renunciatio reſervata fuerit, *arg. L. 7. §. quinimò. ff. d. t. Maul. d. tit. 11. n. 19.* quod itidem verum exiſtimamus, etſi Protector (1) tabulis clientelaribus non ſatisfecerit. Hoc enim nomine ad implementum agi debet, ac poteſt, uti ſuprà innuimus. (2) Priſtinâ fortè potentiâ amiſſâ tempore neceſſitatis clientes ſuos defendere ampliùs non poſſit. Jus enim Protectionis ſemel ritè conſtitutum non debet vitiari, licet deveniat ad caſum, à quo incipere non poteſt. *arg. L. 140. §. 2. ff. de V. O. L. 8. ff. de his, qui ſui vel al. jur. ſunt. §. 1. Inſt. Quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.* Cùm multò difficiliùs deſtruatur, quod ſemel in eſſe productum eſt, quàm impediatur in eſſe produci, *Franc. Aretin. in L. impoſſibilis. 7. col. 2. verſ. præterea ipſa ratio. Et verſ. in contractibus tamen. ff. de V. O. Rumel. ad A. B. d. diſſ. 6. 19. ibiq; Dn. Myler. in addit. ubi hanc ſententiam exaudit & veram judicat, de impotentia temporali, non perpetua, niſi & priorem propriâ culpâ cauſaſſet Patronus.* (3) Diverſam à Clientibus Religionem amplecti cœperit. Quamvis enim vulgaris ſit Regula: Quòd omnis promiſſio intelligatur, *Rebus ſic ſtantibus, L. 8. ff de condict. cauſ. dat. cauſa non ſec.* adeòq; & hîc Protectio alicujus tamdiu tantùm videatur electa, quamdiu Protector eandem cum Clientibus Religionem profeſſus fuerit. Quia tamen ejusmodi Religionis mutatio nullum

Clientibus præjudicium afferre videtur, cùm illis circa Religionem à Protectore nec modus præſcribi, nec iidem ejus causâ turbari; ſed aliis non obſtantibus impedimentis, vel concurrentibus cogendi cauſis, Religionem conſervare antiquam, vel aſſumere novam in Imperio tamen approbatam, quocunque tempore liberè queant, quoniam Schutz und Schirm non tribuit Jurisdictionem, præſertim ad effectum mutandi Religionem, *ex Roſacorb. pract. forens. c. 29. n. ult. Rumel. ad A. B. d. Diſſ. 6. 20. Beſold. in Theſ. Pract. lit. S. num. 55.* verior eſt prior ſententia, quam latiſſimè defendit Mart. Mager. (qui hanc materiam pleniſſimè tractavit) *in abſol. Tract. de Advoc. armat. c. 16. n. 561. & ſeqq.*

(III.) Affine eſt Juri Conducendi Aſylorum Jus, quod antiquiſſimum (an autem Moſis ætate antiquius dubitat Dn. Schmidel. *in not. ad Boxh. Diſſert. de Imp. Rom. 1. 6. 4. lit. X.* cùm nugæ ipſi videantur, quæ de Nimrotho refert Hoſpinian. *lib. 1. de Orig. templ. c. 12.*) & nihil aliud eſt, quàm Jus, homines à vi externâ eâq; injuſtâ defendens certo in loco à Civili Majeſtate conſtitutum.

Dicitur (1) *Jus à Majeſtate Civili conſtitutum*, quæ verba cauſam efficientem hujus Juris denotant. Majeſtas enim Civilis uti Leges generales condit; ita quoque Jus ſingulare, vel Privilegia, quæ conceſſam privant legem, dum ſeorſim aliquid à Lege generali ſtatuunt, dare poteſt. Cùm ejusdem poteſtatis ſit illigare & eximere Legibus, *arg. L. 35. ff. de R. J. c. dilecti. 13. extra de Major. & Obed.* In Imperio noſtro Roma-

Romano-Germanico Jus conſtituendi Aſyla Majoribus annumeratur Regalibus,& propriè, principaliter, ac immediatè competit Imperatori; quamvis enim Imperatoris poteſtas per Capitulationem, in quibusdam articulis videatur devincta, Capitulatio tamen hujusmodi eſt ſtricti Juris, quæ ultrà articulos in eâ expreſſos Principis poteſtatem non coërcet, ut propterea Princeps ultra conditiones Capitulatione comprehenſas, quatenus Princeps eſt,& legibus ſolutam habet poteſtatem, *L. Princeps. ff. de Legib.* in aliis negotiis ſive Imperii, ſive illud non concernentibus, plenitudine ſuæ Poteſtatis meritò uti queat. *Dn. Glaſſ. de Jur. aggrat. cap.6. Conf. Dn. Pufendorff. in Diſſ. de reb. geſt. Philippi Amyntæ Fil. §.11. Grot. de Jure Bell. & Pac. lib.1. cap.3. n.16.* Reſervatis Imperatori accenſetur hoc Jus à Dn. Stamlero *de Reſervat. Imperat. §. 60.* Putamus tamen etiam Principes & Status Imperii in ſuis Territoriis Aſyla poſſe conſtituere, ad quæ confugientes delinquentes ſint immunes, quod quidem quoad ſubditos & forenſes, qui in Principis vel Status Territorio delinquunt, minus dubii habet, *arg. L.1. C. de his, qui ad ſtat. confug. L. quid ſi.17. §. apud.12. ff. de ædil. edict. L.23. pr. ff. de Nupt.* cùm Principes & Status Imp. pœnam remittendi poteſtatem, cui ſimilis eſt facultas conſtituendi Aſyla, non minùs habeant, quàm ipſe Imperator, *vid. laud. Dn. Glaſſ. de Jure aggrat. c.7.* & præterea hoc caſu nullus tertius de Jure ſuo violato conqueri poſſit, quia delinquens in Principis Territorio, ſolummodò Domini Territorii Jurisdictionem violare dici-

Digitized by Google

tur, *L.13.ff. de Offic. Præſid. L.28.§.15.ff. de pœn. L.ſi cui.7.§.pen. L.fin. ff. de accuſat.* adeòque hic ſolus quoque injuriam factam remittere valet, *L.11.§.1.ff. de injur. vid. Dn. Myler. de Princip. & Statib. Imp. c.51.* An autem hujusmodi Aſyla peregrinis quoque & advenis, qui alibi deliquerunt, immunitatem præſtent, dubio carere non videtur; cùm dictæ rationes tunc ceſſent. Sed & hoc aſſerit Dn. Myler. *in tract. de Jur. Aſyl. c.8.num.1. & ſeq. & alleg. tract. de Princip. & Statib. Imp. d.c.51.n.4.* Rationes potiſſimæ ſunt hæ: (1) Quia Principes & Status Imperii in ſuis Territoriis, ditionibus, diſtrictibus, & Rebuspubl. in exercitio & uſu Regalium Imperatorem repræſentant. (2) Quia Imperator Statibus Imperii Jura Superioritatis, omnimodamque Juriſdictionem atque Regalia, tàm Majora, quàm Minora communicavit & conceſſit, quæ quotidie in ſuis Territoriis exercent abſque ulla Imperatoris inhibitione, contradictione, aut turbatione, & quidem proprio Jure, non ad juſſum Imperatoris, ſecundùm ea, quæ tradit Knichen *de Jure Territ. c.1.num.133. & ſeqq.* (3) Quia avocationes & remiſſiones delinquentium hodiè in mera Principis Territorii voluntate & arbitrio conſiſtunt, utrum ad inſtantiam requirentis Dominus Territorii Reum remittere velit, nec ne, *Gail. lib. 1. de P.P. c.16. n.30. Modeſt. Piſtor. Conſ. 29. n.6. vol.1.* (4) Advenæ & hoſpites in loco aliquo commorantes, reſpectu eorum, quæ ibi agunt, legibus ibidem vigentibus tenentur. *Dn. Struv. Exercit. Jur. Civ. 2.th.12.* Ergò etiam ejusmodi immunitatis eos

eos frui Privilegio erit admittendum, uti argumentatur Dn. Joh. Wilhelm. Greiner *in Diſſert. de Jure Aſyl. Anno 1664. Jenæ habita, c. 5. circa fin.* quô tamen hoc potiſſimùm evincit, peregrinos & advenas in Territorio, ubi commorantur delinquentes, etiam Jure Aſylorum ibi conſtituto frui poſſe.

Dicitur (2) Jus *certo in loco conſtitutum.* Hæc verba ſubjectum inhæſionis indicant. Locus autem iſte eſt vel ſacer, vel profanus. Quoad iſtum, ſciendum, olim non ſolùm Gentiles templis Deorum conſecratis hoc Jus Aſyli attribuiſſe; ſed etiam poſtea à Chriſtianis Principibus, in honorem Dei, ad templa veri Dei idem applicatum fuiſſe, uti patet ex tit. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. & quidem ex hâc potiſſimùm ratione: Exiſtimabant enim hi, fas non eſſe ſupplicem abſtrahere ad ſupplicium à templo ſine crimine læſæ Majeſtatis, quia divina Majeſtas ejusmodi avulſione lædatur: Et cùm Miſerator & miſericors ſit Dominus, hinc templum Domini alienum eſſe debere à crudelitate & ſeveritate, in quô DEUS habitat. Et negantem miſericordiam faciendam fugientibus, ipſum Chriſtum negare, qui eſt Miſericordia & Veritas, *ſecundùm c. omnis. 37. cauſ. 7. q. 1.* Impp. Theodoſ. & Valentin. *in L. 4. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* hanc immunitatis legem confirmarunt, atque pro Aſylo omnia, quæ Eccleſiâ continentur, usque ad extremas fores portusque conſtituerunt confugientibus eò ſine armis. Quod verò Juris eſt in Eccleſiis ex cauſa Aſyli, idem quoque eſt in earum Altaribus, *L. 2. C. d. t.* cellu-

lis, hortulis, domibus, areis, cœmiteriis, & ſimilibus, *L. 3. §. 1. eod. c. ſi quis contumax. cauſ. 17. q. 4.* usque ad 30. paſſus à januis Eccleſiæ numerandos, *c. definivit. d. cauſ. 17. q. 4. vid. Tib. Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 24. num. 29. & ſeqq.* Idem eſt in domo Epiſcopali, ut ea ad exemplum Dialis Flaminis in vetere Roma (cujus ædes ſi quis introiiſſet aut ad pedes ejus ſupplex procubuiſſet á vi immunis erat, *vid. Gell. lib. 10. N. A. c. 15.*) jus Aſyli attribuat, *c. id conſtituimus d. cauſ. 17. q. 4.* æquè ut Eccleſia, quæ ſecuritatem promittit ad 30. dies, *Nov. 17. c. 6.* intra quos confugientes neceſſe habent optione factâ, vel in Eccleſia, vel extra Eccleſiam ſe defendere, *d. Nov. 17.* Hodie apud Auguſtanæ Confeſſioni addictos hæc jura, tam Civilia, quàm Canonica de immunitate confugientium ad Eccleſias ſancita, non obſervantur, cùm extra uſum ſacrum templis nulla tribuatur ſanctitas, adeò ut hodie templa non in nullius, ſed univerſitatis, aut ædificantis ac Magiſtratûs Politici (cujus poteſtati & alia Eccleſiaſtica bona, imò ipſæ perſonæ Eccleſiaſticæ (quamvis harum quædam ſat ægrè jure tamen) ſubſunt, *Rom. 13. Actor. 25. 1. Pet. 2.*) Dominio quaſi & directione ſint. Nec verum eſt, quod diſſentientes objiciunt, immunitatem hanc eſſe Juris Divini, *per tex. Exod. 21. verſ. 13. & ſeq. 1. Reg. 1. v. 50.* adeoque nec conſuetudine, nec contrariis Conſtitutionibus eam imminui, ne dum penitùs aboleri poſſe. Ratio enim, ob quam in Vet. Teſtamento Templum Dei, ac Civitates pro refugio delinquentium, fuerunt conſtitutæ, hodie omninò ceſſat: Erat enim in populo Iſraëlitico

litico permiſſum conſanguineis, propria autoritate, etiam nondum auditâ cædis cauſâ homicidam voluntarium interficere. *Num. 35. v. 27.* Proinde ne ſimul involuntariè peccans trucidaretur, inque innocentes vindictæ ſæviret cupiditas de ejusmodi ſecuritate Deus proſpicere voluit, jubendo, ut homicidæ involuntarii ſecuritate gaudeant, daß ſie frey ſeyen für dem Bluträcher/ *Joſ. 20. v. 3.* tamdiu ſcil. quoad deferveret ira cognatorum, *Keckerman. in Syſtem. Pol. lib. 1. p. m. 295.* Deinde, Conſuetudo, quæ præbet anſam delinquendi, qualis hæc eſt, omninò non ſervanda, ſed abolenda, *L. 14. §. eleganter. ff. ſol. matrim. vid. Dn. Myler. d. tract. de Jur. Aſyl. c. 5. n. 9. & ſeqq. add. Dn. Carpzov. in pract. Crim. p. 3. quæſt. 10. n. 95. & ſeq.* Greiner *d. Diſp. de Jur. Aſyl. c. 3.*

Quoad loca profana. Olim celebre erat Aſylum Romuli, quo de Florus *lib. 1. c. 1.* Erat, *inquit*, in proximo lucus, hunc Aſylum facit, & ſtatim mira vis hominum Latini, Thuſciq; Paſtores, quidam & transmarini Phryges, qui ſub Ænea; Arcades, qui ſub Evandro influxerant. Hoc inſtitutum laudat Clapmar. *lib. 4. de Arcan. Rerump. c. 5.* ſed eô nomine ſtringitur à Stamlero *de Reſerv. Imp. d. §. 60.* pro Clapmario tamen facit inſignis Politicus Boxhorn. *in Diſſert. de Imperio Rom. 1. 6. 4.* cujus ſententiam & nos amplectimur: Non ſolùm enim utilitas publica, cujus tantus eſt favor, ut ea, quæ publicè utilia ſunt, non includantur his, quæ lege prohibentur, docente Dn. D. Chriſtiano Eichlero *in Diſp. Inaug. de Retract. vicinit. c. 2. n. 3. in fin.* ſed

 etiam

etiam ipſa neceſſitas, quam legem temporis vocavit Seneca *in Excerpt. Controv. IV.* id ipſum ſuaſit. Quin etiam circa Statuas Imperatorum idem jus fuit, *vid. L. 17. §. 12. ff. de ædil. edict. L. un. de his, quæ ad ſtat. confug. L. 2. ff. de his, qui ſui vel al. jur. ſunt.* cùm, ut miſeris, potiſſimùm autem ſervis, perfugium eſſet, tum ut eò venerabiliores ſanctioresque viderentur Principes, *Clapmar. d. tract. c. 6. ubi non ſolùm hoc Jus ſtatuarum fuiſſe, ſed etiam imaginum Principalium teſtatur.* Plura veterum Aſyla recenſet Dn. Myler. *d. tract. c. 6.* Hodie in Imperio noſtro Germanico horum quoque non exiguus eſt numerus, uti videre eſt apud laudat. Dn. Myler. *d. l.* Dn. Greiner *d. Diſſ. de Jur. Aſyl. cap. 4.* Primum ſibi vindicant locum Palatia Principum, qua de re vid. Dn. Fritſch. *de Palat. & Domib. Domin. c. 12. n. 14. & ſeqq.* Idem Juris tribuunt Caſtris, den Veſtungen und Kriegslägern. Curiis in Civitatibus, den Rahthäuſern; Gymnaſiis & Collegiis in Academiis. *Vid. Becht. de Securit. & Salvo Conduct. c. 6.* De cæteris locis ſpecialiter hoc Aſyli jure munitis videantur dd. Autores *locis allegat.* Inter alia inſignia privilegia, quibus gaudet Illuſtriſſima Domus Limpurgica, non infimum quoque obtinet locum Jus Aſyli, Oppido Gaildorffenſi ante 200. annos conceſſum, absque Imp. Sigismundo ejusq; Succeſſoribus usque ad modernum inviſtiſſimum Imp. Leopoldum, veſtigia Anteceſſorum perſequentem confirmatum, cujus Leges, in quibus forma Securitatis conſiſtit, quasque eâdem frui deſiderantes obſervare tenentur, ſunt hæ:

(1) Co-

(1) Coram Illuſtriſſimis Dominis Gaildorffæ, & Schmidelfeldæ reſidentibus (quibus id oppidum commune eſt) vel eorum Officialibus ſeſe ſiſtant, facti ſpeciem & circumſtantias exponendo pro receptione in tutelam ſupplicent. Recepti (2) ſingulis menſibus, quibus ibi commorantur, pro tutelâ unum florenum (Schutz- und Geleit-Geld) ſolvant. (3) Oppidum non exeant; Extra civitatem enim ſunt extra Aſylum. (4) Si ab adverſâ parte in jus vocentur, coràm Judicio Gaildorffenſi, ab Illuſtriſſimis Dominis ordinato reſpondeant. Quod tamen ita intelligendum, ut ſcilicet tunc ad hoc teneatur confuga, ſi diutiùs ibi commorari velit; Nam ſi abire Ipſi magis placuerit, liberum habet arbitrium, cùm, quamdiu proceſſus durat, in carcerem (modò quietè vivat, nec ſecuritate abutatur) conjici nequeat, quemadmodum, ſi usque ad exitum iſtius ibi commoretur, isque malè cedat, ſalvo Jure Aſyli, apprehendi ultimòque ibidem ſupplicio affici poteſt.

Dicitur (3) Homines *defendens.* Hæc verba Objectum hujus Juris deſignant. Ubi tamen ſciendum, non omnes indiſtinctè in Aſylis admitti; ſed iis tantùm prodeſſe hoc Jus, qui immeritô odiô laborant, non qui commiſerunt, quod ſocietati humanæ aut hominibus aliis ſit injurioſum, *Grot. lib. 2. de Jur. Bell. & Pac. c. 21. n. 5.* Miſereri enim oportet, qui propter fortunam, non propter malitiam in miſeriis ſunt, *Cic. de Invent. 2.* Non ergò ſibi polliceri poterunt Aſylorum immunitatem (1) Homicidæ doloſi, qui ſcil. deliberatô animô & nocendi propoſitô

poſitô vitâ aliquem privant, *Exod. 21. verſ. 21. Deut. 19. v. 11. & ſeqq. Nov. 17. c. 7. Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 28. n. 15. Dn. Carpzov. prax. crim. p 3. q. 150. n. 41.* His annumerandi non ſolùm Parricidæ, Infanticidæ, Fratricidæ, Matricidæ. Uxoricidæ, *&c.* ſed etiam Homicidæ proditorii, qui per inſidias aut à tergo, vel ſub ſpecie amicitiæ, aut veneno alterum necant, *arg. L. 4. C. qui accuſ. non poſſ. L. 4. ff. ad L. Jul. Majeſt.* item Aſſaſſini, Meuchelmörder, qui ſunt homicidæ conductitii, qui mercede aut præmio conducti aliquem per occaſionem interficiunt, quos velut à toto populo Chriſtiano diffidatos, *per c. 1. in fin. de homicid. in 6.* impunè etiam per privatum occidi poſſe, cenſet Covarruvias *lib. 2. var. reſol. c. 20. n. 9.* Idem dicendum de Aſſaſſinatore & auxiliatore, cùm verè intendant homicidium; Faciens enim per alium, per ſe facere videtur, *L. 11. §. mandato. ff. de injur. Conſ. L. 15. ff. ad L. Corn. de Sic.* nec conſulens videtur excipiendus. Conſultor enim mali eâdem dignus pœnâ, quæ propoſita facienti; ſiquidem malitia animi tanquam cauſæ, neceſſariò influit in conſilium ejus effectum, & cujus finis & effectus malitiam redolet, ejus quoque præordinatio doli ſuſpicionem incurrit, *arg. L. 34. C. ad L. Jul. de Adult.* cùm conſulentium abſque protervia ſi eſſet, delicta in herbâ ſæpe ſuffocarentur, quandoquidem paraſtatarum promtitudo hæſitantes utique animat. *Dn. Frider.* Hoffeld *in doctiſſ. Repetit. theorico-pract. princ. L. 47. ff. de R. J. c. 9. ſect. 1. n. 5.* Quod tamen tunc demum verum putant Dd. ſi conſilio utens aliàs

non

non fuiſſet commiſſurus delictum, ut ita conſilium fuerit cauſa delicti immediata, *laud. Dn.* Hoſſelo *d. c. 9. ſect. 4. Dn. Struv. Exerc. Jur. Civ 48. θ. 11.* (2) Excludendi ab Aſyli protectione ac ſecuritate Incendiarii, Mordbrenner. *Decian. d. c. 28 n. 24.* (3) Fures, ad conſervandam tranquillitatem publicam, *Harpr. ad* §. *1. Inſt. de his, qui ſui vel al. jur. ſunt. num. 26. & ſeqq.* (4) Virginum raptores. *Nov 17. c. 7.* niſi conſentiente virgine raptus ſit factus. *Decian. d. c. 28. n. 20.* (5) Adulteri, *d. Nov. 17. c. 7. Levit. 18. v. 20. & c. 20 v. 10. Deut. 22. v. 22. & ſeq. Ezech. 18. v. 6. Joh. 8. v. 4. & ſeq.* Hodie tamen, cùm eò mores devenerint, ut ſileat lex Julia de Adulteriis (imò ipſa lex divina) & adulteria derideantur, non obſervatur diſpoſitio d. Nov. 17. c. 7. *Decian. d. c. 28. n. 22.* (6) Nocturni agrorum depopulatores, qui ſegetes, vel meſſes devaſtant, *c. inter alia. extra de immunit. Eccleſ. Decian. d. c. 28. num. 3.* (7) Læſæ Majeſtatis rei, cùm omni prorſus defenſione ſint indigni, ſed vitæ ac omnium bonorum amiſſione puniendi, §. *3. Inſt. de public. jud. Decian. d. c. 28. num. 23.* (8) Malefici, Lamiæ & Striges; Sunt enim humani generis inimici, *L. 7. C. de maleſ. & mathem. c. pervenit. 8. cauſ. 26. q. 5.* naturæ peregrini, *L. 6. C. eod.* communis ſalutis hoſtes, *L. fin. C. eod.* imò eſſe eas extra gremium & protectionem Eccleſiæ & à communione fidelium penitùs alienas, de quibus Deus & Eccleſia nullam omninò curam gerant, ſed habeantur & reputentur pro creaturis Diaboli, tradit Paul. Grilland. *de ſortileg. lib. 2. q. 7. n. 8.* (9) Hæretici

& Bla-

& Blaſphematores: hi enim æternam Majeſtatem offendunt, & Eccleſiæ pacem & unitatem perturbant, *L.8.§.5.& 6.C.de SS.Trinit.* & nihil eſt, quod animum noſtrum magis exulceret & confodiat, quàm horribilis atque impia, & Chriſtianis auribus intolerabilis Divini Nominis blaſphemia, *Dn. Walther. p.m. in Poſtill. Jurid. Feſt. Pentecoſt. p.326.* cujus pœnam nec remitti poſſe, patet ex Levit. c. 24. v. 14. & ſeqq. (10.) Delinquentes in ipſo Aſylo; fruſtrà enim legis auxilium invocant, qui committunt in legem, *c. bonæ memoriæ. 33. extra de elect. c. quia fruſtrà 14. extra de uſur. L. 37. in fin. ff. de minor. L. fin. §. 12. C. de Jur. delib.* poſſunt tamen aliud quærere Aſylum, ſi non ex propoſito deliquerint, *vid. Dn. Myler. in alleg. tract. de Jure Aſylor. c. 10. n. 25.* (11) Securitate Aſylorum non gaudent Banniti: Hi enim omnia humanitatis jura amittunt, adeò ut eos nemo urbe, domo, hoſpitio, menſâve recipere poſſit, quin etiam ipſis aquâ & igne interdicitur, tellus, pontusq; negatur, *juxta Ovid. lib. 7. Metam.* Aliud tamen dicendum, ſi loco alicui, Aſyli privilegio munito, hoc ſpecialiter ſit conceſſum, ut & bannitos recipere poſſit, quemadmodùm ejusmodi ſingulare Aſyli Jus ab Imp. Carolo V. An. 1541. Monaſterium Salemitanum, Salmannsweiler, in Suevia obtinuit, ut nempe in eo, & omnibus ejusdem pagis, villis, & judiciis Bannitis tutò eſſe & verſari liceat, teſte Stamlero *de Reſerv. Imp. d. §. 60.* & Greiner *d. Diſſ. c. 4.* Simile Privilegium habent Illuſtriſſimi Domini de Limpurg ex conceſſione Maximiliani I. Imp. Anno 1514.

faƈtâ,

facta, cujus formalia ita ſonant: Und daß ſie auch alle und iegliche Aechter und Aberächter/ ſo an Unſern und deß Reichs Hofgerichten / und Land-Gerichten erfolgt und erlangt ſeyn / oder hinfüro würden / mit ihren Dienern und Zugehörigen / enthalten / hauſen / hoſen / und Gemeinſchafft mit ihnen halten mögen / nach ihren Nothdurfften / Willen und Gefallen / von Allermänniglich unverhindert. Ob aber Jemands ſolche Aechter und Aberächter in ihren Gebieten und Craiſſen zu Recht anfiel / denſelben ſollen ſie wider ſolche Aechter und Aberächter unverzogen Recht ergehen und widerfahren laſſen / als ſich nach Geſtalt einer jeden Sach rechtlich zu thun gebührt / und ſofern dem Kläger / wider ſolche Aechter und Aberächter / das Recht gefährlich nicht verſagt / oder verzogen würde / ſo ſoll dem Genannten von Limpurg / ſeinen Erben und den Ihrigen / ſolche Enthaltung und Gemeinſchafft keinen Schaden bringen / in keine Weis / ꝛc. (12) Indignus eſt Aſylorum immunitate Monomachus, ſeu is, qui in duello alterum interfecit, quoniam duella omni jure, tam Divino, quàm Canonico, Civili, & Conſtitutionibus, prohibita ſunt & illicita. *Vid. Deut. 32. v. 35. Rom. 12. v. 19. Exod. 20. v. 13. Rom. 13. v. 1. & ſeqq. Conf. Gal. 5. v. 21. Apocal. 21. v. 8. c. 1. extra de Torneam. c. monomachiam. 22. cauſ. 2. q. 4. c. 1. extra de purgat. vulg. c. un. verſ. ſanè. de Torneam. in Extrav. J. u. L. 13. quod met. cauſ. L. ult. C. de vi priv. L. 14. C. de Jud. & cælicol. junct. L. non eſt ſingulis. 176. de R. J. t. t. C. ne quis in propr. cauſ. Ordin. Crim. art. 140. & 142. R. Dep. Spir. de Anno 1570. tit. 29.* Et præterea ejuſmodi Provocatio & mutua ad Monomachiam oblatio eſt opus

opus (1) inexcuſabilis audaciæ, quo ſine neceſſitate homo ſemetipſum in diſcrimen vitæ & æternæ Salutis conjicit. (2) intolerabilis feritatis, quatenus non in ſuam tantùm; ſed alterius etiam vitam aliquis cum rabie quâdam ſævit. (3) extremæ injuſtitiæ, quatenus pro injuria interdum leviſſima, & à viro cordato non æſtimanda, mortis exhibetur retributio. (4) immanis ſuperbiæ, quatenùs victor ex ruina hoſtis, imò verò proximi ſui, gloriam ſibi quærit. (5) affectatæ inobedientiæ, quatenùs quis ita Magiſtratus ſui autoritatem ſpernit, & ſibi ipſi jus dicere præfractè annititur, *elegant. Dn. Ziegler. in not. ad Grot. lib. 2. de J. B. & P. c. 1. n. 15.* Nec obſtat ſententiæ huic, quod vulgò dicitur, ignominioſum videri præſertim viro Nobili & Equeſtri injuriato, injuriantem ad arma non provocare, vel provocatum non comparere, cùm vita & honor æquiparentur, & honoris amittendi non ſit minor metus viro bono, quàm vitæ, *L. 8. §. pen. ff. quod met. cauſ.* ſicut igitur pro defenſione vitæ licitum, aliquem occidere, ita etiam pro defenſione honoris licere duellum ſuſcipere, quoniam quod in defenſione vitæ eſt admiſſum, id etiam admittendum in defenſione honoris. Hæc enim juxta Gailium *lib. 2. Obſ. 100. n. 8.* magis politicè quàm Chriſtianè ſcribuntur ac diſputantur. Nobiles enim æquè Juri Divino & naturali ſubſunt, ac ignobiles. Et quamvis conſuetudine & præſertim Nobilium vel Militum opinione, detrectans duellum pro infami habeatur, & à conſortio quoque aut menſis & compotationibus reliquorum arceatur; ſicut in hujus putativæ ignominiæ

miniæ ſignum apud Germanos conſuetum dicunt, laciniam ſeu mappam, quâ menſa integitur, pro ea parte, quam talis in accumbendo occupat, arceri; ea tamen eſt prorſus irrationabilis & erronea, atque directò contra jus divinum & bonos mores, nec conſuetudinem hujusmodi in tremendo præſertim Dei judicio homicidam aliquando excuſaturam credimus cum Bachovio *ad Treutl. vol. 2. Diſp. 32. θ. 6. lit. G.* Irrationabilem & erroneam eam eſſe ; patet exinde: Quoniam non in cujusquam poteſtate eſt, injurioſis verbis alterius famæ & exiſtimationi reverà detrahere, quæ ſicut virtute & honeſtate vitæ comparatur; ita non niſi per facta turpia & inhoneſta, quæ vel lex ipſa propter evidentiam directò, vel ubi clanculum admiſſa probationibus legitimis detecta ſunt ; miniſterio Judicis per ſententiam notat: alioquin uno momento quis integram univerſitatem hominum infamem reddere poſſet. Et ſicut aliàs pro imbelli non habetur, qui abſtinet ab eo, quod ſibi etiam civiliter dedecori, vel probro reputatur; ita nec ipſi pro puſillanimi habendus erit, qui tam ſuum, quàm adverſarii periculum, æternæ ſalutis, quæ momentum famæ & exiſtimationis civilis longè ſupergreditur, concernens, penſi habens, pugnam rationabiliter detrectat, documentumq; fortitudinis in aliud commodius & Reip. magis proficuum tempus rejicit. *Vid. Dn. Franzk. lib. 2. Reſol. 23. Exerc. 12. quæſt. 6. in addit. Dn. Jacob. Brandmyll. in Manuduct. ad Jus Canon. & Civil. p. m. 143. & ſeqq. Wurmſer. Exerc. Jur. public. 8. quæſt. 27. Conf. Freinsheim. Orat. 17.*

Quemadmodum autem hactenùs enumeratas perſonas Aſylorum Jus nequaquam defendit: Ita Immunitatem non denegat (1) Homicidis imprudentibus, & qui non ex propoſito & dolo malo; ſed caſu aliquo fortuito homicidium commiſerunt, ſeu in aliquod aliud infortunium inciderunt, *Exod. 21. v. 12. Deut. 4. v. 41. & ſeq. cap. 19. v. 4. & ſeq. clem. 1. de homicid. vol. & invol.* Caſus enim eſt cauſa agens præter intentionem, & quæ caſualia ſunt, ea non ſunt voluntaria. *D. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 64. art. 8.* Ubi autem deeſt voluntas, ibi abeſt delictum, *arg. L. 53. pr. ff. de furt.* Siquidem voluntas eſt quaſi poſthumus exſiſtens in utero, qui, ſi non producitur in lucem, nihil operatur, *Sebaſt. Medic. de fortuit. caſib. p. 1. q. 1. n. 9. & ſeq. & p. 2. q. 1. n. 48.* allegans autem fortuitum caſum in homicidio interceſſiſſe, illum probare debet, niſi hoc ſit commiſſum in perſonam amici, vel affinis; Nam tali caſu præſumeretur caſuale, non doloſum. *alleg. Sebaſt. Medic. d. p. 2. q. 1. n. 46. & ſeq.* (2) Homicidis neceſſariis, qui ſcil. defenſionis cauſâ homicidium committunt. Hi enim non puniuntur, *Sebaſt. Medic. d. p. 1. q. 8. n. 32* eâdem immunitate gaudent, licet moderamen inculpatæ tutelæ exceſſerint, quoniam hoc caſu pœna ordinaria ſibi non vindicat locum; ſed extraordinaria. *Vid. Carpzov. pract. Crim. p. 1. q. 29. n. 2. & ſeqq.* Ubi autem ceſſat pœna homicidii ordinaria, ibi Securitatem tribuere valet Aſyli Jus. (3) Homicidis ex calore iracundiæ aliquem necantibus, ſi videlicet ira non ſit affectata; ſed & tanta, ut mentis quaſi

ſtatum

ſtatum evertat & ignorantiam inducat, ut iraſcens, quicquid dicit, quicquid facit, non advertat, pœnitentiamq́; habeat comitem, per jam dictam rationem, *vid. Dn. Carpz. pract. Crim. p. 3. q. 147. n. 60. Dn. Joh. Caſp. Reuß in Diſp. Inaugur. de Ira ejusq; in Jure effectibus, θ 38. & ſeqq.* (4) Homicidis culpoſis. Quæ enim delicta culpâ & negligentiâ committuntur, ſine electione fiunt, adeòque delictum imperfectum conſtituunt, & ſecundum culpæ modum extraordinariâ pœnâ coërcentur, *L. 16. §. 8. de pœn. L. 108. de R. J. L. 1. §. 3. L. 15. ad L. Cornel. de Sic. Ordin. Crim. art. 146. Dn. Struv. Exerc. Jur. Civ. 48. θ. 8.* (5) Homicidis ebriis, ſeu iis, qui taliter ſunt inebriati, ut quicquid agant, ignorent, *per c. inebriaverunt. c. ſane. cauſ. 15. q. 1. L. 6. §. 7. in fin. ff. de re mil.* modò non ſit ebrietas affectata, nec ad ſobrietatem reverſus glorietur de offenſione factâ, *vid. Gail. lib. 2. Obſ. 110. n. 24. & ſeqq. Dn. Carpz. prax. Crim. p. 3. q. 146. n. 32. & ſeqq.* (6) Debitoribus ex infortunio quodam obæratis, qui metuunt, ne à creditoribus in carcerem conjiciantur, *L. præſenti, 6. in pr. & §. 3. C. de his, qui ad Eccl. confug.* quod & olim obtinuit, *Schönborn. lib. 1. Pol. c. 14. pag. m. 101.* Hoc tamen non procedit, ſi Aſyli Privilegium de homicidio & aliis delictis caſualibus loquatur nominatim, tum enim hoc ad debitores extendi nequit, cùm ejusmodi immunitates ſint odioſæ & ſtricti Juris & ſic ad caſus alios extendi nequeant, *arg. c. odia de R. J. in 6.* Sed Quær. hîc: An condemnatus ad mortem ipsâ nocte ante determinatum executionis diem, vel dum à Carni-

ſice ad ſupplicium ducitur, effugiens ad Aſylum ibi ſit tutus? Affirm. Decian. *Tract. crim. d. c. 28. n. 29.* Harpr. *ad §. 1. Inſt. de his, qui ſui vel al. jur. ſunt. n. 57.* Nos Negativam veriorem putamus; Reip. enim intereſt, ne delicta maneant impunita, *L. 51. §. ejusdem. ff. ad L. Aquil.* cùm non poſſit, ſecundùm Senecam, pinguior victima Deo mactari, quàm homo ſceleratus. *add. can. 44. cauſ. 23. q. 5.* Hinc ſacratiſſima dicuntur judicia, ubi de criminoſis ſupplicia ſumuntur, *L. 3. C. de Epiſc. aud.* Was den Hals verwürckt hat/ und auf den Rabenſtein gehört / das ſoll kein Kirch/ kein Königs-Schloß/ kein Pabſtes-Schoß vor gebührender Rechtfertigung (multò minùs contra executionem ſententiæ jam latæ) ſchützen und aufhalten/ graviter & eleganter pro more ſuo Pl. Rev. Dn. Gratianus Superint. Geildorffâ Limpurg. Fautor Honorandus & Amicus omnium horarum *in Conc. funebr. Dn.* Joh. Ehrenreich Zölges *de* Sternſtein *Præf. Prim. Geild. p. m. pag. 10.*

Quær. 2. An ſecurus ſit criminis capitalis reus, qui ob incuriam & negligentiam commentarienſium aufugerit, aut fraude, vel aſtu, & arte à Biroariorum ſeu lictorum manibus ſeſe extricaverit? Quod iterum negamus. Quamvis enim non negemus jus naturale vitæ ſuæ conſervationem cuivis commendans id hîc permittere: nec Reum in carcerem conjectum, ut ibi ſpontè maneat; ſed ut detineatur per cuſtodes: Imò jura ignoſcere ei, qui quocunque modô ſanguinem ſuum qualiter redimere voluit, *per L. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſent. mort. ſibi conſciv.*

conſciv. Hæ tamen rationes non evincunt, ejusmodi criminoſum in Aſylum debere recipi; ſed hoc ſaltem, eum ob fugam excuſari poſſe.

Quær. (3) An & Judæis Chriſtianorum pateant Aſyla? Affirm. de his, quæ conſtituta ſunt iis in locis, ex quibus Judæi non ſunt exterminati, ſeu in quibus liberè verſari poſſunt: Quod eò magis obtinet, quoniam plerumque in privilegiis reperiuntur hæc verba. Alle und Jede/ quæ ſunt univerſalia, geminata, vim deciſivam habentia, & ejus indolis ac naturæ, ut nihil intactum, relinquant omnimodamque perfectionem denotent, ita ut quicquid in ſpecie exceptum non eſt, ſub his verbis comprehenſum & concluſum intelligatur. *Beſold. in Theſ. Pract. lit. A. n. 35. Reinck. de R. S. & E. lib. 1. claſſ. 2. c. 2. n. 72. Autor* deß Wertheimiſchen Gegenberichts *p. 1. c. 3. p. m. 52. in fin. & ſeq.* Greiner *d. Diſp. c. 6.*

Ex dictis nunc facilè eſt colligere, Aſylorum non tollendum uſum, modò caveatur abuſus, nec his ab illis tribuatur præſidium, quos dolus malus in peccandi ſcelus exſtimulaverat, *juxta Dn. Schmidel. in not. ad Boxhornii alleg. Diſſert. 1. de Imp. Rom. t. 4. lit. X.* Nam hi avidiſſimè tale expetunt. Hanc in rem iterum laud. Dn. Gratianus *in alleg. Conc. funebr. p. 8.* Landflüchtigen Perſonen/ inquit, die Henckermäſſig/ und von ihrem Gewiſſen geängſtiget werden / iſt leicht zu locken / daß ſie / wie die Vögel gleicher Federn / ſchaarweis dahin fliehen / wo ſie vor Richterlich[illegible] und gefänglichem Angriff [illegible] hoffen. Nimium [illegible] quod remo[illegible]

ſalvum facit privilegium, *arg. L.73. de contrah. emt.* (3) per abuſum, *vid. Gail. de arreſt. c.10. n.13.* (4) tempore limitationis elapsô, *L.7. C. de prec. Imp. offer.* idem quoq; de modo & conditione adjectâ deficiente dicendum. (5) per revocationem ex juſta cauſa factam ab eo, qui illud conceſſerat. *Conf. alleg.* Steiner *d. Diſſ. c. ult.*

(IV.) Affinis eſt Juri Conducendi Securitas publica, ſeu Pax, quam vocant Burgenſem, Burg-Fried / quæ hoc loco nihil aliud eſt, quàm Immunitas ab omni hominum injuria ac ſcelere, Palatiis Principum aliisve locis publicis (den Fürſtl. und Gräfl. Schlöſſern und Reſidentzen) competens.

Dicitur (1) *Immunitas ab omni hominum injuria ac ſcelere.* In hoc enim conſiſtit hujusmodi Pax, ut Securitatem contra quamcunque temerariam invaſionem & injuſtam læſionem cuique in hisce locis verſanti, ſub gravi pœna in violatores ſtatuta, præſtet.

Dicitur (2) *Palatiis Principum aliisve locis publicis competens.* Palatia Dn. Fritſch. *in tract. de Palat. & Domib. Dominic. c. 2. n.5.* ita deſcribit: Quòd ſint ædes, ad perpetuam, vel temporariam habitationem Principis, ejusq; Palatinorum uſum, in civitate comparatæ, vel exſtructæ. Regalibus annumerantur, *c. un. quæ ſint Regal. 2. F. 56.* His igitur inprimis competit ejusmodi Securitas. Si enim domus etiam privata cuique ſua tutiſſimum eſt refugium atq; receptaculum, *L.18. ff. de in jus voc.* ſiq; nihil ſanctiùs, aut omni Religione munitius eſt, quàm domus

domus uniuſcujuſq; civium, *juxta Cic in Orat. pro domo.* Cur non multò magis Domus, ſeu Curia Principis (quæ aliàs in tanta conſideratione eſt, ut, *ſecundùm c.1. & 2. extra de major. & obed.* non liceat more noctuæ ad illam venire, aut habitu transformatô, nec exinde citra reverentiam Principi exhibitam recedere, *Dn. Fritſch.d. tract. c.12, n.4.*) cuilibet in eo verſanti, ſeu ad id, ceu ad publicum Aſylum confugienti ſanctiſſimum præbebit tutamen. Per alia loca publica intelligimus Curias, Theatra, Fora, & id genus alia. Nam & hæc ſecuritate gaudent publicâ, ita ut aliquem inibi lædere, aut offendere grandius reputetur nefas, ac ſi alibi tale quid admiſſum. Hinc graviori quoque coërcentur pœnâ ejusmodi delicta. Qui enim aliquem adoritur atque offendit in domo Principis, vel Curia, ſeu Theatro Civitatis, is certè Principi atq; Magiſtratui injuriam haud levem infert, violando ac deſpiciendo ejus autoritatem. Atqui eum, qui injuriis Magiſtratum afficit, ſeveriori pœnâ, ut relegatione, fuſtigatione, aut manus amputatione plectendum eſſe, tradit Dn. Carpzov. *Prax. Crim. p. 1. quæſt. 40. n. 32.* Solent autem plerumque Palatiis Principum, aliiſve locis publicis affigi ſigna & inſcriptiones Pacis Publicæ ſeu Burgenſis, à Burgis, (qui fuerunt habitacula ſeu propugnacula in limitibus, & parva Caſtella, eaq; turrita præſidio militari munita, *L.2. §.4. C. de Off. P. P. Afric. L. pen. C. de fund. rei priv. XI*) derivatæ, *juxta Dn. Myler. de Princ. pp. & Statib. Imp. c. 52. n. 2.* Sive autem ejusmodi tabulam ſeu inſcriptionem

nem Pacis Burgenſis (deß Burg-Frieds) affixam habeant Palatia Principum (idem cenſemus de Palatiis Statuum Imperii, *quâ de re vid. Dn. Fritſch. d. tract. c. 7.*) nec ne, ea nihilo tamen minus hanc habere immunitatem arbitramur: Ubi enim Princeps, ibi Securitas, modò Princeps ibidem reſideat ac Curiam celebret, vel teneat. *arg. L. 1. C. de his, qui per met. jud. L. ult. ff. quod met. cauſ. Dn. Myler. d. tr. c. 52. n. 5.* Si quis igitur in tali loco aliquid admiſerit ac quempiam, vel vi, vel verbis, læſerit, tanquam violator Pacis Publicæ, acrioribus pœnis vel manus amputatione (præjudicium refert Dn. Carpzov. *d q. 40. n. 33.*) quandoque autem capitaliter punitur, *per L. ſacra. 9. §. propriè. 3. ff. de R. D. L. Prætor. 7. §. fin. cum LL. ſeqq. ff. de injur.* Quaſi publicam Securitatem loci turbans (der den Burg-Frieden bricht) in ipſius Principis contemtum deliquiſſet, ac Domini Palatii, tanquam Superioris, reverentiam debitam lædere attentaſſet, *arg. d. L. 7. §. fin. ff. de injur. Dn. Myler. d. c. 52. n. 3.* Requiritur tamen, ut doloſè quis ac præmeditatè deliquerit, ſeu injuſtè quem aggreſſus fuerit. Perſona enim ſeu corpus humanum (utpote templum Spiritus Sancti) ſemper dignior eſt loco omni, utcunque ſacro, vel ſanctione humanâ munito. *Beſold. in Theſ. Pract. voc.* **Burg-Fried.** Hinc, ſi vim aut injuriam illatam quis propulſaverit, in nullo peccaſſe videtur, *L. 3. C. ad L. Corn. de Sicar.* cùm (1) vim vi repellere omnes leges, omniaq; jura permittant, *c. 18. extra de Homicid. c. 3. extra de ſent. excommunic. L. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. add. L. 4.*

L. 5.

L. 5. eod. adeòque nulli faciat injuriam, qui Jure ſuo utitur, *L. 55. ff. de R. J.* quod & verum putamus, etiamſi vis ſeu injuria non ex propoſito illata ſit. Non enim, inquit Obrechtus *in tract. de neceſſ. defenſ. c. 6. n. 57.* Defenſio requirit vim faciendi, ſive injuriandi propoſitum; ſed ſufficit, vis ſeu ex propoſito inferatur, ſeu absque eo, modò juſtè propulſetur. Nec (2) terminum vel limitem injuriæ propulſatio agnoſcit, *per d. L. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.* Hinc etiam Clericum, ſi celebrando miſſam fuerit ab aliquo inſultatus & vi invaſus, invaſorem, ſi alia evadendi copia non reſtet, non attentâ loci Sanctitate, occidere, & poſtea non obſtante homicidio ad inchoatam miſſæ celebrationem perficiendam redire poſſe, Canoniſtæ communiter ſtatuunt, prout ex iis refert Dn. Carpzov. *Prax. Crim. p. 1. q. 28. n. 6.* Proinde, ſi quis in loco Securitatis inſultatus moderamen inculpatæ tutelæ exceſſerit, de exceſſu tantùm puniri poteſt, *arg. L. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult. Schneidevv ad §. 1. Inſt. de J. N. G. & C. n. 18. Dn. Myler. d. c. 52. n. 4.*

Non ſolùm verò Palatium ipſum; ſed & confinia ejus Securitate gaudere tradunt Dd. apud Dn. Fritſch. *d. tract. c. 12. n. 8.*

Quær. hîc: (1) An provocans aliquem ad duellum in loco ſecuritatis publicæ, ſeu Pacis Burgenſis, da der Burg-Frieden iſt, incidat in pœnam violatæ Pacis Burgenſis? Diſtinguendum videtur: an provocatio fiat verbis injurioſis, nec ne? Priori caſu Affirmativa videtur indubitata. Poſteriori verò caſu pro Negativa facit: (1) Quod ſolâ cogitatione Pax Burgenſis violari

non

opus (1) inexcuſabilis audaciæ, quo ſine neceſſitate homo ſemetipſum in diſcrimen vitæ & æternæ Salutis conjicit. (2) intolerabilis feritatis, quatenus non in ſuam tantùm; ſed alterius etiam vitam aliquis cum rabie quâdam ſævit. (3) extremæ injuſtitiæ, quatenus pro injuria interdum leviſſima, & à viro cordato non æſtimanda, mortis exhibetur retributio. (4) immanis ſuperbiæ, quatenùs victor ex ruina hoſtis, imò verò proximi ſui, gloriam ſibi quærit. (5) affectatæ inobedientiæ, quatenùs quis ita Magiſtratus ſui autoritatem ſpernit, & ſibi ipſi jus dicere præfractè annititur, *elegant. Dn. Ziegler. in not. ad Grot. lib. 2. de J. B. & P. c. 1. n. 15.* Nec obſtat ſententiæ huic, quod vulgò dicitur, ignominioſum videri præſertim viro Nobili & Equeſtri injuriato, injuriantem ad arma non provocare, vel provocatum non comparere, cùm vita & honor æquiparentur, & honoris amittendi non ſit minor metus viro bono, quàm vitæ, *L. 8. §. pen. ff. quod met. cauſ.* ſicut igitur pro defenſione vitæ licitum, aliquem occidere, ita etiam pro defenſione honoris licere duellum ſuſcipere, quoniam quod in defenſione vitæ eſt admiſſum, id etiam admittendum in defenſione honoris. Hæc enim juxta Gailium *lib. 2. Obſ. 100. n. 8.* magis politicè quàm Chriſtianè ſcribuntur ac diſputantur. Nobiles enim æquè Juri Divino & naturali ſubſunt, ac ignobiles. Et quamvis conſuetudine & præſertim Nobilium vel Militum opinione detrectans duellum pro infami habeatur, & à conſortio quoque aut menſis & compotationibus reliquorum arceatur; ſicut in hujus putativæ ignominiæ

miniæ ſignum apud Germanos conſuetum dicunt, laciniam ſeu mappam, quâ menſa integitur, pro ea parte, quam talis in accumbendo occupat, arceri; ea tamen eſt prorſus irrationabilis & erronea, atque directò contra jus divinum & bonos mores, nec conſuetudinem hujusmodi in tremendo præſertim Dei judicio homicidam aliquando excuſaturam credimus cum Bachovio *ad Treutl. vol. 2. Diſp. 32. th. 6. lit. G.* Irrationabilem & erroneam eam eſſe; patet exinde: Quoniam non in cujusquam poteſtate eſt, injurioſis verbis alterius famæ & exiſtimationi reverà detrahere, quæ ſicut virtute & honeſtate vitæ comparatur; ita non niſi per facta turpia & inhoneſta, quæ vel lex ipſa propter evidentiam directò, vel ubi clanculùm admiſſa probationibus legitimis detecta ſunt, miniſterio Judicis per ſententiam notat: alioquin uno momento quis integram univerſitatem hominum infamem reddere poſſet. Et ſicut aliàs pro imbelli non habetur, qui abſtinet ab eo, quod ſibi etiam civiliter dedecori, vel probro reputatur; ita nec ipſi pro puſillanimi habendus erit, qui tam ſuum, quàm adverſarii periculum, æternæ ſalutis, quæ momentum famæ & exiſtimationis civilis longè ſupergreditur, concernens, penſi habens, pugnam rationabiliter detrectat, documentumq; fortitudinis in aliud commodius & Reip. magis proficuum tempus rejicit. *Vid. Dn. Franzk. lib. 2. Reſol. 23. Exerc. 12. quaſt. 6. in addit. Dn. Jacob. Brandmyll. in Manuduct. ad Jus Canon. & Civil. p. m. 143. & ſeqq. Wurmſer. Exerc. Jur. public. 8. quaſt. 27. Conſ. Freinsheim. Orat. 17.*

Aa Quem-

Quemadmodum autem hactenùs enumeratas perſonas Aſylorum Jus nequaquam defendit: Ita Immunitatem non denegat (1) Homicidis imprudentibus, & qui non ex propoſito & dolo malo; ſed caſu aliquo fortuito homicidium commiſerunt, ſeu in aliquod aliud infortunium inciderunt, *Exod. 21. v. 12. Deut. 4. v. 41. & ſeq. cap. 19. v. 4. & ſeq. clem. 1. de homicid. vol. & invol.* Caſus enim eſt cauſa agens præter intentionem, & quæ caſualia ſunt, ea non ſunt voluntaria. *D. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 64. art. 8.* Ubi autem deeſt voluntas, ibi abeſt delictum, *arg. L. 53. pr. ff. de furt.* Siquidem voluntas eſt quaſi poſthumus exſiſtens in utero, qui, ſi non producitur in lucem, nihil operatur, *Sebaſt. Medic. de fortuit. caſib. p. 1. q. 1. n. 9. & ſeq. & p. 2. q. 1. n. 48.* allegans autem fortuitum caſum in homicidio interceſſiſſe, illum probare debet, niſi hoc ſit commiſſum in perſonam amici, vel affinis; Nam tali caſu præſumeretur caſuale, non doloſum. *alleg. Sebaſt. Medic. d. p. 2. q. 1. n. 46. & ſeq.* (2) Homicidis neceſſariis, qui ſcil. defenſionis cauſâ homicidium committunt. Hi enim non puniuntur, *Sebaſt. Medic. d. p. 1. q. 8. n. 32* eâdem Immunitate gaudent, licet moderamen inculpatæ tutelæ exceſſerint, quoniam hoc caſu pœna ordinaria ſibi non vindicat locum; ſed extraordinaria. *Vid. Carpzov. pract. Crim. p. 1. q. 29. n. 2. & ſeqq.* Ubi autem ceſſat pœna homicidii ordinaria, ibi Securitatem tribuere valet Aſyli Jus. (3) Homicidis ex calore iracundiæ aliquem necantibus, ſi videlicet ira non ſit affectata; ſed & tanta, ut mentis quaſi

ſtatum

ſtatum evertat & ignorantiam inducat, ut irraſcens, quicquid dicit, quicquid facit, non advertat, pœnitentiamq; habeat comitem, per jam dictam rationem, *vid. Dn. Carpz. pract. Crim. p.3. q.147. n.60. Dn. Joh. Caſp. Reuß in Diſp. Inaugur. de Ira ejusq; in Jure effectibus, θ 38. & ſeqq.* (4) Homicidis culpoſis. Quæ enim delicta culpâ & negligentiâ committuntur, ſine electione fiunt, adeòque delictum imperfectum conſtituunt, & ſecundum culpæ modum extraordinariâ pœnâ coërcentur, *L.16. §.8. de pœn. L.108. de R.J. L.1. §.3. L.15. ad L. Cornel. de Sic. Ordin. Crim. art. 146. Dn. Struv. Exerc. Jur. Civ. 48. θ. 8.* (5) Homicidis ebriis, ſeu iis, qui taliter ſunt inebriati, ut quicquid agant, ignorent, *per c. inebriaverunt. c. ſanè. cauſ.15. q.1. L.6. §.7. in fin. ff. de re mil.* modò non ſit ebrietas affectata, nec ad ſobrietatem reverſus glorietur de offenſione factâ, *vid. Gail. lib.2. Obſ.110. n.24. & ſeqq. Dn. Carpz. prax. Crim. p.3. q.146. n.32. & ſeqq.* (6) Debitoribus ex infortunio quodam obæratis, qui metuunt, ne à creditoribus in carcerem conjiciantur, *L. præſenti. 6. in pr. & §.3. C. de his, qui ad Eccl. confug.* quod & olim obtinuit, *Schönborn. lib.1. Pol. c.14. pag. m.101.* Hoc tamen non procedit, ſi Aſyli Privilegium de homicidio & aliis delictis caſualibus loquatur nominatim, tum enim hoc ad debitores extendi nequit, cùm ejusmodi immunitates ſint odioſæ & ſtricti Juris & ſic ad caſus alios extendi nequeant, *arg. c. odia de R.J. in 6.* Sed Quær. hîc: An condemnatus ad mortem ipsâ nocte ante determinatum executionis diem, vel dum à Carni-

ſice ad ſupplicium ducitur, effugiens ad Aſylum ibi ſit tutus? Affirm. Decian. *Tract. crim. d. c. 28. n. 29.* Harpr. *ad §. 1. Inſt. de his, qui ſui vel al. jur. ſunt. n. 57.* Nos Negativam veriorem putamus; Reip. enim intereſt, ne delicta maneant impunita, *L. 51. §. ejusdem. ff. ad L. Aquil.* cùm non poſſit, ſecundùm Senecam, pinguior victima Deo mactari, quàm homo ſceleratus. *add. can. 44. cauſ. 23. q. 5.* Hinc ſacratiſſima dicuntur judicia, ubi de criminoſis ſupplicia ſumuntur, *L. 3. C. de Epiſc. aud.* Was den Hals verwürckt hat/ und auf den Rabenſtein gehört / das ſoll kein Kirch/ kein Königs-Schloß/ kein Pabſtes-Schoß vor gebührender Rechtfertigung (multò minùs contra executionem ſententiæ jam latæ) ſchützen und aufhalten/ graviter & eleganter pro more ſuo Pl. Rev. Dn. Gratianus Superint. Geildorffâ Limpurg. Fautor Honorandus & Amicus omnium horarum *in Conc. funebr. Dn.* Joh. Ehrenreich Zölges *de* Sternſtein *Præf. Prim. Geild. p. m. pag. 10.*

Quær. 2. An ſecurus ſit criminis capitalis reus, qui ob incuriam & negligentiam commentarienſium aufugerit, aut fraude, vel aſtu, & arte à Biroariorum ſeu lictorum manibus ſeſe extricaverit? Quod iterum negamus. Quamvis enim non negemus jus naturale vitæ ſuæ conſervationem cuivis commendans id hîc permittere: nec Reum in carcerem conjectum, ut ibi ſpontè maneat; ſed ut detineatur per cuſtodes: Imò jura ignoſcere ei, qui quocunque modô ſanguinem ſuum qualiter redimere voluit, *per L. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſent. mort. ſibi conſciv.*

conſciv. Hæ tamen rationes non evincunt, ejusmodi criminoſum in Aſylum debere recipi; ſed hoc ſaltem, eum ob fugam excuſari poſſe.

Quær. (3) An & Judæis Chriſtianorum pateant Aſyla? Affirm. de his, quæ conſtituta ſunt iis in locis, ex quibus Judæi non ſunt exterminati, ſeu in quibus liberè verſari poſſunt: Quod eò magis obtinet, quoniam plerumque in privilegiis reperiuntur hæc verba. Alle und Jede/ quæ ſunt univerſalia, geminata, vim deciſivam habentia, & ejus indolis ac naturæ, ut nihil intactum, relinquant omnimodamque perfectionem denotent, ita ut quicquid in ſpecie exceptum non eſt, ſub his verbis comprehenſum & concluſum intelligatur. *Beſold. in Theſ. Pract. lit. A. n. 35. Reinck. de R. S. & E. lib. 1. claſſ. 2. c. 2. n. 72. Autor* deß Wertheimiſchen Gegenberichts *p. 1. c. 3. p. m. 52. in fin. & ſeq.* Greiner *d. Diſp. c. 6.*

Ex dictis nunc facilè eſt colligere, Aſylorum non tollendum uſum, modò caveatur abuſus, nec his ab illis tribuatur præſidium, quos dolus malus in peccandi ſcelus exſtimulaverat, *juxta Dn. Schmidel. in not. ad Boxhornii alleg. Diſſert. 1. de Imp. Rom. t. 4. lit. X.* Nam hi avidiſſimè tale expetunt. Hanc in rem iterum laud. Dn. Gratianus *in alleg. Conc. funebr. p. 8.* Landflüchtigen Perſonen/ inquit, die Henckermäſſig/ und von ihrem Gewiſſen geängſtiget werden / iſt leicht zu locken / daß ſie/ wie die Vögel gleicher Federn/ ſchaarweis dahin fliehen / wo ſie vor Richterlicher Rügung und gefänglichem Angriff Unterſchleiff und Schutz hoffen. Nimium igitur eſt Jus Canonicum, quod

remotis ſolis nocturnis populatoribus agrorum, publicis latronibus, ac homicidis doloſis, *per c. inter alia. extra de immunit. Eccleſ. & c. 1. de homicid. in 6.* cæteris cujuscunque facinoris reis immunitatem tribuit, & fatetur Petrus de Ferrar. *in pract. tit. 52. num 47.* Jura iſta facta eſſe ſine ratione, & ad beneplacitum, imò contra Jus Divinum, *Dn. Ziegler. in not. ad Grot. lib. 2. de J. B. & P. c. 21. n 5. Dn. Brunnem. ad L. 2. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.*

Dicitur (4) *à vi externâ ſeu injuſtâ defendens:* Quibus verbis innuitur finis Juris Aſyli. Hujus enim intentio eſt contra vim injuſtam defendere. Ubi igitur vis inferenda eſt juſta, ibi defenſio eſt injuſta, & omnis contra eam ſilet immunitas. Hinc Magiſtratus loci, Aſylo privilegiati, homicidam immunitate non gaudentem, der die Freyheit nicht leiden mag / punire poteſt, *vid. Dn. Myler. d. tract. de Jur. Aſylor. c. 11. n. 12.* quòd & verum putamus, etiamſi ſint Comites, Barones, & Nobiles immediatè Imperio ſubjecti, quia prædictæ perſonæ extra Territorii ſui Diſtrictum pro privatis reputantur, *teſte Gail. de P. P. lib. 1. c. 16. n. 28.* & aliàs unusquisque in loco Delicti commiſſi forum ſortitur & puniri poteſt, *ut patet ex L. 3. ff. de Offic. Præſ. L. 7. §. idem Imp. 4. L. fin. ff. de accuſat. L. 11. ff. de cuſtod. reor.* Delictum namque tribuit Jurisdictionem ei, qui aliàs Judex non eſt, *Gail. de pignorat. c. 3. n. 11.* nullo habitô reſpectu, unde delinquens ſit oriundus, *L. 7. in fin. ff. de capt. & poſtlim. rev. Nov. 8. c. 12.* vel cujus ſit Ordinis & Dignitatis, *L. 24. C. de Epiſc. & Cler. L. 14. ff. de pœn.*

vid.

vid. quæ hâc de re ſuprà. c. 7. diximus. Conf. Dn. Gremer *d. Diſp. c. 7.* ſed quid ſi lictorum blandimentis & impunitate promiſsâ ex Aſyli loco eliciantur, anne tunc debitæ pœnæ ſubjiciendi, aut Aſylo reſtituendi? Prius Affirm. *per L. 3. §. 2. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* Sibi namque imputet profugus, adhibendo fidem impunitatis lictoribus, utpote Juſtitiæ executoribus, cùm promiſſiones tanquàm rem extra eorum poteſtatem ſervare nequeant, *per c. ſicuti antiquitus. c. conſtituimus. cauſ. 17. q. 4.* & dolus bonus in jure non cenſeatur prohibitus, *per L. 1. ff. de dol. mal.* Qui enim iniquis modis circumſcriptus læditur, is decipitur, *Bronch. ad L. 116. §. fin. de R. J.* blanditiæ autem in Jure Civili ſunt conceſſæ, *arg. L. 3. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. vid. Dn. Myler. d. tract. c. ult. n. 10.* Aliud dicendum, ſi Princeps immunitatem promiſerit. Si enim fides data à Privato hoſti eſt ſervanda, *L. 5. de pact.* multò magis à Principe, vel alio Juriſdictionem Criminalem habente, data fides ſervari debet, quia gerit perſonam publicam, *Dec. ad L. 65. de R. J. n. 7. & 8.* nec bona fides venientem decipiat, & auctoritas publica, *contra L. 1. C. de his, qui ven. at. impetr. ubi dicitur, quod authoritate Principis nemo decipi debeat. Cagnol. ad d. L. 65. de R. J. n. 19. vid.* Greiner *d. Diſp. c. 8. Confer. Coler. de P. E. p. 4. c. 1. n. 192.*

Reſtat, ut videamus, quibus modis Jus Aſyli amittatur. Fit autem hoc (1) per non uſum, *c. privilegium, cauſ. 11. q. 3.* (2) exſtincto loco, cui conceſſum eſt, niſi hoſtili manu deſtructus fuerit, quo caſu ſpes reſtitutionis reſidua loco

ſalvum facit privilegium, *arg. L.73. de contrah. emt.* (3) per abuſum, *vid. Gail. de arreſt. c.10. n.13.* (4) tempore limitationis elapſô, *L.7. C. de prec. Imp. offer.* idem quoq; de modo & conditione adjectâ deficiente dicendum. (5) per revocationem ex juſta cauſa factam ab eo, qui illud conceſſerat. *Conf. alleg.* Greiner *d. Diſſ. c. ult.*

(IV.) Affinis eſt Juri Conducendi Securitas publica, ſeu Pax, quam vocant Burgenſem, Burg-Fried / quæ hoc loco nihil aliud eſt, quàm Immunitas ab omni hominum injuria ac ſcelere, Palatiis Principum aliisve locis publicis (den Fürſtl. und Gräfl. Schlöſſern und Reſidentzen) competens.

Dicitur (1) *Immunitas ab omni hominum injuria ac ſcelere.* In hoc enim conſiſtit hujusmodi Pax, ut Securitatem contra quamcunque temerariam invaſionem & injuſtam læſionem cuique in hisce locis verſanti, ſub gravi pœna in violatores ſtatuta, præſtet.

Dicitur (2) *Palatiis Principum aliisve locis publicis competens.* Palatia Dn. Fritſch. *in tract. de Palat. & Domib. Dominic. c. 2. n. 5.* ita deſcribit: Quòd ſint ædes, ad perpetuam, vel temporariam habitationem Principis, ejusq; Palatinorum uſum, in civitate comparatæ, vel exſtructæ. Regalibus annumerantur, *c. un. quæ ſint Regal. 2. F. 56.* His igitur inprimis competit ejusmodi Securitas. Si enim domus etiam privata cuique ſua tutiſſimum eſt refugium atq; receptaculum, *L. 18. ff. de in jus voc.* ſicq; nihil ſanctiùs, aut omni Religione munitius eſt, quàm

domus

domus uniuscujusq; civium, *juxta Cic in Orat. pro domo.* Cur non multò magis Domus, ſeu Curia Principis (quæ aliàs in tanta conſideratione eſt, ut, *ſecundùm c.1. & 2. extra de major. & obed.* non liceat more noctuæ ad illam venire, aut habitu transformatô, nec exinde citra reverentiam Principi exhibitam recedere, *Dn. Fritſch. d. tract. c.12, n.4.)* cuilibet in eo verſanti, ſeu ad id, ceu ad publicum Aſylum confugienti ſanctiſſimum præbebit tutamen. Per alia loca publica intelligimus Curias, Theatra, Fora, & id genus alia. Nam & hæc ſecuritate gaudent publicâ, ita ut aliquem inibi lædere, aut offendere grandius reputetur nefas, ac ſi alibi tale quid admiſſum. Hinc graviori quoque coërcentur pœnâ ejusmodi delicta. Qui enim aliquem adoritur atque offendit in domo Principis, vel Curia, ſeu Theatro Civitatis, is certè Principi atq; Magiſtratui injuriam haud levem infert, violando ac deſpiciendo ejus autoritatem. Atqui eum, qui injuriis Magiſtratum afficit, ſeveriori pœnâ, ut relegatione, fuſtigatione, aut manus amputatione plectendum eſſe, tradit Dn. Carpzov. *Prax. Crim. p. 1. quæſt. 41. n. 32.* Solent autem plerumque Palatiis Principum, aliiſve locis publicis affigi ſigna & inſcriptiones Pacis Publicæ ſeu Burgenſis, à Burgis, (qui fuerunt habitacula ſeu propugnacula in limitibus, & parva Caſtella, eaq; turrita præſidio militari munita, *L. 2. §. 4. C. de Off. P. P. Afric. L. pen. C. de fund. rei priv. XI)* derivatæ, *juxta Dn. Myler. de Princip. & Statib. Imp. c. 52. n. 2.* Sive autem ejusmodi tabulam ſeu inſcriptio-

nem Pacis Burgenſis (deß Burg-Frieds) affixam habeant Palatia Principum (idem cenſemus de Palatiis Statuum Imperii, *quâ de re vid. Dn. Fritſch. d. tract. c. 7.*) nec ne, ea nihilo tamen minus hanc habere immunitatem arbitramur: Ubi enim Princeps, ibi Securitas, modò Princeps ibidem reſideat ac Curiam celebret, vel teneat. *arg. L. 1. C. de his, qui per met. jud. L. ult. ff. quod met. cauſ. Dn. Myler. d. tr. c. 52. n. 5.* Si quis igitur in tali loco aliquid admiſerit ac quempiam, vel vi, vel verbis, læſerit, tanquam violator Pacis Publicæ, acrioribus pœnis vel manus amputatione (præjudicium refert Dn. Carpzov. *d. q. 40. n. 33.*) quandoque autem capitaliter punitur, *per L. ſacra. 9. §. propriè. 3. ff. de R. D. L. Prætor. 7. §. fin. cum LL. ſeqq. ff. de injur.* Quaſi publicam Securitatem loci turbans (der den Burg-Frieden bricht) in ipſius Principis contemtum deliquiſſet, ac Domini Palatii, tanquam Superioris, reverentiam debitam lædere attentaſſet, *arg. d. L. 7. §. fin. ff. de injur. Dn. Myler. d. c. 52. n. 3.* Requiritur tamen, ut doloſè quis ac præmeditatè deliquerit, ſeu injuſtè quem aggreſſus fuerit. Perſona enim ſeu corpus humanum (utpote templum Spiritus Sancti) ſemper dignior eſt loco omni, utcunque ſacro, vel ſanctione humanâ munito. *Beſold. in Theſ. Pract. voc.* Burg-Fried. Hinc, ſi vim aut injuriam illatam quis propulſaverit, in nullo peccaſſe videtur, *L. 3. C. ad L. Corn. de Sicar.* cùm (1) vim vi repellere omnes leges, omniaq; jura permittant, *c. 18. extra de Homicid. c. 3. extra de ſent. excommunic. L. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. add. L. 4.*

L. 5.

L. 5. eod. adeòque nulli faciat injuriam, qui jure ſuo utitur, *L. 55. ff. de R. J.* quod & verum putamus, etiamſi vis ſeu injuria non ex propoſito illata ſit. Non enim, inquit Obrechtus *in tract. de neceſſ. defenſ. c. 6. n. 57.* Defenſio requirit vim faciendi, ſive injuriandi propoſitum; ſed ſufficit, vis ſeu ex propoſito inferatur, ſeu absque eo, modò juſtè propulſetur. Nec (2) terminum vel limitem injuriæ propulſatio agnoſcit, *per d. L. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.* Hinc etiam Clericum, ſi celebrando miſſam fuerit ab aliquo inſultatus & vi invaſus, invaſorem, ſi alia evadendi copia non reſtet, non attentâ loci Sanctitate, occidere, & poſtea non obſtante homicidio ad inchoatam miſſæ celebrationem perficiendam redire poſſe, Canoniſtæ communiter ſtatuunt, prout ex iis refert Dn. Carpzov. *Prax. Crim. p. 1. q. 28. n. 6.* Proinde, ſi quis in loco Securitatis inſultatus moderamen inculpatæ tutelæ exceſſerit, de exceſſu tantùm puniri poteſt, *arg. L. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult. Schneidevv ad §. 1. Inſt. de J. N. G. & C. n. 18. Dn. Myler. d. c. 52. n. 4.*

Non ſolùm verò Palatium ipſum; ſed & confinia ejus Securitate gaudere tradunt Dd. apud Dn. Fritſch. *d. tract. c. 12. n. 8.*

Quær. hîc: (1) An provocans aliquem ad duellum in loco ſecuritatis publicæ, ſeu Pacis Burgenſis, da der Burg-Frieden iſt / incidat in pœnam violatæ Pacis Burgenſis? Diſtinguendum videtur: an provocatio fiat verbis injurioſis, nec ne? Priori caſu Affirmativa videtur indubitata. Poſteriori verò caſu pro Negativa facit: (1) Quod ſolâ cogitatione Pax Burgenſis violari

non

non poſſit; cùm cogitata tùm demum, quando in externos influunt actus, non ratione ſui; ſed ratione actuum externorum accipiant meriti qualitatem, *Dn. Frideric.* Kühn *in Diſſ. Inaug. de lenit. Jud. in pæn. irrog. obſerv.* 6. 8. Hîc autem nuda de delinquendo, lædendo ſcil. aut offendendo altero, appareat cogitatio, quæ pœnam non patitur. *L. 18. ff. de pæn.* (2) Quòd pœnæ potiùs molliendæ, quàm exaſperandæ, *L. 42. ff. de pæn. arg. c. non afferamus. 21. ubi Gl. in verb. ſceleratius. cauſ. 24. q. 1.* Cùm in odioſis verba Conſtitutionis propriè ſint accipienda. *L. 1. §. 20. ff. de Exerc. act. L. 19. ff. de lib. & poſthum.* & præterea omnia, quæ conſtituta ſunt, opus habeant gubernativâ Sapientia ex Legibus ſupervenienté negotiis, quæ inſpiciens ſingula cum cura vocet in auxilium, & convertat in uſum, cùm dederit occaſio, & ad juris ſcripti regulas ea, quæ in legibus poſita ſunt, vel imitatione, vel conjecturis temperaret, *Nov. 98. præf. L. 2. §. 18. C. de V. J. E. laud. Dn.* Kühn *d. Diſſ.* 6. 2. Verùm & hoc caſu Affirmativam veriorem putamus. Siquidem ejusmodi provocatio non poteſt haberi pro nuda cogitatione, quæ, ſi mentem non exeat, ſed in ea ſolùm reſideat, nec in actum aliquem externum perveniat, utique pœnam nullam meretur. Nam hic non ſolùm intentio de profundendo ſanguine & committendâ cæde humanâ; ſed inſuper actus aliquis externus provocatio nimirum ad duellum intervenit, quæ delinquendi voluntatem detegit, adeòque non immeritò pro delicto jam habetur, ac puniri poteſt: ſufficit enim ad pœnam meditari punienda,

da, *Senec.5.de benefic.14. vid. Gothofred. ad d. L.18.ff.de pœn. Conf. Dn. Carpzov. in Juriſpr. For.p.4. Conſt.9. def.1. Dn. Myler. d.c.52. n.7. ubi circa fin. ait : tantò gravius hoc eſſe delictum, ſi quiſpiam non habito reſpectu loci Pace Burgenſi ſanctificati Titium ad duellum provocet, eoq́ ipſo Principis Dignitatem & Palatii reverentiam læſerit, ut meritò ordinariâ pœnâ plecti poſſit.*

Sed quid, ſi quis in confinibus Palatii, aut in atrio ad duellum quem provocaverit. Extraordinariâ eum afficiendum eſſe pœnâ, laud. Dn. Myler. *d.cap.52.n.8.* ſtatuit, quam Sententiam & nos tanquam æquiorem amplectimur, cùm utique major debeatur ſecuritas ipſi Palatio, quàm ejus confinibus, adeòque quò ſanctior locus, eò gravior quoque eſt ejusdem violatio, quæ non immeritò etiam ſeveriorem meretur pœnam.

Quær.(2) An Pacis Burgenſis violatæ pœnam incurrat quoque is, qui tertium gladio non læſit; ſed illum tantùm ſtrinxit, nec manu pulſavit; ſed manum ad pulſandum tantùm levavit? Affirm. *arg. L.15.§.1.ff.de injur.*

Quamvis enim quis non quidem pugnô percuſſus ſit; ſi tamen extentô brachiô, porrectâ manu parum abſuit, quin percuteretur attentans animum nocendi apertè prodidit, Pacem Burgenſem turbare attentavit, ac loci ſanctitatem contaminavit, *Dn. Myler. d. c.52.n.9.(ubi circa fin. praxin Imp.Rom.Germ. hoc obſervare teſtatur,* Daß/ wann einer in den Reſidentzien nur die Hand zum Schlagen aufhebt/ der

der Burg-Fried gebrochen ſeye.) *Dn. Fritſch. d. c. 12. n. 4.*

Quær. (3) Qua pœna plectendus ſit is, qui Palatii Principis portam rumpit, vel ſcalis admotis, aut aliâ quavis ratione muros ejus noctu, vel interdiu, tranſcendit? Pro capitali pugnat Jus Rom. *in §. 10. Inſt. de rer. diviſ. L. 8. §. ult. & L. ult. ff. eod.* In praxi tamen illud non obſervari, niſi in caſtris ac propugnaculis Principum ferè communior eſt ſententia, *fundata in L. Deſertorem. 3. §. 17. ff. de re milit.* Nos cum Dn. Fritſchio *d. c. 12. n. 12.* diſtinguimus tempora, ita ut ſi tempore guerræ & hoſtilitatis publicæ tale quid fiat, pœnam capitis locum habere poſſe concedamus, cùm hoſtilis & abominanda res ſit, quacunque ratione ſacram Palatii ſecuritatem violare; ſin autem pacis tempore & ceſſante Reip. periculo quis id tentaverit, pro ratione circumſtantiarum, niſi pœna lege fuerit determinata, arbitrariam ſufficere arbitremur, *arg. L. 42. ff. de pœn.*

Plura quidem ſe offerunt Affinia, ſed potiora tantùm attingere placuit; cætera videri poterunt apud Bechtium *de Securit. & Salvo Conductu.*

CAPUT

CAPUT X. & ULTIMUM, De *Contrariis Juris Conducendi.*

ANtequam finiamus hunc noſtrum Tractatum, pauca quædam adjiciemus de contrariis Conductûs & Juris Conducendi.

Contrariatur autem Conductui (1) Pignoratio, ſapit enim quandam ſpeciem violentiæ publicæ, vel ſaltem privatæ, *Nov. 52. præf. L. 13. ff quod met. cauſ.* quæ noſtro Conductui non parùm obſtat. Sed cùm hac de materia jam ſuprà *c. 7.* egerimus, actum agere nolumus, *add. Gail. tract. ſing. de pignorat. Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. n. 253. & ſeqq.*

(2) Arreſtum, quod nihil aliud eſt, quàm impedimentum, ſive interdictum Judicis, quô contra & de facto perſona aut res, ex loco, ubi inventa eſt, excedere vel moveri prohibetur, donec *v. g.* debitum, penſio, reditus annui, decimæ, collectæ, cenſus, vectigal, & id genus alia, præſtentur & ſolvantur, aut controverſia Jure Judicioque, vel Transactione diſceptetur & cauſa arreſti tollatur. *Dn. Joh.* Beliȝ *in proceſſ. Camer. tab. 3.* Hujusmodi arreſta regulariter omni jure, tam Civili, quàm Canonico, ſunt prohibita, *vid. L. 1. & 2. C. de execut. rei jud. L. 58. ff. de re judic. §. 4. Inſtit. de interdict. c. laudabilem. extra ut lit. pend. L. 1. & 2. C. ut nem. lic. ſin. Jud. aut ſign. reb. impon. al. c. 1. 2. & 3. de ſe-*

queſt.

queſt.poſſ.& fruct. c.un. cod. in 6. clem. un. eod. R. I. Spir. de Anno 1570. §. Wann auch die *arreſta.84.* Dictos tamen textus intelligendos monent Dd. de Arreſtis, quæ facti ſunt, *h.e.* quæ fiunt propriâ autoritate, ſine cauſæ cognitione. Illa enim de jure omninò interdicta eſſe, quia Judicium ab executione non ſit inchoandum, nemoq; in propria cauſa ſibi jus dicere debeat. Non autem de Arreſtis, quæ juris ſunt. Illa enim cum cauſæ cognitione fieri & licitè interponi præſertim contra forenſes ſive extraneos & advenas, *vid. Gail. de Arreſt. c.3.n.2. & 14. & c.11.n.3. ac 21. & lib. 2. Obſ. 44.n.10.*

Illos, quibus Securitas, ſeu Conductus conceſſus, ſine juſta cauſâ arreſtari non poſſe, per ſe patet, cùm abſurdum, imò Magiſtratui non parùm ignominioſum ſit, Securitatem promittere & non ſervare, ſed, quod magis eſt, ipſam violare. Non immeritò igitur hoc modo contra Jus & fas arreſtatus in Camera Imp. ex Conſtitutione Arreſtorum, *alleg. Rec. Imp. Spir. de Anno 1570. d. §. inſertâ.* agere & Mandatum ſine Clauſula cum adnexa citatione ad docendum, vel videndum obtinere poterit. *Vid. Receſſ. Deput. de Anno 1600.* §. Wann ſich begebe. *51.* Ut autem hæc locum habeat, requiritur (1) ut Immediatus alterius Immediati res vel ſubditos, eorúmve bona arreſtaverit. Si tamen plures diverſi generis fuerint Actores, immediati & mediati, tunc ex cauſæ continentia non minùs Mandatum ſuper Arreſtis impetrari poteſt. Beſitz *d. loc.* (2) Ut Arreſtum factum ſit ob cauſam Civilem non Criminalem. *Ord. Cam. p.2. tit.28.*

§. Item

§. Item nachdem. *verſ.* doch ob ſich jemand. (3) Ut Arreſtator ipſe aliusq; ipſius mandato, vel aſſenſu Arreſtum fecerit, *Gail d. tract. de arreſt. c. 4. n. 8.* (4) Ut Arreſtatori idonea offeratur Cautio de judicio ſiſti & judicatum ſolvi, *Gail. d. c. 4. n. 9. & ſeqq. ubi n. 11. tradit. Mandata de relaxandis Arreſtis in Camera decernenda eſſe, etiamſi nulla adhuc Arreſtatori Cautio præſtita ſit, neque aliquod documentum interpoſitæ vel oblatæ Cautionis exhibitum, dummodo Arreſtatus in libello ſupplici proponat ſe paratum eſſe eam in continenti præſtare. Melius tamen eſſe dicit Schvvanm. lib. 1. Proceſſ. Cam. c. 13. n. 4. ut Actor re aliquâ ſibi arreſtatâ ſtatim, & ante quàm pro Mandato de relaxando Arreſto ſupplicat, Reo Cautionem de judicio ſiſti & judicatum ſolvi idoneam offerat: Sic enim Arreſtantem in mora conſtitui, & ad uſuras atque damna à die oblatæ Cautionis teneri, cùm à ſua parte Conſtitutioni Actor ſatisfecerit, & Reus per Cautionem ſecurus reddatur, ubi via Juris adverſus Actorem experiri cupit.* Poſt paritionem cauſa principalis ad Forum Ordinarium remittitur, *dict. Conſt.* §. Wann auch die *arreſta. in fin. Plura hâc de re vid. apud citatos Autores, quibus addatur Denais. in Jur. Cam. tit. 184. Roding. Pand. Cam. lib. 1. tit. 11.*

(5) Obſtant Securitati Repræſaliæ, vel ut vulgò ſcribitur Repreſſaliæ, quando ſcil. conducendus pro alterius debito à Conductore detinetur, donec iſte ſatisfaciat. Sunt enim Repreſſaliæ nihil aliud, quàm detentio, pro alterius debito, perſonarum aut rerum eorum, à quorum

Magiſtratu Juſtitia nobis eſt denegata aut indebitè protracta. Vel ut eas deſcribit Dn. Gothofred. de Jena *in Diſp. de Regalib. θ.45.* ſunt manus injectio, quâ nobis conceditur, perſonas vel bona earum apprehendere, & detinere, quæ nobis alio Juris prætextu obligatæ non ſunt, quàm quod earum Magiſtratus injuſtè nos habuerit, aut Concives, qui nobis obligati ſunt, juſto termino planè non ſatisfecerunt, & ad inſtantiam noſtram Magiſtratus loci Superior jus nobis vel apertè denegaverit, vel protractione indebitâ ſuſpenderit. Has Repreſſalias injuſtas & tàm Jure Divino, quàm Naturali, Canonico & Civili improbatas eſſe nonnulli contendunt: Ex Jure divino allegant text. Ezech. 18. v. 4. 17. & ſeqq. Juri Gentium & Naturali adverſari Repreſſalias exinde probant, quoniam unusquisque pro ſuo admiſſo ſorti eſt objiciendus, nec alterius Criminis Reus conſtituendus, *c. Judæi. c. jam itaq. cauſ. 1. q. 4.* imò dictamini rectæ Rationis planè abſonum & inconveniens eſt, alium quidem delinquere, ſed alium pro ipſo plecti, *c. 1. extra de injur. & damno dato in 6.* Deinde Lex Juſtitiæ Juriſq; Gentium & Naturalis imperat: Alterum non eſſe lædendum, *§. 3. Inſt. de J. & J.* item: id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium non transferri, *L. 11. ff. de R. J.* At contra fit per Repreſſalias, quoniam utique graviſſimè læditur, qui vel ipſe capitur ob debitum ſeu delictum alienum, vel cujus bona auferuntur ſeu detinentur. Per Repreſſalias quoq; id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro aut delicto ad alium transferri palàm eſt. De Jure Can. repreſſalias ex genere probito-

rum eſſe monſtrant ex d c. 1. extra de injur. in 6. & cap. innovamus. extra de treuga & pace, ubi omnibus itinerantibus, ſeu transeuntibus, ſeu redeuntibus congruus Salvus Conductus tribuitur, qui violatur per Repreſſalias, ex quarum vi innoxius tranſitus denegatur, *c. notandum cauſ. 23. quæſt. 2.* De Jure Civili minus eſt ambiguitatis; habemus enim regulam Juris & Juſtitiæ firmiſſimam: Neminem alterius odio prægravari debere, *L. non debet alteri. 74. ff. de R. J. L. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoffic. teſtam.* Sed odio non ſolventis, nec Juſtitiam adminiſtrantis, gravatur per Repreſſalias, qui propter alienum debitum non ſolutum & propter Juſtitiam denegatam, vel protractam capitur, aut cujus bona detinentur, *add. L. factum. 155. ff. de R. J. L. alterius. 49. eod. L. 15. qui. 9. ff. quo in fraud. cred. Et hoc optimè probant text. in L. un. C. ut null. ex vican. pro alien. vican. Auth. habita. C. Ne fil. pro patr. & Nov. 134. c. 7. vid. Dan. Döring. in Diſp. Inaug. de jur. retent. & ejus except. 6. 21.*

His non obſtantibus ſunt, qui Repreſſalias, ſi fiant in id, ut ſuum cuiq; reſtituatur, & ne Juſtitia ad multorum aſſiduas inſtantias ſemper denegata pereat, modus item ſi non excedatur, & qui ab his exemti ſunt, excepti maneant, Juri Naturæ & Gentium, ut & noſtro Civili haud repugnare, ſed omnibus illis conſentaneas eſſe arbitrantur, *vid. Dn. Conring. in Diſp. de Legat. coroll. 3. Joh. Jac. à Canibus in tract. de Repreſſal. p. 1. n. 14. & ſeqq. Martin. Laudenſ. de Repreſſal. n. 4. & ſeqq.*

Requiritur ergò, ut locum habeant Repreſ-

ſaliæ: (1) Denegatio Juſtitiæ manifeſta, cùm ſcil. Princeps aut Magiſtratus extraneus pro Juris & Juſtitiæ adminiſtratione in cauſis liquidis crebrò requiſitus eam ſupplicanti manifeſtè denegavit, aut ex negligentia dolóve protraxit. Quoniam omnia priùs experiri quàm armis ſapientem decet, ideò quamdiu ullum aliud ſupereſt remedium, ad extraordinarium hocce non eſt confugiendum, *Dn. Carpzov. J. F. p. 4. Conſt. 16. defin. 4. Dn. Caſp. Ziegler. in not. ad Grot. lib. 3. de J. B. & P. c. 2. n. 5.* Hinc fluit, notificationem debere præcedere, ut ſcil. Princeps vel Magiſtratus requirat ſuis literis vel legatione miſsâ Magiſtratum negligentem, ut is compellat damnum reſarcire eum, qui dedit, alioquin ſe conceſſurum Repreſſalias) nec ſufficere denegationem factam à Judice inferiori; Superior enim adhuc ſupereſt, qui adiri & pro adminiſtratione Juris & Juſtitiæ implorari poteſt, *Dn. Carpz. d. def 4. n. 6.* Qui ſi & ipſe juſtitiam deneget, tum demum cæteris paribus ad Repreſſalias eſt deſcendendum, *laud. Joh. Jac. à Canib. d. p. 1. n. 21.* (2) Debitum liquidum vel delictum atrox, *arg L. un. C. de prohib. ſequeſt. pec.* Illiquidum enim quamdiu eſt debitum, dici non poteſt juſtitiam eſſe denegatam, & uti aliàs illiquidi nulla compenſatio, & delicti nondum probati nulla pœna, nulla exſecutio: Ita multò minùs Repreſſaliæ ibidem habebunt locum, *Joh. Jac. à Canib. d. tract. p. 1. n. 32. ubi ſtatuit, propter debitum civiliter tantùm non eſſe concedendas Repreſſalias.* (3) Requiritur, ut damnum, ſpoliatio vel injuria ſit magni valoris non rei modicæ, *cit. Aut. n. 36.* Non enim

enim exilis liticulæ inprimis privatæ occaſione Reip. ſalus in ſinuoſos ejusmodi mæandros præcipitanda, *Dn. Carpz. d. p. 4. Conſt 16. def. 5. n. 6. & ſeqq. Conf. Dn. Gothofred. de Jena alleg. diſp. de Regalib. d. 8. 45. Döring cit. loc.* Nos putamus hæc requiſita (quæ à petente non ſolùm alleganda, ſed etiam probanda: Nuda enim aſſertio ejus, qui Repreſſalias petit, hîc non ſufficit, uti nec Juramentum illius, qui ſe deſperaſſe de jure ſuo conſequendo Jurejurando affirmare velit, hîc attendendum. *Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. n. 272.*) ſi adſint, Repreſſalias, utpote uſu exigente & humanis neceſſitatibus introductas, non injuſtas eſſe, ſed ad eas propter malitiam hominum, (utcunq; id cum moleſtia aliorum, qui ipſi cum creditore nihil vel contraxerunt vel deliquerunt, fiat,) non immeritò recurri, ut quod exteri in noſtrorum odium tribuere noluerunt, ob amorem ſuorum ſolvere cogantur ad eamq; neceſſitatem adigantur, ut cupiditate liberandi cives inſontes, ſontem ſolvere condemnent iis, qui ſuccedanei & piaculares ob contumaciam aliorum facti ſunt, eleganter Cordt von Lutzom *in d. decad. Quæſt. Jur. miſcell. Argentor. Anno 1629. ſub præſid. Dn. D. Bitſchii diſput. quæſt. 3.*

Concedi autem poſſunt Repreſſaliæ à Summo Magiſtratu, qui pacis belliq; in Rep. habet poteſtatem, *Dn. Carpz. p. 4. Conſt. 16. def. 5.* In Imperio noſtro Imperator conſenſu Statuum eas decernere poteſt. Imò nec Electoribus, Principibus, & aliis Territoriorum Dominis ob Jus Autocraticum, quod habent, cujusq; vigore Impe-

ratorem in Territorio ſuo pleniſſima repræſentant imagine, poteſtas concedendi Repreſſalias denegatur. Sicuti enim aliquando Principes inconſulto Imperatore in propriam aliorumq; ſalutem militem cogere poſſunt, R. A. zu Augſp. *de Anno* 1555. §. Nachdem aber. 54. R. A. zu Speyer *de Anno* 1526. §. Darauf ſo haben Wir Uns. 9. Ita & Repreſſalias, quæ ſunt Species Belli, decernere non erunt prohibendi, ſiquidem pro ipſis ſtat Uſus & Conſuetudo, quæ hîc ſequenda, *L. 34. de R. J.*

Concedi poſſunt Repreſſaliæ pro ſubditis damnum paſſis, non pro extraneis, advenis, & incolis, munera & onera non ſuſtinentibus, *Joh. Jac. à Canib. d. p. 1. n. 29.* In Confœderatis pacta conventa probè ſunt inſpicienda, & prout illa ſunt vel ſtricta vel lata Repreſſaliæ aut concedendæ, aut denegandæ, *Mart. Laudenſ. d. tract. de Repreſſal. n. 31. & ſeq.*

Exerceri queunt Jure Gentium contra omnes ſubditos injuriam facientis aut Juſtitiam facere denegantis, qui tales ſunt ex cauſa permanente, ſeu indigenæ, ſeu advenæ, non qui transeundi aut moræ exiguæ cauſa alicubi ſunt, *Grot. de J. B. & P. lib. 3. c. 2. n. 7.* vel qui nati quidem ſunt in Regno, ſed alibi habitant. Hi enim non videntur eſſe participes ſceleris, niſi poſt indictas Repreſſalias deſiiſſent eſſe cives ejus civitatis, contra quam ſunt indictæ, *ex Tholoſ. Syntag. Jur. univ. lib. 38. c. 8. n. 16. Dn. Wintheim. in diſp. quâdam de Repreſſ. θ. 16.* Hinc facilè patet non concedendas eas eſſe (1) contra Legatos; hi enim non ſolùm Jure Gentium ſunt Sancti, *L. ult. ff. de*

ff. de Legat. ſed etiam non ſunt ſubditi, licèt per tempus aliquod alicubi commorentur, quod & verum putamus de Legatis aſſiduis, qui hodie *Reſidentes* vocantur. (2) Contra eum, qui utriusq; Reip. civis; Cùm enim par debeat eſſe affectio omnium civium, non debet aliquid ſtatui pro uno, quod ſit contra reliquum, niſi hic ſit in culpa propria & certa, *Joh. Jac. à Canib. d. p. 1. n. 34. circa fin. & n. ſeq.* Hinc dictu non eſt difficile, quid ſentiendum ſit de Repreſſaliis, quæ inter cives & ſubditos Imperii conceduntur. Utut enim turbidis temporibus paſſim in partibus Alemanniæ conſuetudo inoleverit, ut alius pro alio, innocens pro nocente prægravaretur, *teſte Lehmann. in Chron. Spirenſ. lib. 5. c. 98.* hodiè tamen, ſi ejusmodi quid fiat ad factum id potiùs referendum, quàm ad Jus, *docente Dn. Carpz. dict. def. 4. n. 14.* patent enim judicia & ratione denegatæ Juſtitiæ, vel ad Imperatorem vel ad Cameram recurri poteſt, *Ord. Cam. p. 2. tit. 26. Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. n. 280. Conf. Gail. de pignorat. obſ. 2. n. 4. ubi Imperatorem contra ejusmodi Repreſſalias privilegia concedere tradit.* Cur igitur patiamur ad arma procedere, quos Imperator ſeu Camera Imp. jurisdictione ſuâ componere poteſt, *juxta verba L. 13. §. 3. ff. de uſufr.* Uſus enim Repreſſaliarum potiſſimus eſt contra exteros, à quibus per legitimos tramites jus noſtrum non poſſumus conſequi. Cùm hoc caſu ſpes ſit faciliùs membra ejusdem ſocietatis à ſe mutuò Jus conſequi poſſe, & indemnitati ſuæ conſulere, quàm externos, quorum multis in locis exigua habetur ratio, *Grot. d. c. 2. n. 2.*

Sed & Jure Civili iis in locis, ubi viget Repreſſaliarum vel jus vel uſus, quædam perſonæ à Repreſſaliis immunes ſunt, cujusmodi inter Chriſtianos ſunt (1) Clerici, *c. un. de injur. in 6.* quando ſcil. ob cauſam Laicorum Repreſſaliæ ſunt conceſſæ, non ſi contra ipſum Clericum, qui requiſitus juſtitiam denegavit, aut ſi Clericus ſit debitor, *ex Tholoſ. alleg. c. 8. inf. laud. Dn. Wintheim. d. diſp. 8. 18.* (2) Scholares, *per auth. habita. C. ne fil. pro patre. Joh. Jac. à Canib. d. p. 1. n. 42. & ſeq.* (3) Mercatores euntes ad Nundinas, ut & in loco & tempore Nundinarum, *arg. L. un. C. de Nundin.* niſi transeant per loca prohibita, quo caſu capi eos poſſe tradit d. Aut. *n. 44.* Idem Juris eſſe putamus in aliis in Conductu peregrinantibus, maximè ſi ſolverint pedagia, *Mart. Laudenſ. de Repreſſal. n. 54.* Hi enim cùm pleniſſimâ frui debeant Securitate, nullo planè jure repreſſaliari (ut barbarè loquuntur) poſſunt. *Plura hâc de materiâ videri poſſunt apud citatos Autores inprimis apud ſæpius allegat. Joh. Jacob. à Canibus, qui à n. 44. fall. 29. usque ad fin. d. part. 1. plures etiam tradit exceptiones.*

Ipſum Jus Conducendi tollitur, (1) ſi via publica chaſmate perierit. Negato enim ſubjecto, negantur quoque ejus adjuncta, quia ſubjectum eſt principale & fundamentum adjunctorum, ſublato autem & deſtructo principali corruit & acceſſorium, *c. acceſſorium d. R. J. in 6. L. ſi Stichum. in fin. de fidejuſſ. vid. Dan. Otto in Dialect. Jur. lib. 1. c. 8. Reg. 2. Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 6. n. 45. & ſeqq.* Licet enim tali caſu

vici-

vicinus proximus viam præſtare debeat, *per L. 14. §. ait. ff. quemadm. ſerv. amitt. L. 1. §. 25. ff. ne quid in loc. publ. Dn. Fritſch. d. R. U. P. J. c. 15. num. 3.* in nova tamen hac via publica, Jus Conducendi is, qui id in alterius Territorio vi Servitutis Juriſdictionalis habuit, non nanciſcitur, per dictas rationes.

(2) Amittitur hoc Jus Præſcriptione, *qua de ſuprà c. 2. diximus.*

(3) Abuſu, quando ſcil. conducuntur Securitate indigni; Jure enim, aut Privilegio abutens indignum ſe eo reddit, *c. ut privilegia. extra de privileg. c. ubi iſta. 7. diſt. 74. c. privilegium. 63. cauſ. 11. q. 3. Vid. Sixtin. de Regal. c. 6. n. 34. Huſan. de Hominib. propriis c. 8. n. 25. & multis ſeqq.*

INDEX
RERUM ET VERBORUM.
A.

Abbas. Abbates quidam quando titulo Principum decorati, pag. 52. Hos amplitudo bonorum evexit, ibid. Abbates Cathedræ Imperialis, qui ſint, & unde dicti, ibid.

Academia. In Montepeſſulana Academia, ſi quis Medicum ſe mentitur, quâ contumeliâ afficiatur, p. 145. Academia obtinet jus Aſyli, 362

Actio confeſſoria. Actio confeſſoria utiliter accommodatur quoq; ad alia jura incorporalia extra ſervitutes, p. 240. quid ſit? ibid. & p. ſeq. ejus fundamentum & cauſa, p. 241. cui competat? ibid. Actor quid probare teneatur, ibid. contra quem detur, 242. ad quid, ibid. Libellus in hac actione quid continere debeat, ibid. & p. ſeq.

Actio negatoria. Actio negatoria quid? p. 243. hujus actionis fundamentum, 244. cui competat, ibid. contra quem, ibid. ad quid, ibid. poteſt hæc actio quoq; per modum exceptionis proponi, 245

Actio injuriarum. Actio injuriarum duplex eſt, vel enim ex edicto Prætoris deſcendit, vel ex L. Cornelia, p. 280. & ſeq. illa cui detur, contra quem, ad quid, traditur, p. 281. in ea quid actori obſervandum, ib. & p. ſeq. condemnatus

tus

tus hac actione fit infamis, p. 282. quibus modis tollatur hæc actio, ibid. Actio ex L. Cornelia cui detur, ib. pœna injuriarum extraordinaria, ad quam tendit hæc actio, quænam, ib. & p. ſeq. huic quando præſcribatur, p. 283. cumulari poteſt de more hodierno cum actione civili, ibid.

Actio ſuper fracta pace publica. Ut hæc locum habeat, quænam requirantur, p. 286. 290. & ſeq. inſtituenda ad quodnam pertineat judicium? p. 287. contra quos competat? ibid. & p. ſeq. in actoris arbitrio eſt vel omnes pœnas ſimul, vel unicam tantùm petere, 294

Actio vi bonorum raptorum. Hæc actio non ampliùs eſt in uſu, ſed criminale judicium obtinet, 287

Adſociatio. Adſociatio in præſtatione ſalvi conductus permittitur quandoque viæ demonſtrandæ gratiâ, p. 92. nihil ergò tunc præjudicat ei, cui competit die Gleits-Gerechtigkeit/ ib.

Advocatiæ jus, vid. *Protectionis jus.*

Affectatio. Affectatio dominii apud Principes incontinens, 251

Apanagium. Apanagium quid, 77. in quo conſiſtat? ibid. Apanagiati Principes regulariter non gaudent ſuperioritate territoriali, ib.

Appellatio. Provocatio. Appellatio ad Principem indubiè ſubjectionem importat, 86

Arma. Armorum appellatione quænam veniant, 286

Arreſtum. Arreſtum, quid ſit, 383. omni jure prohibitum, quando eſt facti, ſecùs ſi juris, 384. quibus ſalvus conductus conceſſus arre-

ſtari

ſtari non poſſunt, ſin tamen fiat, quodnam competat remedium? ibid.

Æſculapius. In templo Æſculapii accipi ſomnia, quibus morbi curantur, Jaml. tradit, 145

Aſylum. Jus aſyli eſt antiquiſſimum, ejus deſcriptio, 356. cauſa efficiens, ibid. Majoribus adnumeratur Regalibus, 357. immediatè competit Imperatori, aliquo modo etiam Principibus & Statibus Imperii, ib. ſubjectum ejus locus vel ſacer, vel profanus, 359. Objectum, 363. Finis, 374. Aſyla Gentilium, 360. Aſyl. Romuli, 361. Jura tam Civilia, quàm Canonica, de immunitate confugientium ad Eccleſias ſancita apud Auguſt. Confeſs. addictos hodiè non obſervantur, 360. Aſylorum V.T. ratio, ib. Aſylum quibus immunitatem non deneget, 370. quibus deneget, 364. & ſeq. Hos Magiſtratus punire poteſt, 374. Jus aſyli amittitur quinq; modis, 375. Aſylorum ſervandus uſus, tollendus abuſus, 373

Auſtrega. Auſtregarum jus non perſonæ, ſed territorio cohæret, 75. non pertinet ad cauſas criminales, 261

B.

BAnnum, Banniti. Bannum minùs rectè derivatur à Germ. Bahn/ 94. & 149. quid ſit? ibid. eſt vocabulum antiquum Germ. ib. Banniti qui ſint, 149. ſecuritate non gaudent, 148. & 94.

Baro. Barones ratione ferendorum ſuffragiorum in Comitiis æquiparantur Comitibus, 45. Baronis nomen unde deſcendat, ib. & p. ſeq.

ſeq. fuerunt olim inſtar Comitum locis quibusdam Præfecti, 47. his deinde terræ cum dignitate quadam illuſtri ut Comitibus per feudalem inveſtituram ſunt conceſſæ, ib. non ſunt in Baronum numerum referendi, qui ſimpliciter vocari amant Domini, ib.

Bona fides. Bona fides Jure Canonico ad ſubſtantiam omnis præſcriptionis requiritur, 20

Bona. Bona dicuntur alter hominis ſanguis & viſcera, 253. Bona, abrepta piratis & prædonibus, fiſco adjudicare iniquum, 302. ſicut & Naufragorum bona, 304. quid ſi vendantur? 300

Burgfried. *Pax Burgenſis.* Quid ſit, 376. cur ita dicatur, ib. adnumeratur Regalibus, ibid. gaudent illâ Palatia Principum & Domus illuſtres, ita, ut aliquem ibi lædere, grandius reputetur nefas, ac ſi alibi tale quid admiſſum, 377. Pœna turbatoris, 378. 379. quid requiratur ad ejusmodi pœnam, ibid. vide etiam quæſt. 381. 382.

Burggravii, Burggrafen. Quinam olim fuerint, 44

C.

Cadaver. Nec cadaveribus humanis conductus denegandus, 109. & 163. ea inique ob æs alienum arreſtantur, ibid. & p. ſeq. pro eo quoq; nec vectigal exigendum, ib.

Camera Imper. Cammergericht zu Speyer/ Curia Tonoteumannica dicitur, 249. Cammergericht ſæpè fit Jammergericht/ 247

Caro-

Carolus Calvus Imper. à Judæo Medico veneno extinctus eſt, 148
Caſus. Caſualia quæ ſunt, voluntaria non ſunt, 370
Cauſa. Cauſa limitata, limitatum producit effectum, 178.331
Cautio. Cautio quid ſit? 319. alia privata, alia publica, illa datur à privato, hæc à Magiſtratu, ib. quamvis non careat periculo cautio ſecuritatis, tamen metum tollit tres ob cauſas, 326
Centena, Zent. Eſt vel univerſalis vel particularis, 190
Circumforanei. Eis non debetur ſecuritas, 144. hoc uno à latronibus differunt, quòd cives intra mœnia & non in montibus deprædentur, 147. vid. Tit. Medicaſter.
Citatio. Citatio quælibet, an ſecum ferat ſalvum conductum? Neg. 322
Civitas Imperii. Vide *Urbs.* Non eſt differentia inter Civitates Imperiales liberas & Imperiales ſimpliciter ita dictas, 78. & ſeq. rectiùs diſcriminantur in liberas & conditionatas, 79. Civitates ex pacto liberæ Jura Regalium obtinere poſſunt, 80. & ſeq. Jure Rom. Civitates præter Romam privatorum loco fuerunt habitæ, 66
Clericus. Clericus in celebrando miſſam, ab aliquo inſultatus, vim juſtè propulſare poteſt, 379
Cliens. Clientes non efficiuntur ſubditi, 334. Clientibus tamen æquè ac ſubditis ſcribitur, Unſerm lieben Getreuen/ 339

Colle-

Collecta. Collectarum ſolutio in publicum ærarium an Imperii faciat Statum? dubitatur, 34. an ex perceptione redituum vel collectarum probetur ſuperioritas territorialis, 86
Columna, Gleitſeule. Salvus conductus præſtandus eſt non ulteriùs, quàm usq; ad ſigna & columnas indices, 167. ſi ſigna ſeu columnæ concidant, rurſus eriguntur, 169
Comburgum. Comburgenſis Collegii ſubditi Seniorem ex Domo Limpurgica Protectorem, bello, ſeditionibus, &c. implicatum ſequi tenentur, 350
Comites. Qui ita nominabantur apud Romanos, 142. vide Graviones.
Commercia. Commercia velut ubera ſunt, ex quibus publicæ, privatæq; res aluntur, foventur ac ornantur, 131. Commerciorum jure non gaudent hoſtes, 160. Commerciorum utilitas & neceſſitas, 185. tota commerciorum cura ad Principem ſpectat, 272
Commodum. Commodum qui ſentit, ſentire quoq; debet incommodum, 177. diminuto commodo, diminuitur quoq; onus, 178
Conatus. Conatus in delictis gravioribus pro effectu habetur, 292
Conceſſio. Conceſſione determinatâ non poteſt quis uti, niſi ſecundùm formam limitationis, 8. Conceſſio feudi regulariter latiſſimè contra concedentem eſt explicanda, 13. & ſeq. ubi traditur limitatio. In conceſſione generali non veniunt ea, quæ quis in ſpecie veroſimiliter non erat conceſſurus, 14. & 16
Condictio. Condictio ex lege quid, 305. datur hîc

hîc deprædatis contra Dominum territorii vel juris conducendi, ibid. quando? ibid. & p. ſeq.

Conditio. Quicquid ſub conditione diſponitur, ſub contraria conditione pro non diſpoſito habetur, 306

Conducere, Conductus, Conducendi jus. Conducere unde dicatur, 1. quid ſignificet, 2. & ſeqq. Juris conducendi Synonymia, 4. ejus definitio, ibid. quibus competat, ibid. & ſeq. p. 65. & ſeq. eſt Regale, 5. & quidem majus, 6. & 7. Conductus diviſio, 8. Juris conducendi origo unde? 9. tribuitur expreſsè ab Imperatoria Majeſtate, 10. tacitè acquiritur hoc jus formandum per præſcriptionem immemorialem, 17. & ſeqq. formatum autem præſcriptione longi vel longiſſimi temporis, 24. competit hoc jus vi ſuperioritatis territorialis, 25. aliquando tamen in alieno territorio, vi ſervitutis jurisdictionalis, 7. & 65. & ſeqq. hoc jus pars jurisdictionis & territorii eſt, 82. quando exerceatur ab uno? 89. quando à pluribus? ib. & p. 90. ejus ſubjectum, via & flumina publica navigabilia, 92. & multis ſeqq. quæ perſonæ conducendæ? 108. usq; ad p. 138. quæ non? 139. usque ad p. 163. Conductus Magnatum, das Fürſten-Gleit/ quid, 117. circa hunc duo conſideranda, ibid. hujus finis, quis? 121. & ſeq. quibus modis hic conductus præſtetur, 128. & ſeq. denegari poteſt hoſti, 130. Conductus ſimplex, quibus modis præſtetur? 164. & ſeqq. quo tempore? 166. & ſeq. quo loco & ad quem, 167. & ſeqq.

Con-

Conductus præſtationem præcedere debet requiſito, 164. Juris conducendi commoda & onera quænam? 170. & multis ſeqq. huic annexum quoq; eſt Jus indagandi, perſequendi & conquirendi depopulatores agrorum & graſſatores per vias publicas, fluminumq; infeſtatores, 182. & ſeqq. ſunt tamen jura ſeparata, 189. Dominis Conductoribus ratione Juris conducendi competunt remedia tam judicialia, 200. eaq; vel poſſeſſoria, ib. usq; ad p. 240. vel petitoria, 240. usque ad pag. 246. quàm extrajudicialia, 253. & ſeqq. contra conducendos delinquentes, quænam competant remedia? 259. usque ad p. 264. Conducendi quibus modis lædantur vel offendantur, 265. & ſeqq. quænam habeant remedia, 266. 279. & ſeqq. Affinia juris conducendi quænam? 318. usq; ad 382. contraria, 383. & ſeqq.

Confeſſio. Confeſſio propria omnium eſt firmiſſima, 88

Conſuetudo. Conſuetudo eſt origo, cauſa, & principium Jurisdictionis, aliorumq; Jurium ac Regalium, 9. omni lege eſt valentior, ibid. vim veritatis obtinet, ib. Regiæ æquiparatur auctoritati, ib. eſt optima legum, contractuum & negotiorum interpres, 13. conſuetudo mala non confirmatur longo tempore, 1000. Jahr unrecht iſt keine Stund recht/ 302

Conſultor. Conſultor mali eadem dignus pœnâ, quæ propoſita facienti, 364

Cor. Cor hominis juxta Dioſcor. creſcit ad annos 50. 23

Crimen. Criminis indicia quæ, 320

D.

Damnum. Damnum peregrinantibus illatum Dominus territorii reſarcire tenetur, 305. etiamſi vectigal, pedagium vel pretium pro ſalvo conductu nec petitum, nec ſolutum, vel ſalvus conductus nec petitus, vel denegatus fuerit, ib. & pp. ſeqq. limitatur hæc ſententia, 312. & ſeqq. quomodo damnum illatum probandum, 315. & ſeq. in Regno Neapolitano & aliis Italiæ provinciis ſingulari ſtatuto incolæ ac terreni ad deprædatorum damna reſarcienda tenentur, 316. talia ſtatuta etiam in Germania paſſim obtinent, 317

Danubius. Danubii origo è tribus fontibus, 98

Decoctores. (Bancorottierer/ Falliten.) Hi ſecuritate non ſunt digni, 157

Defenſio. Defenſio rerum non minùs licita quàm vitæ, 252. & ſeqq. hoc remedio etiam uti poteſt Dominus juris conducendi, 254. quomodo? ib. ad hanc defenſionem quænam requirantur, 255. & ſeqq. defenſio quando dicatur fieri in continenti? ib. & p. ſeq. alia eſt rerum, alia perſonarum, 256

Delictum. Dat jurisdictionem in loco delicti, 262

Deprædatus. Deprædatus in conductu peregrinans quænam habeat remedia? p. 297. usq; ad p. 318

Dienſt-Männer. Quinam olim fuerint? 49

Dignitas. Dignitas emanat ab Imperatore, velut à culmine, 10. Dignitatis unius collatio ſæpiſſi-

ſæpiſſimè ſolet eſſe alterius adipiſcendæ occaſio, 36. Dignitas dignitati adhibita, dignitatem auget, 82
Dolus. Dolus regulariter non præſumitur, 292. fallit tamen aliquando, ib. dolis an fallere liceat facinoroſos, Diſt. 328
Dominus. Domini nomen, quod Authenticum, illuſtrius eſt, quàm nomen Baronis, illuſtratur exemplo, 47
Ducatus. Ducatu conceſſo, eo ipſo non ſtatim conceſſa intelliguntur Regalia, 14. aliud eſt, ſi conceſſus ſit jure territorii, 62. & ſeq.
Duces. Duces, Hertzogen / unde nomen ſortiti ſint, 38. quænam eorum poteſtas antiquis German. temporibus, 39. apud Rom. quinam appellati Duces, ib. his apud eosdem concreditæ provinciæ præſertim limitaneæ, ib. Francorum tempore quinam fuerint in Germania trans Rhenum, ib. & p. 40. Dignitas Ducum antea temporaria, poſt tempora Henrici Aucupis & Ottonum facta eſt hæreditaria, 41
Duellum. Duella omni jure prohibita, & quidem graviſſimas ob cauſas, 367. Exceptiones non Chriſtianæ, minùs generoſæ refutantur, 368. Duellum detrectantem pro infami haberi, irrationabilis & erronea eſt conſuetudo, 369

E.

E*Lectores Imperii.* Electorum Elogia, 34. Dignitas in quo conſiſtat, 35. Electorale Collegium quando cœperit, ibid. & p. 36. cur fuerint VII. 37. & ſeq. horum conductus ad ele-

ctionem Imperatoris proficiſcentibus exhibendus, quid? 109. ejus notanda ſingularia, 110. usq; ad p. 115
Emporii Jus. Quid ſit? 270. differt à Jure ſtapulæ, 271
Epiſcopi Germaniæ. Epiſcopi non niſi in Germania ſunt Principes, 50. unde hoc habeant, & quando in numerum Ordinum cœperint referri, 51. qua de cauſa, ib. & p. 52

F.

FAma. Fama & vita pari paſſu ambulant, 368. Famæ & exiſtimationi alterius injurioſis verbis detrahere, non eſt in cujusquam poteſtate, 369
Familia. Ex malitia familiarum præſumitur contra Dominos, 309
Fauſtrecht. Fauſtrecht / Kolbenrecht / worinnen es vorzeiten beſtanden / und woher es alſo genennt werde / 90
Fides. Fides data hoſti ſervanda, 327. ut & Hæretico, ibid.
Fidejuſſor. Fidejuſſor ad pœnam tantùm pecuniariam non corporalem ſe poteſt obligare, 232
Fiſcales Principis res, quænam tales ſint? 100
Flumen. Flumen quid, 97. quotuplex, ib. & p. ſeq. flumen pnblicum quid, ib. unde dicatur, 98. hujus eſſentiale non eſt, ut in publico oriatur, ib. in his quidnam juri publico hodiè relictum, ibid. Flumina navigabilia, & ea, ex quibus navigabilia fiunt, ſolùm inter Regalia numerantur, 99. & iſta habile ſunt ſubjectum

juris conducendi, ibid. In fluminibus publicis tria conſideranda, uſus, proprietas, jurisdictio, 100. pertinent hæc ad Dominum territorii, tam quoad jurisdictionem, quàm quoad proprietatem, 101. magna ipſorum utilitas, 175. An conducentes ſint Domini fluminum publicorum, Diſt. 100. Uſus fluminum publicorum à Domino territorii prohiberi poteſt, 103. Unterſcheid der alten und jetzigen Gelegenheit und Bewandtniß der flieſſenden Waſſer im Teutſchen Reich / 100. curare debet Princeps, quæ ad ſecuritatem fluminum ſpectant, 182

G.

Ganerbii. Ganerbii, qui ſint? 90. quando cœperint, ib. unde ita dicantur, ib. an habeant jus conducendi? Diſtingu. ibid.

Gardende Knecht oder Gardenbrüder / milites exauctorati vagabundi ſecuritate non gaudent, 150

Geildorff. Geildorfa oppidum Illuſtriſs. Dnn. Limpurg. Jus Aſyli ante 200. annos ab Imperatoribus Rom. conceſſum obtinet, 362. & ſeqq.

Genus. Genus ſequens enumerationem ſpecierum ad ſpecies expreſſis pares reſtringendum eſt, 16

Geranium. Jus Geranii, Kranen-Gerechtigkeit / quid, 276. differt à Jure ſtapulæ, ibid.

Germani. Germani priſci urbes non potuerunt ferre, 53. ante quintum ſeculum Chriſtianum nullam habuerunt urbem, ibid. dedecori ſibi exiſtimârunt, mœniis ſe valloq; cingere, ib.

Gleit. Gleit/ à verbo leiten/ führen/ p. 1. varia hujus vocis ſignificatio, p. 2. & ſeq. Klein und Marck-Gleit / quid ſit, ibid. Vorgeleit / Mitgeleit / Geſamtgeleit/ 92. Leibgeleit / 129. Fürſten-Gleit / 117. Gleit zu Ausführung gerühmter Unſchuld / p. 3. Gleitliche Obrigkeit gehört unter die Regalien/ p. 65. Lebendig oder Hauptgleit/ ſchrifftlich oder Feldgleit. 9. Gleits-Hauptleute / Obergleits-Hauptmänner/ Land-Reuter/ Stallbrüder / Einſpänniger / Gleits-Schreiber und deren Amt/ 165. Gleit-Seulen/ 167. Gleit-Geld/ 170

Graviones, **Graven.** Quinam fuerint apud veteres Germanos, p. 41. Vocab. Graven unde derivetur, ib. quænam eorum poteſtas antiquis temporibus, ibid. apud Germanos Cis-Rhenanos à Romanis Victoribus mutata horum conditio, ibid. tempore Francorum Ducibus interdum Comites adjuncti, vel etiam Comitibus Provinciæ ſine Ducibus concreditæ, p. 42. Horum poteſtas quænam tunc fuerit, ibid. Quidam hodiè cum adjectione tales dicuntur, & Principum loco ſunt, 43

Gymnaſium. Gymnaſia & Collegia Jus Aſylorum obtinent, 362

H.

Hæreticus. Hæretico non eſt frangenda fides, 327

Homagium. Præſtatio & Receptio Homagii an inferat ſuperioritatem territorialem, 86

Homo. Homo non præſumitur vivere centum annos, 23. & ſeq.

Hoſtis. Hoſtibus deneganda ſecuritas, 159. tales qui

qui ſint, quiq́; his aſſimilentur, 160. Hoſti data fides eſt ſervanda, 327

L

Impenſa. Impenſæ ſunt vel neceſſariæ, vel utiles, vel voluptuariæ, 301. quid juris circa iſtas bonæ & malæ fidei poſſeſſoribus, ibid.

Imperator. Imperator ſolus propriâ ſuâ & internâ Majeſtate privilegia concedere poteſt, 10. eſt omnis nobilitatis & dignitatis fons, ibid. hujus Majeſtas per A. B. & Capitulationes eſt reſtricta, 123. in quantum ipſi competat dominium ſupereminens in ſingulis ordinum territoriis? ib. eſt Eccleſiæ Advocatus ac defenſor legitimus, 335

Induciæ Moratoriæ dicuntur quoq; ſalvus conductus, vel literæ ſecuritatis, p. 2. harum effectus quis ſit? ibid.

Injuria. Injuria eſt vel realis vel verbalis, 279. & 282. injurioſa verba, Schmach-Ehrnverletzliche Wort/ non manent verba ſimplicia, ſed in factum incidunt, 280. pœnæ injuriarum extraordinariæ contra delinquentes quæ ſint, 282. Injuria peregrinantibus in conductu illata quomodo vindicanda, 285. Injuriarum occaſio inde naſci non debet, unde jura naſcuntur, 348

Innocentia. Innocentiæ fiduciam qui gerit, adverſus omnem calumniam maximam habet ſecuritatem, 330

Joachimus E. B. Joachimo Electori Brandenb. cubitum ituro Judæus venenum in Malvatico miſtum propinavit, 148

Joannes B. R. Joan. Boh. Rex, Caroli IV. Imper. parens, ex cæcutiente cæcus à Judæo eſt factus, 148

Inſignia. Inſignia Principis in Curia, muris, aliisq; locis depicta atq; inciſa, quid deſignent? 84. & ſeq.

Inſula. Inſula in flumine nata cui competat? 196

Inveſtitura. Quid ſit? 11. non fit hujusmodi actus ſine ſcriptura, ibid. hujus tenor inſpiciendus & accuratè attendendus, 12. Verba, ſi ambigua & dubia appareant, quomodo appareant? 13

Iſraëlitæ. Iſraëlitas contra Amorrhæos tranſitum denegantes jure pugnaſſe ſcribit Auguſtinus, 266

Judæus. Judæi an ſint tolerandi in Republ. Chriſtiana, 132. 137. Judæorum blaſphemia & impoſturæ, 132. & 135. non tolerantur in Ducatu Wirtemb. Bavariæ, neq; in Ditionibus Limpurg. 136. D. Luth. Rath von den Juden/ ibid. Judæi Medici non ſunt ferendi, 147. 148. von ihrer ſonderbaren Kleidung/ 138. Conductus eorum extraordinarius in Imperii Comitiis, 137. iis non debetur ſecuritas, ſi fraudum & impoſturarum ſint Artifices, 145

Judex. Talis quis ſit in cauſis delictorum Statuum Imperii? 260. & ſeqq.

Judicium. Judicia hodiè pro ſymbolo habent illud: Feſtina lentè, 247. eorum abuſus, ib. & ſeq.

Juriſdictio. Jurisdictio inhæret glebis, tanquam nebula ſuprà paludem, 63. & ſeq. ineſt ſub-

ſubjecto ſuo aut formaliter & activè, aut materialiter & paſſivè, 64. hujus quaſi poſſeſſionem in alterius territorio obtendens probare tenetur titulum, 193

Jus civile Rom. Hoc in controverſiis juris publici hodiè non facilè attenditur, 64

Jusjurandum. Jurejurando nil ſanctius inter mortales habetur, 114

L.

L*Andgravii* , Landgrafen. Quinam olim fuerint? 44

Latro, Graſſator. Latronibus famoſis & publicis non debetur ſecuritas aut ſalv. conductus, 157. ſi latronum aut militum vagantium copia eſt, qui ſecuritatem prædonum more violant, fas eſt Magiſtratum vicinum in auxilium vocare, 184

Læſæ Majeſtatis crimen quid ſit? 115. hoc committunt denegantes Electoribus debitum conductum, ib. & ſeq. item offendentes Legatum vel Commiſſarium Cæſaris, aut lædentes Statuum cæterorum ſecuritatem, 283. & ſeq. an idem ſtatuendum, ſi privati violetur ſecuritas à Principe, 285. item ſi offendatur is, qui ſalvum conductum à Magiſtratu habet, 333

Legatus. Legatis hoſtium non debetur ſecuritas, niſi veniam transeundi petant, caveantq; nil hoſtile ſe contra Dominum viarum apud eum, ad quem tendunt, molituros, 161

Leut. Leut dicti ſunt omnes ſubditi, aut cives, quaſi Leudes, 49

Lex. Legis beneficio indigni ſunt, quicunq; id negligunt, 159. Lex plura conjunctim requirens omnia adimpleri vult, 290. fruſtrà leges implorat, qui contra eas committit, 347

Limpurgi Dnn. Minùs rectè Baronibus accenſentur, 47. eorum elogium ſemper-frey quid importet, 48. & 49. in titulis ſalutantur die Hochgeborne/ 49. Comites nonnullos præcedunt, ibid. à Ducibus Franconiæ ſunt oriundi, 57. gaudent jure conducendi ſimultaneè cum Civ. Imp. Hallenſi per Præfecturam Ellwangenſem Dannenburg, *66.* & 178. quilibet Senior ex Domo Limpurgica eſt Protector Nob. Collegii Combergenſis, 337. iſtum hujus ſubditi bello & aliis molitionibus implicatum juvare tenentur, 350. habent quoque Dnn. in Limpurg. jus recipiendi Bannitos, 366. & ſeq.

Lis. Litium abuſus & mora, 247. & ſeq. quid in culpa, ibid. quænam inde mala, 250. & ſeq. horum remedia, 252

Litera. Literæ Incarcerationis, Steckbrieff/ 329. Literæ tractatoriæ ſive Bulletum, Gleit-Zettul oder Zoll-Zeichen/ 166

Litigioſa poſſeſſio. Ex conceſſione litigioſæ poſſeſſionis, quando agi poſſit, 291. inter quosnam litigantes obtineat, ibid. Proceſſus hic quinam, 202. & ſeqq. habet quoque locum hæc conſtitutio in interdicto adipiſcendę poſſeſſionis, 205. & ſeq.

Locus. Loca publica quæ ſint? 377. gaudent ſecuritate publicâ, ita, ut aliquem ibi lædere, grandius reputetur nefas, ac ſi alibi tale quid ad-

admiſſum, ibid. Palatia Principum, item Caſtra, & Curiæ in Civitatibus, Gymnaſia, Collegia & Academiæ Jus Aſylorum obtinent, 362. Loca Tribunalium pro ſanctis habentur, 325

M.

M*Agiſtratus.* Magiſtratus munus aut eſt ambulatorium, ſive temporarium, aut eſt perpetuum, aut hæreditarium, 30. 31. boni Magiſtratus officium eſt ſubditos eorumq; bona contra injurias tueri, 156. 339. 342. & ſeqq. his, quæ ad officium ejus ſpectant, exactiſſimam etiam adhibere diligentiam, ibid. & p. ſeq. Magiſtratus quò major, eò ſit virtuoſior, 328

Majeſtas. Majeſtas, quid ſit? 10

Mangones. His deneganda ſecuritas, 144

Mann. Manne ſpecialiter vocabantur Nobiles, 49

Marchio. Marckgraf / unde dictus, & quinam olim fuerit, 43

Mare. Mare eſt proprietatis capax, 103. & ſeqq.

Matricula Imperii. Ut aliquis ſit Status Imperii, non ſufficit, quem matriculæ eſſe inſertum, 33. & ſeq. habet tamen pro ſe aliquam præſumtionem, 62

Medicus. Medico, quando permittendum in Medicina practicare, 144. & ſeq.

Medicaſter. Medicaſtri, Empirici, Circumforanei non ſunt tolerandi juxta Conſtitutionem Friderici Imper. 144. in quonam differant à Latronibus, 147

Men-

Mendicus. Mendicantes validi qui ſint, 152. ſecuritate ſunt indigni, ib. nec in Republica tolerandi, ibid.
Mercator. Mercatorum utilitas, 131. his ſecuritas non eſt deneganda, ib. ſicuti Mercatores, qui merces illicitas important & exportant, ea indigni judicantur, 142. & ſeq.
Merces. Merces quæ dicantur, 274. prohibendæ, quæ non ſunt vitæ, ſed delitiarum & luxuriæ fomenta, 142. & ſeq.
Mittelfreyen. Quinam olim ita ſint dicti? 49
Moneta. Imago Principis in moneta quid moneat, 85. Monetarum adulteratores, eorumque occultatores ſecuritate non gaudent, 154
Monomachia, vide *Duellum.*
Monopolium. Monopolia in Imperio ſunt prohibita, 139. hinc ea exercentes ſecuritate judicantur indigni, ib. Monopolia Reipublicæ pernitioſa, 140. & ſeq.

N.

NAvis. In quem finem naves excurſoriæ & exploratoriæ habendæ, 185. navis neceſſitas, 186. Hoſtiles naves perſequenti in alieno portu an invadere liceat, ib. & p. ſeq.
Navigatio. Hujus finis, 99. utilitas, 175. prohibenda ea, quibus hujus uſus redditur deterior, ib. navigationis neceſſitas, 186
Neccarus. Neccari origo, 98
Neceſſitas. Neceſſitas lex eſt temporis, Sen. 362
Nobilis. Nobiles alii ſunt mediati, qui Principes & Ordines, in quorum territoris bona ſua poſſident,

ſident, ratione jurisdictionis recognoſcunt ſuperiores, alii immediati, qui præter Imperat. nullum agnoſcunt Superiorem, hinc Frey-Reichs von Adel/ 67. Horum licet multi Principum Imperii Vaſalli ſint, immediatæ tamen eorum qualitati nil detrahit, ib. an habeant jus territoriale? 73. Nobiles à loco, ubi degunt, diſtinguuntur in tres Claſſes, Franc. Suevic. & Rhenanam, 68. Libertas illorum unde orta, ib. Nobiles, quinam olim fuerint, ibid. Immediati nec olim fuerunt, nec hodiè ſunt, 69. & ſeqq. gaudent quandoque jure conducendi, 76

Nobilitas. Omnis Nobilitatis fons eſt Imperator, 10

Nundinarum Jus. Quid ſit? 271. differt à Jure ſtapulæ, ibid.

O.

Officialis. Officiales potentiorum, vicinis minùs potentibus plerunq; iniquiores, 193

Ordo. Principes Imperii duplicis ſunt Ordinis, alii Seculares, alii Eccleſiaſtici, 50. Epiſcopi quando in numerum Ordinum cœperint referri, 51

Otioſi homines. Nihil in Republ. tam pernicioſum quàm otioſorum ac tenuium hominum huc illuc errantium multitudo, 156

P.

Pactum. Pacta ſunt ſtricti juris, 325

Palatium. Palatia Principum gaudent ſecuritate Burgenſi, & publica, 377

Patrimoniales Principis res. Quænam tales ſint? 100

Pax publica. Ad violationem pacis publicæ quænam requirantur? 286. Conſtitutio pacis publicæ non ad omnem, ſed atrocem vim pertinet, 290. pœnæ fractæ pacis publicæ quotuplex? 293. & ſeq. per conſtitutionem pacis publicæ leges civiles & jura communia non ſunt abrogata, 294. pœnæ aſperitatem Camera temperare poteſt, 295

Pedagium. Pedagium, Weggeld/ 170. Commodum juris cond. ibid.

Peregrinantes. His ſecuritate nil eſt exoptabilius, 99. tranſitus ipſis ſine juſta cauſa non eſt denegandus, 265. & ſeq. quibus modis debitâ ſecuritate frui impediantur, ibid. & ſeqq. quænam hisce caſibus competant remedia, ib. usq; ad p. 318

Pfalggraf. Pfaltzgrafen/ quinam olim fuerint? 43. hodiè Principum loco ſunt, ibid.

Pignoratio. Pignoratio quid ſit, 207. conſtitutionis ſumma, ib. requiſita ad proceſſus obtinendos, ib. & p. ſeq. proceſſus bipartitus eſt, alius mandati, 210. alius citationis, 212. quis hic actor, quis reus, 214. forma definitivè pronunciandi in cauſis pignorationum non probato jure pignorandi qualis? 215

Pirata. Piratis non debetur ſecuritas, 182. & ſeqq.

Populator nocturnus agrorum. Quis ſit? 159. ei non debetur ſecuritas, ibid.

Pœna. Pœna quoque hæredem afficit, quando ipſo jure imponitur, 293

Pœni-

Pœnitentia. Pœnitentia poſt delictum conſummatum non ſemper mitigat pœnam, 299

Poſſeſſio. Poſſeſſio rerum incorporalium quomodo probetur, 224. poſſeſſionis recuperatio, ejusdem remedia, 231. & forma, 232

Poteſtas leges ferendi. Hæc poteſtas in quantum competat Statibus Imperii, 27

Præcedentia jus. Controverſia circa hoc jus oborta ex veteri obſervantia, poſſeſſionisq; actibus & uſu dirimenda, 49. & ſeq.

Præequitatio. In præſtatione ſalvi conductus quid denotet? 92

Præfecti Imperiales. Horum poteſtas olim quænam fuerit, 55

Prædator. Prædatorum pœna, 297. par eademque pœna imponenda eſt Raptori rei minimæ, & Prædatori rerum maximi pretii, 298. ſive ſemel, ſive ſæpius rapinam commiſerit, 297. ſive Nobilis, ſive Plebejus ſit, 298. etiam pœnitentia ductus ante capturam rem Domino reſtituat, ibid. & p. ſeq. ſi plures hoc delictum commiſerint, omnes capite plectendi, 299

Præſcriptio. Præſcriptione lege vel ſtatuto ſublata non cenſetur ſublata immemorialis, p. 18. Finis præſcriptionis immemorialis, ibid. & p. 19. ceſſat talis præſcriptio, ſi certum ac vitioſum probetur poſſeſſionis initium, vel notoria ſubſit mala fides ac improbitas manifeſta, & ſi per mille millia annorum duraſſet, 19. in hac præſcriptione non eſt neceſſaria Principis ſcientia & patientia, 20. hanc præſcriptionem allegans eam probare debet, 21. hæc tamen

non definitur certo annorum numero, ibid. Probatio ejus quomodo fiat, 22. non allegari poteſt præſcriptio immemorialis, quando alicujus poſſeſſionis eſt memoria in contrarium, ibid. & p. 23. ſub præſcriptione immemoriali comprehenditur quoq; centenaria, 23. quænam ſit differentia inter utramque, 24. per hanc omnis juriſdictio, omnia Regalia, & ea etiam, quæ Principi in ſignum eminentiæ dicata ſunt, jure occupantur, 273

Præſumtio. Præſumtiones ſumendæ à communiter accidentibus, 24

Primogenituræ jus. Jus primogenituræ Juri Naturæ ac Divino nequaquam eſt contrarium, 89

Princeps. Principum & Statuum Imperii jus, non ex corpore juris determinandum, p. 64. Principes Imperii duplicis ſunt Ordinis, 50. Principes cur ſcribant ſe regnare gratiâ Dei, 30. Pincipes ſæpius ſibi plus juris alicubi adſcribunt, quàm reverà habent, 91. Principes non ſolùm ab injuſtitia, ſed etiam ab opinione ejus abeſſe debent, 141. Officium boni Principis exigit curare, ut pacata & quieta ſit provincia, quam regit, 171

Privilegium. Conceſſio & Confirmatio Privilegiorum Superioritatem & Imperium arguit, 87. Nullum privilegium jus ſubjectionis abſorbet, ib. Privilegium quomodo differat à lege, 128. Privilegium amittit, qui conceſsâ abutitur poteſtate, 163. Privilegia eam interpretationem admittunt, quæ ipſis verbis conveniens

veniens eſt, 275. Privilegia lapſu decenni regulariter amittuntur, 278. ubi limit.
Protectionis jus. Protectio nullam tribuit jurisdictionem, nec priſcam imminuit libertatem, p. 60. 82. & ſeq. p. 334. Cautiones ab iis, qui aliorum protectioni ſe ſubjiciunt, obſervandæ, ib. & p. 341. Jus protectionis quid? 334. unde oriatur, 335. & ſeqq. hujus cauſa efficiens, 338. objectum, ib. primus poſt protectionem gradus invaſio, 340. & 342. Protector clientes defendere poteſt in ipſo ordinarii Magiſtratus territorio, 344. contra ipſum Magiſtratum ordinarium, ib. contra Collegam, 345. & alios Clientes, ibid. & fratres & patruos, 347. non tamen patrem, ib. Protectioni potentioris ſeſe ſubmittere, periculoſum, 348. & ſeq. Protectores, Schirmherren / facilè fieri poſſunt Sturmherren / ibid. quomodo clientes defendere debeant, 349. in quibus cauſis? ib. & p. ſeq. non poſſunt ipſis arma indicere, ib. quænam competant remedia Clientibus contra Patronos defenſionem intermittentes? 351. ſolvitur plerunq; Protectori annuum honorarium, ib. hic tamen ob id ſumtus defenſionis de ſuo facere non tenetur, 352. exinde etiam jus Advocatiæ non infertur, 353. nec licet arguere ad jus collectandi, ibid. quibus modis finiatur jus protectionis, 354. & ſeqq.

R.

Raptor, vide *Prædator*.
Reficere. Quid ſit? 181
Regale. Cur ita dicatur, 4. & 5. eſt vel majus vel minus, 5. & 6. Regalia & Jura Majeſtatis quomodo differant, 6. conceſſo Ducatu, Comita-

mitatu,&c. eo ipſo non ſtatim Regalia conceſſa intelliguntur, 14. idem dicendum, etiamſi Imperat. Ducatum vel Comitatum conceſſerit cum omni jure, 15. Regalibus in genere conceſſis, non veniunt majora, ibid. hæc non niſi cum difficultate quadam conceduntur, ib. ſi in ſpecie quædam Regalia exprimantur, & generalis clauſula ſubjiciatur,cum omnibus & quibuscunq; aliis, ea tantùm, quæ hactenus concedi ſolita fuerunt aut expreſſis ſimilia ſunt vel inferiora præſumuntur conceſſa non majora, 16. ubi limitatio quædam. Regalia habile ſunt ſubjectum Præſcriptionis, 18. & 19. Regalia quædam recenſentur, 31. in regalibus extenſio ab uno ad aliud non habet locum, 189. in perſequendis regalibus quis Judex? 247

Remedium Can. redintegranda. Eſt pleniſſimum & omnium juſtiſſimum, 238. cui detur? ibid. & p.ſeq. adverſus quem? ib. quamdiu, ib. & p. 305. ab interdicto unde vi quomodo differat? ib. quid Advocatis hic obſervandum? 240

Res communes. Res jure gentium communes etſi præſcribi non poſſint, conſuetudine tamen adquiri queunt, 96. & ſeq.

Res incorporales. Quando dicatur apprehenſa? 220. harum quando dicatur ſpoliatio, 231

Res publicæ. Unde dicantur, 96. quid ſint? 97

Rei vindicatio. Quid ſit? 299. contra quem hic detur, ib. & p. ſeq. quid actor probare debeat? 300. in hoc judicium quid veniat, 301. reus an pretium pro re evicta numeratum à Domino repetere poſſit? 302. quænam locorum conſuetudines huic actioni obſtent, ib. & p. ſeq.

Reus. An reo ſit concedendus ſalvus conductus, 321. li-

321. limitatur ſententia de ſervando ſalvo conductu, 328. & ſeq. præſente reo facilius veritas inveniri poteſt, 320
Rex Roman. Nova Privilegia, jura ſeu regalia proprio jure ſive poteſtate tribuere non poteſt, 10. non habet Majeſtatem, 11. abſente Imperatore Vicarii ſuſtinet perſonam, ib. ipſi Ordines Imperii nullâ fide tenentur, niſi poſt mortem Imp. ibid.
Rotenburgum. Eine Lands-Stadt Godefridus de Limpurg Dux Franconiæ liberavit, 57
Ruſſi, Domini. Minùs rectè in Baronum referuntur numerum, 47

S.

Sacerdos. Sacerdotes ſe non debent immiſcere rebus ſecularibus, 346
Salmans Weyler. Monaſterium in Suev. habet jus recipiendi Bannitos, 366
Salvus conductus. Salvus conductus criminalis quid, 318. eſt vel ſpecialis vel generalis, 324. hujus cauſa efficiens, 319. objectum, 320. an reo ſit concedendus? ibid. & p. ſeqq. ubi ſimul contrariis ſatisfit, non tamen incarcerato tribuendus, 323. forma ſalvus conductus interpretatio quænam, 326. ſanctè ſervandus ſalvus conductus, 327. & ſeq. limitatur hæc ſententia, 328. & ſeqq. ſalvus conductus non eſt trahendus ad delicta futura & perpetranda, 329. non extenditur de tempore ad tempus, ib. Conceſſus ſalvus conductus eſt tacitè conditio natus, 330. & ſeq.
Scriptura. Scriptura, etſi non ſit de ſubſtantia inveſtituræ, ſeu neceſſitate exiſtentiæ, eſt tamen quodammodo de neceſſitate expedientiæ,

tiæ, 11. & ſeq. in nullo actu tam inter vivos quàm mortis causâ ſcriptura eſt de eſſentia ejus, ib. limitatio hujus aſſertionis, ib. ſcriptura nil certius, 114

Securitas. Securitas debetur vel ex jure Nat. vel ex jure Gentium vel ex jure Civili, 108. & ſeq. ex jure Civili debetur omnibus peregrinantibus inſontibus, 109. idq; vel ex neceſſitate officii vel ex facultate privilegii, ib. ſecuritas quibus ſit deneganda, 142. 146. 147. 48. 50. 51. 53. ſecuritas plena quænam? 269. ſecuritas frangitur non minùs per verba quàm facta, 280. ſecuritate indigni ſunt, qui eam negligunt, 264. ſecuritas præſtanda in itu & reditu, 317. conceſſa etiam cenſetur pro familia, ib. eâ abutens nullum habet remedium, 318

Semper-ſrey. Elogium ſemper-frey non deſignat Baronem, 47. ſed ſingularis alicujus prærogativæ præ Baronibus eſt indicium: quinam olim ita ſint dicti, ibid. & p. 49. hodiè tale elogium non ſine ſingulari eminentia titulis inſeritur, ib.

Separata. Separatorum diverſa eſt indoles, 63. in ſeparatis & diverſis ab uno ad aliud non infertur nec extenſio fit, 95

Septenarius numerus. Septenarius numerus an ſacer, 37. Electores cur VII. ibid. ſeptimus filius non internaſcentibus puellis ſtrumas curare ſuperſtitiosè creditur, ibid.

Sequeſtratio. Eſt vel voluntaria vel neceſſaria, 206. eâ poſſeſſio litigioſa non amittitur, ibid.

Silentium. Quid ſit? 213

Socius. Socius quid poſſit vel non poſſit in re communi? 197. & ſeqq.

Spolium, ſpoliatio, ſpoliator. Spoliatus non poteſt

teſt dici, niſi quis probet ſe poſſediſſe, 233. ſpoliare quempiam ſuâ poſſeſſione eſt errare in puris terminis naturalibus, ibid. ſpoliator nec in petitorio auditur antequam ſpoliatus ſit reſtitutus, 234. & ante hanc reſtitutionem ſpoliatus nec in alia cauſa conventus ſpoliatori tenetur reſpondere, ib. & p. ſeq. in ſpolio intereſſe & damnum juramento probatur, 315

Stapulæ Jus. Jus ſtapulæ, die Niderlag oder Stafſelgerechtigkeit/quid, 270. vox ſtapula unde dicatur, 273. cui competat, 272. ejus conceſſio vel eſt tacita vel expreſſa, 272. hujus juris objectum, 274. Civitati alicui conceſſum non utendo per decennium, non amittitur, 278. nec Princeps ſemel conceſſum pro arbitrio revocare poteſt, ibid.

Status Imperii. Status Imperii unde dicantur, 32. dividuntur in tres Claſſes, ſcil. Electorum, 34. Ducum & Comitum atq; Baronum, 38. Civitatum Imperialium, 52. Statuum Imperii jus, &c. 64

Streif-Recht. Annexum hoc jus juri conducendi, 182. eſt tamen jus ſeparatum, 189

Subditi. Subditis fugitivis ſecuritas deneganda, 153. ſubditis non licet loca hoſtilia citra authoritatem Principis adire, nunciumve aut literas eò etiam juſta de cauſa mittere, 160

Suffragiorum jus. Suffragiorum jus usq; adeò eſt proprium civium verorum verorumq; ordinum ac ſtatuum ut eſſentiam eorum unicè conſtituat, 33

Superioritas territorialis. Superioritas territorialis moribus Imperii noſtri introducta certum diſtrictum terræ cum dominio & juriſdi-

risdictione involvit, 25. quid ſit? 26. eſt quidem analoga Imperatoriæ poteſtati non tamen Imperialis abſoluta, ibid. & p. 27. nec independens, ibid. quibus competat? p. 31. & ſeqq. p. 62. Dignitas regalis non eſt de ſubſtantia ſuperioritatis territorialis, 60. ſtatus prærogativa hoc jus largitur, ib. & p. 58. & ſeq. p. 74. quomodo probetur? p. 84. & ſeqq.

T.

Tempus immemoriale. Hujus vis latè explicatur, 17. tempus immemoriale quòd habeat annos, 21

Theodoſius Imp. Theodoſ. Imperatoris prudens reſponſum uxori datum, 142

Territorium. Territorium quid, 25. quicquid ſub ambitu territorii continetur, id ſuperioritati territoriali ejusq; Domino ſubeſſe creditur, ibid. & p. 62. ubi tamen limitatio. Non datur territorium, cui non inſit jurisdictio, 63. territorium non ſolùm eſt in terra, verùm etiam in aqua, 101

Teſtis. Teſtes ſingulares non probant, 241. aliud obtinet in probanda jurisdictione & ſervitute ſive ſimili jure, ibid.

Titulus. Ex ſolo titulorum ſplendore de ſubjectionis jure minùs rectè judicatur, 88. titulorum ampullis depravatus Germanici idiomatis ſtylus ad nauſeam usq; patet, 89

Tranſitus. Sine venia non licet Principi alterius tranſire territorium, 117. & ſeqq. nec legato hoſtium, 161. pro ſolo tranſitu territoriorum Domini nihil poſſunt exigere, 127. innoxius tranſitus unicuiq; præſtandus, 265. & ſeq.

ſeq. quænam remedia competant contra talem denegantes, 266
Tribunal. Loca tribunalium pro ſanctis habentur, 325
Turbatio. Turbatio in rebus incorporalibus quomodo fiat, 220. Turbatorum pacis pœnæ, 378

V.

Vaſallus. Vaſallus duobus unius feudi Dominis inter ſe belligerantibus neutri ſuppetias ferre tenetur, 346
Vectigal, Pedagium. Pro conductu perſonali vel ſcripto poteſt exigi, 171. & ſeq. non pro ſolo tranſitu, 172. vectigalium perceptores ad viarum reparationem tenentur, 177. non tamen plus impendere obligati ſunt, quàm percipiunt, ibid. & p. ſeq. vectigali à vectore defraudato res cadit in commiſſum, 314
Venalitiarii. Qui ſint? 146
Veneti. Mos Venetorum mare ſibi deſponſantium, 104
Venia. Facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi, multisq; aliis peccandi feneſtram aperit, 331
Verbum. Verba ſumenda ut ſonant, 12. intelligenda & ſumenda ſecundùm ſubjectam materiam, 13. verba reverentialia honoris & curialitatis magis intelliguntur adulatoria quàm obligatoria, 88. per mera verba etiamſi ſint diffamantia non impeditur poſſeſſio, 220. verba generalia non comprehendunt perſonam loquentis, 345. 348
Veritas. Veritas melius inveniri non poteſt, quàm præſente reo, 320
Veſtium luxuria, planè deteſtanda, 143. multis in locis Judæi veſtitûs nota veluti certo pileo aut flavo annulo inſigniuntur, 138
Via. Unde dicta, 93. quid ſit, ibid. quotuplex, ibid. via publica quid? ibid. hujus ſpatium ex L. XII. Tabb. quodnam, 94. circa hoc quid hodie obtineat, 95. Viarum Domini ſunt conducentes, ibid. ubi etiam limitatio, Non pertinent ad quaslibet Civitates, præſertim quæ Superiorem agnoſcunt, 96. Viarum reparatio pertinet ad Dominum territorii, 173. & ſeq. hic tamen in has non tenetur plus impendere, quàm ex vectigalium reditu percipit, 177. & ſeqq. ſecuritatem hujus promovere debet, 182
Vis. Vis juſta ubi inferenda eſt, ibi defenſio eſt injuſta, & omnis contra eam ſilet immunitas, 374. Vim vi repellere licet, 253. Vis major ſive atrox quænam? 286

Volun-

Voluntas. Peccata ex voluntate procedunt, 292. crimen contrahitur, ſi & nocendi voluntas intercedit, ibid. voluntas limitata extra limites non eſt extendenda, 331
Votum. Votum aliud deciſivum, aliud conſultativum, 57
Unde vi. Interdictum unde vi quid ſit, 231. ejus ſubjectum agens, ibid. ſubjectum patiens, 232. objectum, ibid. forma libellandi, ib. & p. ſeq. proceſſus, 233. & ſeqq.
Urbs. Urbes Germaniæ pleræq; cur vel à fluviis, vel campis vel etiam ſylvis nomen habeant, 53. Germani priſci urbes non potuerunt ferre, ib. Germania Magna ante 5. ſeculum Chriſtianum nullam habuit urbem, ibid. frequentius cœperunt urbes ædificari tempore Henrici Aucupis, 54. ita civitates conceſſis generalibus privilegiis quoq; opibus & imperio creverunt, ibid. quando libertatem omnimodam & jus avtocratiæ ſeu ſuperioritatis adquiſierint, 55. & ſeq. in Germania olim Imperatori ita fuerunt ſubditæ, ut nunc Principibus aliis ſuæ civitates municipales, ib. multæ poſtmodum in Epiſcoporum, Ducum, ac Comitum venerunt manus, 56. quando rurſus in libertatem cœperint exſurgere, ib. non omnis harum libertas à Cæſaribus eſt, ibid. habent quoq; jus territorii, 59. & 60. hoc jus territorii, ſive ſuperioritas territorialis non abſurdè vocatur quoq; die Lands-Fürſtliche Hohe Obrigkeit/ 611
Uti poſſidetis. Interdictum uti poſſidetis ad re, 216. qualis actio? ib. cui competat? quid ſit? 217. & ſeq. 220. contra quem, 220. ad quid, 221. modus procedendi deſcribitur, 221. & ſeqq. requiſita ad interdictum fundandum, 222. & ſeq. officium Judicis poſſeſſione & turbatione debito modo probati, quidnam, 224. add. p. 227. & ſeq. forma pronunciandi quæ, p. ead. & ſeq.

W.

Welzheim. Welzheim pagum Dnn. de Limp. An. 1486. Illuſtr. Comit. Eberhardo de Württemb. ceu potentiori ut ejuſdem eſſet Advocatus in feudum obtulerunt, 537
Wort. Wort brechen kein Gleit/ quid ſentiendum de hoc proverbio, 279

Z.

Zingari qui ſint, 255. *Zingaris* und Zügeinern ſecuritas ſeu conductus ſalvus denegandus, 155
Zoller/ Mautner und deren Amt/ 165

FINIS.

XX
C44
44